



2

SANCTI EPHRAEM SYRI

HYMNI ET SERMONES.

ܡܐܡܪ̈ܐ ܘܡܕܪ̈ܫܐ

ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ

ܡܠܦܢܐ

SANCTI EPHRAEM SYRI

HYMNI ET SERMONES

QUOS E CODICIBUS LONDINENSIBUS,
PARISIENSIBUS ET OXONIENSIBUS DESCRIPTOS, EDIDIT,
LATINITATE DONAVIT, VARIIS LECTIONIBUS INSTRUXIT, NOTIS ET PROLEGOMENIS ILLUSTRAVIT

THOMAS JOSEPHUS LAMY

SS. D. N. PRÆLATUS DOMESTICUS, ECCL. CATH. NAMURC. CAN. HON., S. THEOL. DOCT., ORD. LEOP. EQUES, ACADEM. REGIÆ BRUX. ET RELIG. CATH. ROM. SOCIUS, S. SCRIPT. ET LINGG. SEMITT. IN UNIVERSIT. CATH. LOVAN. PROF. ORD., ET COLL. MAR. THER. PRÆSES.

TOMUS II.

MECHLINIÆ,

H. DESSAIN, SUMMI PONTIFICIS, S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE
ET ARCHIEPISCOPATUS MECHLINIENSIS TYPOGRAPHUS.

M. D. CCC. LXXXVI.

IMPRIMATUR.

Opus quod inscribitur : *Sancti Ephraem Syri Hymni et Sermones quos e codicibus Londinensibus, Parisiensibus et Oxoniensibus descriptos, edidit, latinitate donavit, variis lectionibus instruxit, notis et prolegomenis illustravit* THOMAS JOSEPHUS LAMY, *SS. D. N. prælatus domesticus, Eccl. cath. Namurc. Can. hon , S. Theol. Doct., Ord. Leop. Eques, Academ. Reg. Brux. et relig. cath. rom. Socius, S. Script. et Lingg. Semitt. in Universit. cath. Lovan. Prof. Ord., et Coll. Mar. Ther. Præses,* ex auctoritate Illustrissimi ac Reverendissimi Archiepiscopi Mechliniensis et legum Academicarum præscripto recognitum, quum fidei aut bonis moribus contrarium nihil continere visum fuerit, imprimi potest.

Datum Lovanii, die 1 Octobris 1886.

C. PIERAERTS, RECT. UNIV.

PRÆFATIO.

Quatuor abhinc annis primum edidi tomum *Hymnorum ac Sermonum S. Ephræm Syri*, nunc secundus prodit tomus, serius quam speraveram ; cujus dilationis causa fuit tum difficultas suscepti operis laborque in eo exequendo et in codicibus describendis subeundus, tum variæ et multiplices occupationes, quibus in fungendo munere professoris ac præsidis collegii Mariæ Theresiæ in hac nostra Universitate detentus fui. Spero, Deo juvante, tertium et ultimum tomum, cui adjungentur index rerum et dissertatio de re Ephræmi metrica, citius esse proditurum, quum magna ejus pars jam sit prelo parata. Restat ut pro absoluto hoc tomo Deo optimo maximo gratias agam et simul gratos meos sensus exprimam doctissimis viris qui huic meo operi sua benevolentia et adjumento favere dignati sunt, in primis autem venerabilibus viris Musæo Britannico præpositis qui maxima benevolentia pretiosissimos hujus Bibliothecæ codices syriacos mihi, dum Londini degerem, communicarunt, Cl. viro P. Martin in Instituto catholico parisiensi professori, qui e Bibliotheca nationali Acta S. Ephræmi deprompsit et ad me misit, claris etiam viris D. Sachau, in Universitate Berolinensi professori qui nonnulla S. Ephræmi excerpta e codicibus a se ex Oriente allatis ad me direxit, et D. Rahmani, presbytero Mossulensi, qui e codicibus mossulensibus aliquot hymnos in nativitatem Domini mihi transcripsit. Peculiares etiam referendæ sunt gratiæ Ill. D. Clementi David, Syrorum in urbe Damascena antistiti et R. D. L. Kayser sermonum S. Ephræmi de Passione in linguam germanicam translatori, qui ad me magnam partem erratorum et corrigendorum infra appositorum miserunt, et meo collegæ, olim discipulo, Ex. D. Forget, linguæ arabicæ in hac nostra Universitate professori, qui partem posteriorem hujus tomi antequam prelo exiret correxit, Excellentissimo etiam viro scientiarum ac litterarum et artium in Belgio administro qui mea studia subsidiis promovit, denique peritissimo typographo H. Dessain, alteri Plantino, senectute et virtutibus venerabili, qui, ut est in litteras propensioris animi, suis expensis et sumptibus non solum typos syriacos ad opus cudendum emit, sed totum opus eleganter optimaque charta impressit.

Scribebam Lovanii, die festo S. Augustini, 28 Aug. 1886.

AUCTOR.

PROLEGOMENA.

Acta Ephræmi.

I. Exorditur tomus hic secundus ab *Actis S. Ephræmi* a cl. D. Martin e codice syriaco parisino 235 descriptis. Codex quidem ad sæculum XIII merito referri videtur; quo autem tempore vel loco vixerit auctor anonymus qui hanc Ephræmi historiam conscripsit, quosnam fontes adierit, non constat, sed vel ejus textus quasdam interpolationes passus est, vel ipse, medio ævo scribens, nonnullis rebus fictitiis, ut sæpe tunc fiebat, S. Ephræmi historiam exornare voluerit. Certe ad manus pleraque Ephræmi scripta eaque quæ nos latent habuerit; plura etiam hauserit e fontibus syriacis. Testatur quippe Sozomenus plura de Ephræmo apud syros notissima fuisse quæ apud Græcos inaudita erant: « Indigenæ, inquit, plura de illo norunt et commemorant[1]. » Conveniunt porro in multis Acta parisina cum Actis, quæ e codice syriaco vaticano XI sæculi edita sunt in tomo III *Opp. Syr.-lat.* S. Ephræmi, quæque maximam jam partem edita fuerant a J. S. Assemano in tomo I suæ *Bibliothecæ orientalis*. Discrepant autem Acta parisina a Romanis in duobus punctis maximi momenti ad definiendam *Vitæ* Ephræmi chronologiam quæ hucusque a nemine recte determinata fuit. Rem quidem aggressus est peculiari opere[2] J. Alsleben, sed veritatem non est assecutus. Eum presso pede secutus est Rœdiger[3], nec ipse magis profecit. Cl. D. Bickell annum quidem mortis diaconi Edesseni post J. S. Assemanum in an. 373 recte reposuit, sed Nisibis obsidiones perturbavit. Quare tota series vitæ S. Ephræmi novo examini subjicienda fuit. Nec frustra: etenim in nostro opere anni nativitatis ac baptismi S. Ephræmi extra controversiam positi sunt, tempus etiam quo Edessam migravit, quo Valentis persecutioni obstitit; annus denique quo mortuus est exacte et certe determinatus est.

Juxta Acta parisina, Ephræmus natus est anno 306, sub Constantino magno. E domo paterna expulsus, baptismum suscepit anno ætatis 18°, Christi 324. Anno sequenti ivit ad concilium Nicænum. Acta romana hic chronologiam perturbant, quum differunt ejus baptismum in annum ejus 28m, Christi 334. Anno 338 quo mortuus est S. Jacobus

[1] *Hist. Eccl.* III, 16.

[2] *Das Leben des H. Ephræm des Syrers, nebst einer Abhandlung « Untersuchungen über die chronologie Ephræm's »* Berlin, 1853.

[3] *Encyclopedia von* Ersch und Grueber, ad vocem « Ephræm. »

nisibenus, cum sancto illo præsule suis utriusque precibus coegit Saporem, Persarum regem, obsidium urbis Nisibis derelinquere. Ephræmus cum Vologese, Nisibin episcopo, obsidioni anni 350 adfuit. In urbe permansit usque dum Persis a Joviano traderetur anno 364.

Tunc ex urbe discedere coactus, se recepit in Beth-Garbaia, unde mox per persecutionem expulsus Amidam profectus est. Nec diu ibi commoratus est, anno enim sequenti Edessam se contulit. Edessam igitur advenit anno 365, ibique vel in monte adjacente reliquos vitæ dies transegit et placida morte obdormivit die 9^{a}, 15^{a}, 18^{a} vel 19^{a} junii anni 373. Acta parisina et romana tradunt Ephræmum, ex Edessa profectum ut iret in Cappadociam ad Basilium, primo perrexisse in Ægyptum ad monachos deserti ibique per octo annos degisse. Hoc autem admitti nequit. Cum enim Edessam advenerit anno 365 et ibi per aliquod tempus monachus egerit antequam ad Basilium se conferret, cum aliunde constet ejus obitum in annum 373 reponendum esse, impossibile est ut octo annos in Ægypto fuerit, eo vel magis quod eadem Acta tradunt legatos a Basilio ad Ephræmum missos fuisse quatuor post annos a quo Ephræmus Basilium inviserat. Vel igitur quæ narrantur de Ephræmi itinere in Ægyptum interpolata et fictitia sunt, vel exiguo tempore ibi fuerit. Acta non tradunt quonam anno Ephræmus ad Basilium iverit et ab eo diaconus ordinatus fuerit, nec alii scriptores, ut Gregorius Nyssenus, Sozomenus, Metaphrastes, qui illud Ephræmi ad Basilium iter memorant, aliquo modo annum significant. Potest tamen aliunde aliqua lux infundi. Scilicet Basilius anno 370 Cæsareæ episcopus ordinatus fuit[1]. Igitur non ante hunc annum Ephræmus Cæsaream venerit. Ephræmus autem jam ab aliquo tempore Edessam redierat, quum Valens, anno 372, contra Edessenos persecutionem movit. Intra illud igitur temporis spatium iter ad Basilium reponendum est, nempe Ephræmus Cæsaream advenerit ad festum Epiphaniæ anni 371. Jam diximus Acta romana duplici vitio laborare et in hac parte ab Actis parisinis feliciter corrigi. Primum vitium est circa baptismum ejus, alterum est circa persecutionem quæ Ephræmi tempore ab imperatore romano contra Edessam mota est. Acta romana referunt hanc persecutionem ab imperatore Juliano contra Edessam motam fuisse, Ephræmum Juliano restitisse et contra eum scripsisse. Unde consequitur Ephræmum jam ante annum 363, quo Julianus defunctus est, Edessæ domicilium habuisse. Sic tota perturbatur chronologia. At Acta parisina hoc vitium corrigunt. Narrant quippe Valentem imperatorem, non Julianum, Edessam venisse et contra Edessenos persecutionem movisse, de qua scripsit Ephræmus. Hæc autem

[1] Vid *Prolegomena* in *Opp. S. Basilii* ap. Migne, *Patrol. gr.* XXIX, col. LVII.

anno 372 gesta fuisse ex Sozomeno recte infertur. Si quis enim ea quæ habet Sozomenus[1] de Valentis ejusque præfecti Modesti ratione agendi erga Edessenos anno 372 cum narratione Actorum parisiensium contulerit, facile perspiciet utrumque auctorem idem factum narrare.

Ad mortem Ephræmi quod attinet, Acta vaticana eam post Basilii mortem († 379) differunt ; at falso, nam omnes auctores Syri in re chronologica accuratissimi eam in diem 9^{m}, 15^{m}, 18^{m} vel 19^{m} junii anni 373 reponunt. Agmen ducit *chronicon edessenum* ex archivis hujus ecclesiæ confectum ; sequuntur Jacobus, Edessæ sæculo VII episcopus, Dionysius, Jacobitarum patriarcha, in suo *chronico ecclesiastico,* Elias Nisibis sæc. XI episcopus[2], Gregorius Barhebræus, Jacobitarum sæc. XIII Maphrianus, in suo *Chronico ecclesiastico,* alii, quos infra citavimus. His duo alii auctores Syri adjungi possunt, qui recentissime mihi innotuere. Primus est auctor anonymus brevis Ephræmi *Vitæ*, quam e codice syriaco sæculi XIII[3] benevole mihi transcripsit Cl. D. Sachau, professor Berolinensis ; alter est Cl. D. Cardahi Libanensis, qui in opere : *Liber thesauri de arte poetica Syrorum*, Romæ 1875, p. 9, breviter e fontibus Syris describens acta S. Ephræmi, asserit S. Doctorem anno Christi 373 decessisse.

Juvat autem hic transcribere brevem Ephræmi Vitam in codice Berolinensi fol. 6 contentam :

« Beatus Doctor Ephræm erat genere Syrus. Pater ejus erat e Nisibi, urbe confiniorum, mater autem ejus ex Amida civitate. Pater quidem sacerdos erat. Vivebant autem tempore Constantini victoris. Pater porro Ephræmi puerum e domo sua expulit eo quod non assentiret voluntati suæ perversæ. Veniens igitur Ephræm commoratus est apud S. Jacobum, Nisibis episcopum, et in omni pietate conversatus est usque ad tempora Joviani. Tunc Edessam venit et ibi, accepto Spiritus sancti dono, Ecclesiam doctrina Spiritus sancti implevit. Postea autem ivit in desertum Ægypti et exinde Cæsaream, ad Basilium, et accepit ab eo ordinationem diaconi, moxque Edessam regressus, ibi vitam finivit anno 684, die 19^{a} Haziran (Junii), i. e. anno 372[4] post adventum Domini[5]. »

[1] *Hist. Eccl.* VI, 18.

[2] Textum Eliæ Nisibeni e Musæi Britannici cod. Rich 7,197 descripsi. Sic se habet : « ܩܢܘܢܐ ܕܫܢܝܐ ܕܝܥܩܘܒ ܐܘܪܗܝܐ . ܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܐܪܒܥ . ܒܗ ܡܝܬ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܒܝܘܡܐ ܕܬܫܥܐ ܒܚܙܝܪܢ Canon annorum Jacobi Edesseni. Anno sexcentesimo octogesimo quarto (Christi 373) defunctus est sanctus Mar Ephræm, doctor syrus, die 9^{a} Haziran (Junii). »

[3] Reponitur is codex in Bibliotheca Berolinensi sub numero 165 inter Codices syriacos ab E. Sachau ex Oriente advectos.

[4] Error est unius anni in numero 372. Nam annus Seleucidarum 684 incidit in annum Christi 373.

[5] ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܓܢܣܗ ܣܘܪܝܐ . ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܢܨܝܒܝܢ ܕܬܚܘܡܐ . ܐܡܗ ܕܝܢ ܡܢ ܐܡܕ ܡܕܝܢܬܐ . ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܟܘܡܪܐ . ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܒܙܒܢܗ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܙܟܝܐ . ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ ܛܪܕܗ ܗܘܐ ܡܢ ܒܝܬܗ ܒܕ ܠܐ ܫܡܥ ܗܘܐ ܠܪܓܝܓܬܗ ܒܝܫܬܐ . ܐܬܐ ܕܝܢ ܥܡܪ ܠܘܬ ܩ̄ܕ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܢܨܝܒܝܢ ܘܐܬܕܒܪ ܒܟܠܗ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܥܕܡܐ ܠܙܒܢܗ ܕܝܘܒܝܢܝܢܘܣ . ܗܝܕܝܢ ܐܬܐ ܠܐܘܪܗܝ

Gabriel Cardahi[1] Ephræmum facit filium Josephi Syri, quod ex aliquo codice vaticano desumpsit. Si autem Ephræmus patrem habuerit Josephum quempiam, hoc nomen indicare videtur virum christianum, non ethnicum, ut Acta vaticana et parisiensia tradunt. Idem auctor addit : « Non conveniunt auctores quonam gradu ecclesiastico insignitus fuerit Ephræmus, aliis eum fuisse diaconum, presbyterum aliis contendentibus. Secundam sententiam veram esse colligitur e duobus hisce versibus : ܟܟܪܐ ܝܗܒ ܠܝ ܕܟܗܢܘܬܐ ܘܒܪܦܝܘܬܝ ܒܐܪܥܐ ܛܫܝܬܗ Talentum dedit mihi sacerdotii et per meam negligentiam in terra illud abscondi. » Non indicat doctus vir undenam isti versus desumpti sint. Anceps præterea hæreo an ܟܗܢܘܬܐ dicatur tantummodo de presbyteratu, et non potius de sacramento ordinis generatim quatenus complectitur ordines sacros : episcopatum scilicet, presbyteratum et diaconatum[2]. Quare donec huic quæstioni nova lux affulgeat, non est cur recedamus a communi sententia, actis confirmata, Ephræmum diaconum fuisse.

II. Commentaria S. Ephræmi in hoc volumine contenta desumpta sunt ex eadem catena, e qua editores romani commentaria S. Doctoris eruerunt[3], nempe e *Catena Patrum in Scripturam* a Severo monacho edesseno, anno Christi 861, elaborata. Commentaria.

S. Ephræmus plerosque, si non omnes, libros veteris Testamenti qui in textu hebræo et in versione simplici inde derivata continentur, commentariis elucidavit. Recitavimus præclarum de hac re testimonium Ebed-Jesu Sobensis in suo Catalogo scriptorum syrorum[4]. Ephræmi commentaria prima vice edita fuerunt in magna editione syro-latina operum S. Doctoris. Desunt tamen in hac editione Libri Ruth, Paralipomenon, Esdras, Nehemias, Esther, Psalmi, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, ultima pars vaticiniorum Isaiæ, Jonas, Nahum, Sophonias, Habacuc et Aggæus, præter omnes Libros Deuterocanonicos, quos Ephræmus explanavisse non videtur. Præterea nonnisi fragmenta habemus commentariorum in libros Numerorum et Deuteronomii. E testimonio Ebed-Jesu Sobensis certum est Librum Psalmorum ab Ephræmo explanatum fuisse. Invenimus etiam aliqua citata e commentario in Proverbia ; an autem S. Doctor com-

ܡܢܝܢܐ ܘܐܦ ܡܟܠ ܡܘܗܒܬܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܡܟܠܗ
ܠܒܢܐ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܡܟܗܢܐ ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ . ܡܟܝܠ ܙܒܢܐ
ܐܠܐ ܡܕܒܪܐ ܕܡܪܢ ܡܢ ܐܝܟ ܡܫܬܐ ܗܘ ܒܡܫܡܫܘ
ܘܡܟܠ ܡܢܗ ܡܫܡ ܐܚܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܘܡܢܝܢܐ ܠܘܬ
ܕܡܢ ܠܐܘܪܚܐ . ܘܐܦ ܡܫܡ ܚܢܢ ܒܫܡ ܡܫܡܬܐ ܩܦ
ܒܟܠ ܒܝܢܝ ܕܐܡܪܗ ܡܫܐ ܠܡܫܬܐ ܘܡܒܝ ܒܫܡ
ܡܫܡܗ ܕܡܢܝ ܀

[1] *Lib. cit.* p. 9.

[2] Certe apud Assemanum, *Bibl. Orient.* III, part. I, 239, sub nomine ܟܗܢܐ comprehenduntur ܩܫܝܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ presbyteri et diaconi ; ܛܟܣܐ ܕܟܗܢܘܬܐ *ordo sacerdotii* in syn. Ephes. II valet ἱερατικὸν τάγμα.

[3] Commentaria S. Ephræmi in Pentateuchum, Josue, Judices, Libros Regum, Jobum, Isaiam, Jeremiam, Ezechielem, Danielem, Oseam, Joëlem, Amosum, Abdiam, Michæam, Zachariam et Malachiam edita sunt in *Opp. Syr-lat.* t. I-II.

[4] Vide t. I, proleg. p. XXXI.

mentariis illustraverit alios libros supra indicatos, non ita certo affirmari potest, quamvis S. Gregorius Nyssenus in suo Ephræmi encomio, Dionysius Barsalibæus et Gregorius Barhebræus (ap. Asseman. B. O. I. 57, 63) testentur Ephræmum explanavisse omnes Veteris et Novi Testamenti libros. De prophetis autem Ebed-Jesu affirmat a S. Doctore explanatos esse quatuor prophetas majores et duodecim minores. J. S. Assemanus[1] etiam indicat se commentaria Ephræmi in Jonam, Nahum, Habacuc Sophoniam et Aggæum legisse in Catena Severi monachi, quæ tamen omissa fuere ab editoribus romanis, forsan quia codex nimium detritus fuerit. Quidquid sit, commentaria in hos quinque prophetas et in posteriorem Isaiæ partem ac in Lamentationes Jeremiæ feliciter nacti sumus in Musæi Britannici codice addititio 12,144 eaque in hoc volumine inseruimus post Acta S. Ephræmi. Notandum est commentaria S. Doctoris integra ad nos non pervenisse, sed per fragmenta et veluti *scholia* digesta esse. Solent quippe Catenarum auctores fideliter quidem Patres exscribere, sed ea quæ fusius dicta sunt, servatis auctorum verbis, abbreviare et præcipuas tantum explicationes transcribere. At, quamvis commentaria vel potius scholia S. Ephræmi in libros veteris Testamenti ad nos nonnisi per medium alicujus Catenæ pervenerint, tamen præcipuum quemdam locum tenent inter hujus generis opera, quæ quatuor prioribus Ecclesiæ sæculis a Patribus conscripta sunt. Sufficiat in hanc rem adducere testimonium Cæsaris Lengerke qui doctis operibus et singulari studio commentaria S. Ephræmi ad trutinam criticam revocavit.

Is igitur auctor ita scribit: « Hoc unum tantum hic monuerim, primum omnium quicunque SS. interpretationes scripserunt, fuisse nostrum, qui inter allegoricam et inter verbalem interpretandi consuetudinem, mediam quandam viam incederet constanterque persequeretur, atque eum, qui interpretes inter Græcos antecessissent, quod ad historiam et grammaticam interpretandi rationem, longissime antecelluisse omnes[2]. »

Quamvis autem S. Ephræmus libros V. T. deuterocanonicos non explanaverit, eos tamen pari veneratione ac ceteros libros sacros suscipiebat. Nam frequenter in suis hymnis et sermonibus provocat ad facta in illis narrata aut eorum verba recitat. Sic provocat ad *additamenta Dan. Opp. Syr.-lat.* III, 47 ; ad *Machabæos,* ibid. II, 218, 231 ; ad *Judith,* ibid. II, 293 ; ad *Baruch,* ibid. II, 212-213 ; ad *Machabæos* in *Carminibus nisib.* p. 198. 219, 221 ; rursus ad *additamenta Danielis* in nostro opere t. I, 530 ; II, 662, 668, 670 ; ad *Tobiam,* ibid. I, 300 ; ad *Ecclesiasticum,* ibid. I, 302 ; ad *Machabæos*, ibid. I, 78. In tertio vo-

[1] *Bibl. Orient.* I, 70-71.

[2] C. Lengerke. *De Ephræmi Syri arte hermeneutica.* Regiomontii Prussorum, 1831, p. VII-VIII.

lumine edituri sumus hymnos in Machabæos. In operibus græcis frequenter citantur *Sapientia* et *Ecclesiasticus*. Utitur pariter S. Doctor omnibus N. T. libris, nulla distinctione facta inter libros proto et deuterocanonicos.

Textus syriacus cui annexa sunt Ephræmi scholia a monacho Severo nobis transmissa textus est versionis simplicis ; differt tamen multis in locis a textu impresso hujus versionis et nunc quidem accedit propius ad hebræum, nunc vero declinat ad versionem septuagintaviralem. An autem illæ discrepantiæ codici quo usus est Ephræmus, an vero codici cui postea Severus monachus scholia Ephræmi adjunxit, tribuendæ sint, non ita certo affirmari potest, quum e scholiis appositis res definiri nequeat. In uno quidem aut altero loco, ut v. g. ad Is. LIX, 20, e scholiis constat Ephræmum aliter legisse quam habet Catenæ textus adeoque discrepantiam post Ephræmum esse invectam ; sed rariora sunt illa loca ut conclusio generalis exinde deduci possit[1]. Utique omnibus constat Ephræmum, ubi in suis sermonibus aliqua Scripturæ verba adducit, ea juxta versionem simplicem constanter recitare, etiam in locis ubi illa versio differt ab hebræo et a versione LXX. Ejus scholia etiam ita sunt digesta ut versionem simplicem continuo exponant, non autem nisi raro textum hebræum vel græcum ubi scilicet hi textus a versione simplici discrepant. Quum Ephræmus per totam fere vitam commoratus sit Nisibi et Edessæ, in quibus civitatibus erant scholæ famosæ multique Judæi ; quum præterea lingua hebræa magnam habeat cum syriaca affinitatem, suspicari quis possit cum J. Assemano et P. Benedicto[2] Ephræmum linguæ hebraicæ non fuisse ignarum, eo vel magis quod nonnullas Judæorum traditiones ex eorum consortio aut ex eorum libris vel magistris acceptas interdum in suis commentariis referat et sæpe Judæos in suis sermonibus et hymnis impugnet. Hæc autem suspicio omnino firmari primo intuitu videtur e ratione loquendi S. Doctoris in suis scholiis. Etenim non raro in commentariis, quæ in editione romana habentur, non in nostra editione in qua nulla hujusmodi locutio obvia est, locutiones occurrunt quales sunt istæ : Ubi enim dicit, « oravi » in *textu hebræo* scribitur « jejunavi[3] ; » intravit, juxta *hebræum*, ut « tegeret pedes suos, » pro quo versio nostra dicit « et ibi dormivit[4]. » Vox ܣܢܘܪ (sen'or) *hebraica* est et rupem significat[5] ; » « Vox ܢܩܕܐ (noqdo) quam hic ex-

[1] Aliqua exempla adducit C. Lengerke, *Comment. critica de Ephræmo Syro SS. interprete*. Halis saxon. 1828, p. 15.

[2] Ephræmum linguam hebraicam cognovisse et fonte hebraico usum esse contenderunt J. S. Assemanus *Bibl. Or.* I, 71 ; Petrus Benedictus *Opp. Syr.-lat.* I, præf. ad lect. p. 22 ; Spohn, Wohl, Eichhorn apud Lengerke, *Comment. critica*, p. 22, sqq. Lengerke autem in illa commentatione totus est ut demonstret Ephræmum linguam hebræam non calluisse.

[3] *Comment.* in *Deut.* IX, 9.

[4] *I Samuel*, XXIV, 4.

[5] *I Sam.* XXIII, 28.

primit Scriptura, nomen est quod ex *hebræo* derivat, significatque gregum dominum, qui nimirum plurima pecora alat[1]. » Et mox adhuc : « ܢܩܘܫܐ (noquŝo) quam dicit mater est chordarum aut Kinnara secundum *hebræum*[2]. » Ex his similibusque locutionibus in scholiis Ephræmi sæpe obviis concluserunt Spohn et alii Ephræmum hebraice doctum fuisse. At observandum est S. Doctorem eodem modo loqui de versione græca, quamvis linguam græcam ignoraret, ut alibi probavimus[3]. Sic ad *Zach.* XI, 5, adnotat: « Pastor stolidus. » *Græcus* autem « pastorem imperitum dicit. » Imo de Nemrodo ait: « Ipse fuit vir ܢܚܫܝܪܬܢܐ (nahŝirtono) coram Domino. » Nahŝirtono enim venatorem Persæ appellant[4]. Exinde tamen nemo recte dixerit Ephræmum linguæ persicæ fuisse peritum. Quare, etsi non diffiteor Ephræmum propter linguarum hebraicæ et syriacæ affinitatem quædam verba hebraica intellexisse, ut galli verba italica, tamen e locis allatis satis firmum duci nequit argumentum. Fieri enim potest ut Ephræmus ad marginem sui codicis quasdam notulas habuerit ex hebræo vel græco adjectas. Satis probabile est Hexapla Origenis non fuisse ignota in urbe Edessa Romanis subjecta. Quum jam tunc temporis scripta Græcorum syriace redderentur, forsan plura ex Hexaplis syriace versa fuerunt, quibus Ephræmus uti potuerit. Nulla quippe probabili ratione conficitur Ephræmum hebraicæ linguæ peritum fuisse. Etenim si hebræam linguam S. Doctor calluisset, sæpius ad textum hebræum recurrisset, maxime ubi versio simplex obscura est aut a vero sensu recedit; attamen Ephræmus etiam in iis locis Versionem Simplicem sequitur et explanat[5].

Quum autem Versio Simplex immediate ex hebræo derivata sit et textui primigenio propter utriusque linguæ affinitatem presse inhæreat, commentaria S. Ephræmi plurimum utilitatis afferunt ad textum primigenium elucidandum. Nam S. Ephræmus omne studium adhibet ut sensum litteralem textus assequatur et exponat et ad hunc finem non solum quid verba sonent, quid metaphoræ significent, sed quid contexta oratio, quid loca parallela, quid Ecclesiæ sensus habeant, inquirit. Ita tamen sensum litteralem exponit ut non negligat sensum typicum et spiritualem. Utique non studet constanter sensui allegorico, ut Origenes, sed illum non negligit, ubi ad informandos mores utilis videtur. Elucidat locutiones metaphoricas et symbolicas in prophetis frequenter obvias[6], ostendens quo sensu ad Babylonios, ad Judæos aut ad Christum refe-

1 *II Reg.* III, 9.
2 *II Reg.* III, 15.
3 T. I, XXXII. Cfr. infra col. 56.
4 Vid. *Opp. Syr.-lat.* I, 153.
5 Card. Wiseman in *Horis syriacis* Romæ, 1828, p. 112, sqq. fuse demonstravit Ephræmum versione simplici in suis commentariis usum esse.
6 Sic ad *Is.* LXIV, 1 : « *A conspectu tuo liquefacti sunt montes.* Ægyptios, inquit, Amorrhæos et Amalecitas montes vocat propter eorum elationem. »

rantur. Ad Christum autem referri et quidem sensu litterali vaticinia Isaiæ de « servo Dei » illumque servum esse Christum, qui ita appellatus est « quia accepit formam servi et quia missus est a Patre ad salutem mundi[1], » ita dilucide explicat ut videatur os occlusisse rationalistis diu antequam nascerentur.

Omnia prophetarum oracula dicta non sunt de Christo in sensu litterali, nonpauca agunt de Messia solum in sensu typico. Voluit enim Deus veterem Legem Legis novæ figuram esse. Hoc Ephræmum non fugit. Sic in sensu typico explicat verba *Is*. LIX, 20 : « *Sioni veniet salvator,* id est, inquit, Zorobabel. Sion autem spiritualis et collis visionum seu revelationum Ecclesia est. Salvator autem qui ad eam venit est Christus, Zorobabel ille magnus. » Eodem modo explicat verba Jeremiæ Thren. V, 20 : « *Spiritus narium nostrarum Unctus Domini capietur in fovea.* His spiritualiter significatur Filius, Unctus Patris, qui est vera nostra vita, qui in peccatis nostris irretitus fuit ; realiter autem hæc acciderunt Sedeciæ qui vocatus est Unctus Domini propter regnum. » Historiam Jonæ etiam explicat in sensu litterali et typico. Sic ad *Jon*. II. ait : « Piscis magnus qui deglutivit Jonam figura est mortis quæ absorbuit Dominum nostrum. Fuit Jonas in visceribus piscis tribus diebus ; hac re significatur Dominum nostrum tribus diebus et tribus noctibus fuisse in inferioribus partibus terræ. Vivus perstitit Jonas in visceribus piscis et vivus permansit Dominus noster postquam in sancto sepulchro conditus fuit. »

Exponit autem S. Doctor sensum litteralem sæpius per meram paraphrasin. Sic ad *Sophon*. II, 2 : « *Antequam sitis sicut gluma quæ a vento effertur,* i. e. antequam a populo Babylonis castigemini et dispergamini. » Et ibid. 4: « *Quia Gaza derelicta erit, et Ascalon in ruinam :* Gaza scilicet et Ascalon Philisthæorum. » Ubi autem res postulat, explicationem addit. Sic ad *Aggæum* II, 10 : « *Et magna erit gloria domus hujus novissimæ plus quam primæ.* Hisce duo intenduntur: unum vult eos docere domum hanc esse novissimam nec fore aliam posteriorem, alterum vult ostendere domum a Zorobabele ornatam præstantiorem esse illa a Salomone ornata et pretiosiores esse thesauros novissimæ thesauris quæ David paravit et reposuit priori. Spiritualiter autem istud: *Erit gloria domus hujus,* etc. significat quam excelsa sit renovatio Adami per Christum effecta, etc. »

Editores romani commentaria S. Ephræmi quandoque liberius et per paraphrasin latine reddiderunt, ego conatus sum pressius litteræ adhærere et verbum verbo, quantum sinit differentia linguarum, reddere.

III. Commentaria excipiunt quatuor sermones e codicibus perantiquis, sæculi nempe V, VI et VII exscriptos. Sermo de *Admonitione* ex- Sermones de admonitione, de reprehensione, et de magis, in-

[1] In *Is*. XLIX, 3-6.

cantatoribus ac consummatione.

stat in cod. add. 14,605 sæc. VII; in cod. Rich. 7,190 sæc. XIII, in cod. vat. syr. V[1] et in Musæi Britannici cod. add. 12,166 sæc. VI, fol. 99-103. In primo codice adscribitur Ephræmo, in tribus aliis S. Isaaco Antiocheno. Stylo quidem et eloquentia aliis Ephræmi sermonibus metricis prorsus similis est ; at auctoritas trium codicum, inter quos unus est sæculi VI, Isaaco potius quam Ephræmo hunc sermonem vindicat. Quare anceps hæreo quisnam : an Ephræmus vel Isaacus revera illius sit auctor. Quum tres posteriores codices mihi non innotuerint nisi postquam sermo typis mandatus fuerat, impossibile fuit varias lectiones apponere. Totus est auctor in hoc sermone ut ex verbis Isaiæ « *omnis caro fœnum* » ostendat omnia in mundo fluxa, transeuntia et vana esse morteque finiri ; herbæ similem esse hominem qui exoritur, exornatur, floret, deinde marcescit, decidit et perit. Hæc autem mirabili eloquentia evolvit.

Secundo loco posui sermonem de *Reprehensione* e codice membranaceo perantiquo sæculi VI. Is codex duos Ephræmi sermones continet de *Reprehensione* ; secundus editus est inter *Opp. Syr.-lat.* III, 654, sqq. Idcirco illum omisi. Et primum tantum exscripsi. Versibus septem syllabis constat, sicut tres alii sermones qui ei hic conjunguntur. In hoc sermone S. Doctor, accepta occasione a ruina Nisibis, docet vitia esse fugienda ; invehitur autem præsertim in mulieres et puellas libidinosas, quæ calceis nimium exornatis et saltatione ut Herodias, et filiæ Israel ad vitium pertrahunt. Hæc sunt vitia quæ ruinæ urbis causa fuerunt ; fugienda igitur sunt, sectanda autem virtus cujus pulchritudo nunquam marcescit. Hic sermo exaratus fuerit post Nisibin a Persis captam. Tertio loco alium vulgavimus sermonem de *Reprehensione*, e cod. add. 12,176 decerptum. Hic codex antiquissimus est, utpote ad sæculum V vel VI referendus ; nihil continet nisi Ephræmi opera. Invehitur rursus S. Doctor in vitia ; ducunt quippe homines in damnationem ; describit porro Ephræmus damnatorum pœnas, maxime pœnam ignis, quod et fecit eodem modo in sermone de *Timore Dei et consummatione sæculi*[2]. Statui damnatorum opponit felicitatem justorum in paradiso. Ignis inferni imaginem præbet incendium Sodomorum. Sermonem claudit adducendo e veteri Testamento multa ultionis divinæ exempla. Quarto loco venit Sermo *De magis, incantatoribus et divinis et de fine et consummatione*, quem in duobus Musæi Britannici codicibus et in uno Oxoniensi invenimus[3]. E lectione Scripturarum patet adesse finem temporum et tamen

[1] Vid. J. S. Assemanus, *Bibl. Or.* I, 222, n. 19.
[2] *Opp. Syr.-lat.* III, 637-638.
[3] Cfr. quæ diximus infra col. 312 in Monito prævio et col. 393 in nota. In hac nota delenda sunt verba : « Denique reperitur in cod. syr. vat. V falso sub nomine Isaaci Antiocheni. Vid. J. S. Assemanus, *Bibl. Or.* I, 222, n. 19. » Ista verba erronee ibi sunt apposita.

homines suam salutem negligunt, euntes ad veneficos, satanæ ministros, qui rerum sacrarum abusu nec proles eis præbere, nec mala ab eis avertere possunt. Ostendit hisce veneficis et his qui ad eos recurrunt diem Domini repente adventurum; vivida oratione depingit terribilia quæ inopinate fient quando Salvator angelis stipatus ad judicandum veniet; stabunt coram judice cœlestem Jerusalem respicientes omnes justi veteris et novi Testamenti quos longo agmine describit; stabunt ex altera parte cum mœrore Arius cum suis asseclis et magi ac venefici, omnes autem mercedem juxta opera accipient. Sæpius egit S. Ephræmus de adventu Christi in fine temporum, de judicio ultimo, de consummatione mundi et resurrectione et quidem tanta compunctione, tam vivida oratione, tam vehementi et copiosa eloquentia ut vix alius inter Patres ipsi æquipari valeat. Hic autem sermo non infimum tenet locum inter alias S. Doctoris de hac re orationes. Agit porro Ecclesiæ syriacæ lumen de judicio ultimo et fine mundi in sermone *De secundo Christi adventu. Opp. græc.* II, 192-209; et rursus in sermone *In resurrectionem, pœnitentiam, charitatem, et secundum Christi adventum,* ibid. II, 219-222; in sermone *De consummatione sæculi et adventu Antichristi,* ibid. II, 222-230; in sermone *In pretiosam ac vivificam crucem et in secundum Christi adventum,* ibid. 247-258; in sermone: *De patientia et consummatione sæculi et secundo Christi adventu,* et in altero *De secundo Christi adventu et patientia,* ibid. III, 93-104; 152-159; in sermone: *De iis qui in Christo obdormierunt,* ibid. 260-273; denique in sermone syriaco 13 inter diversos, et in canone funebri 12, *Opp. Syr.* III, 242-246; 629-638.

IV. S. Ephræmus piis ac suavibus hymnis celebravit festa Domini, Beatæ ejus Matris et Sanctorum. In primo tomo jam vulgavimus hymnos de Epiphania, de azymis et de crucifixione, in hoc volumine veniunt hymni de nativitate Christi, de Beata Maria Virgine, de jejunio quadragesimali et de diversis ad vitam Christi pertinentibus. Hymni de Nativitate Christi.

Editores romani jam e codicibus nitriensibus vulgaverunt quatuordecim ܡܕܖ̈ܫܐ *Madrase* in Nativitatem Domini quos minus recte sermones appellaverunt. Sermones enim ܡܐܡܖ̈ܐ *Mimre* appellantur et soluta oratione vel versibus septem syllabarum conscripti sunt; Madraše autem strophis et versibus constant ut odæ, hymni et cantica Latinorum. Sed multo plures hymnos S. Doctor composuerat. Hymnus enim quem primo loco posuimus, 25^us^ erat in codice quo utebatur Jacobus Edessenus, ut diximus in nota ad stropham quintam hujus hymni. Differt ordo hymnorum in codicibus antiquissimis; sic in Musæi Britannici cod. add. 14,571 anni 518, hymnorum ordo diversus est ab illo quem secuti sunt editores romani.

Quum igitur attente investigaremus codices syriacos Musæi Brittannici feliciter nacti sumus octo hymnos nondum luce donatos, sex in cod. add. 14,506, fol. 140-152 unde alia multa deprompsimus et duos in cod. add. 14,571 sæculi VI. Hi iidem hymni separatim in aliis plurimis codicibus liturgicis inveniuntur, quandoque sine nomine auctoris, vel per fragmenta; inveniuntur etiam in codd. Mossulensibus quos cl. D. Rahmani presbyter Mossulensis benevole nobis communicavit. Quum autem in suis hymnis divus Syrorum vates agat non solum de Christi nativitate in carne verum etiam de partu Beatæ Virginis et de aliis quæ post partum evenerunt, ut adoratio Magorum, hinc codices liturgici inter hymnos de beata Dei Genitrice et de Epiphania nonnullos hymnos reponunt quos alii codices ad Christi nativitatem referunt. Sic hymnus X de B. M. V. in aliis codicibus ad nativitatem Christi, de qua revera agit, refertur.

In hymno primo hortatur poeta ad celebrandam cum angelis Christi nativitatem. « Sol, inquit, ingressus est uterum dum radii ejus in supernis et infimis diffundebantur. » Docet illum quem mundus comprehendere non potest habitasse in sinu Mariæ, quæ, illæso virginitatis signaculo, eum peperit. « Unigenitus, inquit, ingressus est uterum et nihil passa est casta virgo. Illapsus est in uterum et exivit in puerperio; sensit natum pulcherrima virgo. Invisibili gloria circumdatus occultus fuit in ingressu, vilis vero et visibilis in egressu, quia Deus erat in ingressu et homo in egressu. Res auditu mira et intellectu impervia; ignis ingressus est uterum, corpus induit et exivit. » Pergit ostendens Christi nativitatem inscrutabilem esse.

In secundo hymno gratias agit ob misericordiam mundo exhibitam salutemque allatam per Christi nativitatem. Hac nativitate idola e mundo fugata sunt: « Loco ignis irrationalis qui per se materiam consumebat, magi adorarunt Ignem qui dedit corpus se comedentibus. Conquestæ sunt creaturæ quod adorarentur. Omnium liberator eas exaudivit; nihil passus induit formam servi in utero, exivit et assumpta servi forma creaturam liberavit. Benedicta sit ejus nativitas. »

In hymno tertio sacer vates miratur cum gratiarum actione incomprehensibilem Christi nativitatem. « Amore suo Unigenitus Deitatis factus est Mariæ Unigenitus; mundus angustior erat ut involveret ejus amplitudinem et sinus Mariæ eum complexus est. Gloria illi ab omnibus. »

Hymnus quartus notissimus est in liturgicis officiis, celebrat necem infantium. « Messuerunt satellites in Bethleem flores teneros, ut cum eis simul periret semen recens in quo latebat panis vitæ. At fugerat spica vitæ ut fieret manipulus tempore messis. Iverunt satellites in paradisum floribus præcocibus plenum; excusserunt flores e ramis, flores et gemmas destruxerunt; vic-

timas innocentes, se inscio, perturbator obtulit. Væ ei beatæ illæ. »

Hymnus quintus et ipse notissimus beatam prædicat Ecclesiam ob præclarum festum, ob Christum natum ab angelis annunciatum, a magis adoratum, ab infantibus confessum, ab Isaia, Michæa, Daniele et Davide prænuntiatum ; beatam prædicat Bethleem « quia in ea initium sumpsit Filius qui ab æterno est in Patre, et temporibus se subjecit qui ante omne tempus existit. »

In hymno sexto annus primus et secundus nativitatis Salvatoris et octo dies a Nativitate ad circumcisionem, sua quisque stropha, laudes offerunt Christo, quod et faciunt dies decimus et dies purificationis Mariæ. Notandum est Magos, juxta Ephræmum, anno secundo advenisse, quæ est nonnullorum veterum sententia.

Hymnus septimus sistit Mariam gratias Filio agentem quod miserit Magos, coronaverit infantes, honoraverit speluncam. Beata virgo exclamat : « O puer virgo qui virginalia matris tuæ induisti, et ipsis integris exivisti, tu mihi es infans et sponsus et filius et Deus. »

Nonnisi quinque strophæ remanent hymni octavi ; fragmenta autem, e sermone super initium Evangelii S. Joannis servata, quædam doctrinalia de incarnatione continent, ut hoc : « Filius induit corpus destructibile ut sui corporis destructione renovaret creaturas exitium passas, » et illud : « Per aurem Maria vidit absconditum qui in voce venit. »

Hymni de Beata Maria Virgine.

V. Hymni de beata Dei genitrice Maria desumpti sunt e sex Musæi Britannici codicibus liturgicis, cum quibus contulimus *scalas* in codice parisiensi contentas. Illud igitur hic in memoriam revocandum est quod tomo I, col. 3 monuimus, in codicibus liturgicis nec ordinem hymnorum servari, nec omnes hymnos referri, nec omnes unius ejusdemque hymni strophas quandoque saltem recitari. Totus autem est Vates Syrorum in hisce hymnis ut prædicet Mariam esse vere Deigenitricem, virginemque fuisse purissimam ante partum, in partu et post partum.

In hymno primo miratur Mariam « quæ sancte peperit filium et lac dedit nationum alitori atque in virgineis genibus sustentavit eum qui omnia sustinet. Virgo est et mater et quidnam non est. » Invitat deinde ordines virginum, Patrum et prophetarum ad gaudendum cum Maria. Secundus hymnus est veluti continuatio præcedentis ; insistit autem maxime in hoc quod Maria, virgo permanens peperit. Tertii hymni quatuor tantum strophas habemus.

Hymnus quartus invitat puellas ad admirandam Mariam quæ « humani generis factorem peperit et omnium alitori lac dedit. » In hymno quinto poeta docet : « Maria virgo concepit et virgo peperit. Infans editus est per viam natorum. Mater ejus virgo fuit ; prodigio induta, fructum portavit ; simul autem venter ejus sigillo munitus clausus permansit. » In hymnis

sexto et septimo, octavo et nono rursus invitat virgines et sapientes ad laudes virginis quam Isaias prædixit ; beatam eam prædicat quia « dolores matrum haud experta exultavit in fructu matrum. » Signacula enim habuit intemeratæ castitatis et prolem habuit partus dolores removentem. Ubi vides S. Ephræmum disertis verbis a partu illo virginali omnem dolorem removere. Continuo in aliis hymnis repetit virginalia in Maria integra remansisse, Mariam portam esse clausam, congressum maritalem nullam in conceptione Unigeniti partem habuisse « Quando. inquit hymn. 12, sponsus gloriosus exire voluit, virginalia somno oppressa reliquit, ita ut non sentirent ejus egressum. » Et in hymno XI : « Ingressus est per aurem et secreto uterum inhabitavit, e ventre porro exiens, non solvit virginalia, sicut nec solvit exeundo sigilla sepulchri. » « Maria gestavit eum in utero novem mensibus. » « Similis erat Mariæ sinus illi maritatarum et matrum et prolem gestabat, nullo habito congressu. » Nec ulla difficultas exinde ingeri potest quod loquendo de partu Virginis semel et iterum Ephræmus adhibeat vocabulum ܚܒ̈ܠܐ quod proprie dolores partus significat, quia istud vocabulum sæpe adhibetur ad designandam parturitionem nullo habito respectu ad dolores e maledictione Evæ partum comitantes. Etenim Mariam a maledictione Evæ immunem fuisse perspicue docet.

Hymnus decimus potius ad Christi nativitatem quam ad beatam Mariam virginem refertur. « Sine me, inquit sacer vates, fide dicere generationem tuam. Ecce in Patre tuo es, et in Maria, in curru cherubim, et in præsepio et in omni loco. In Patre es verissime et in Matre certissime. Tu es ille qui ex Patre est, et tu es ille qui ex matre est, tu es ille qui unus est, tu es ille qui venit et venturus est. Filius Patris, filius es Mariæ. et unum es Verbum Dei, supernaturaliter e matre, naturaliter e Patre, extraordinarie e Jordane natum ; e flumine, e matre et e Patre unus idemque es Puer-Deus. » Non potest expressius declarari Mariam Dei genitricem esse. Mox repetit : « Similis es Patri in virtute, in essentia, in natura, in potestate ; similis es Mariæ tuæ parenti, ex qua formam humanam assumpsisti. » Et adhuc : « Igneus es, spiritalis es, Entis summi filius es, incarnatus e filia Davidis e genere servorum es ; etiam carnem et ossa habes, o incorporee, qui corpus assumpsisti. » « In nativitate tua ex Patre non te formasti, quia non habes principium. In Maria autem formasti te quia voluisti. Stat Maria, mater tua, soror tua, sponsa tua, ancilla tua ; ipsa quippe peperit te, te amore fovit, amplexa est, osculata est, laudavit, oravit, gratias egit, lac dedit. Ecce tenet te, blanditur tibi, ridet pueritiæ tuæ, tu vero lac suges hilaris et exultans. » In ceteris hymnis totus est Ephræmus ut inculcet vel prædicet præcipuam illam maternitatis divinæ præro-

gativam. Hymnus undecimus varias celebrat prærogativas beatæ et intemeratæ virginis, quod et fit in hymnis XII-XVI, quos putem non esse integros.

Hymnus decimus septimus alphabeticus est. Post invocationem ad Deum poeta inducit angelum colloquentem cum Maria. Angelus salutat Mariam: « Pax tecum, Mater Domini, benedicta tu, o puella, et benedictus fructus ventris tui. » Maria attonita inquirit de mysterio et post suavissimum colloquium cum angelo tandem consentit et eodem momento concipit.

Hymnus decimus octavus etiam alphabeticus est et rursus de annunciatione angeli ac de incarnatione Verbi Mariæque prærogativis agit. Sic eam rursus Matrem Dei prædicat : « Virgo quæ Unigenitum peperit, Deum et hominem enutrivit (in sinu suo) et mater facta est pueruli absconditi, qui ex Patre natus est perfectus et infans factus est in utero ejus. » « Maria Ignem in manibus portabat et flammam brachiis amplexabatur ; flammæ ubera sugenda præbebat et omnium alitori lac dabat. » « Maria fons est purissimus, cui nihil immixtum est fluxus conjugii, ipsa in sinu suo recepit flumen vitæ. » « Maria peperit Deum qui mundum replet benedictione. »

Hymnus decimus nonus suavis ac gratissima cantilena est Beatæ Virginis blandientis suo nato Deo. « Portabat, inquit, puerulum, blandiebatur, amplexabatur, blandis vocibus gratulabatur adorabatque dicens : « Jube mihi, Domine mi, amplexer te. Filius meus es, meis cantilenis blandiar tibi. »

Hymnus vigesimus est de Simeone sene et Maria agitque de oblatione Christi in templo, et de cantico Simeonis. Hi quatuor ultimi hymni ad illud genus pertinent quod Syri « Sugita » appellant.

VI. Hymni de jejunio magno, id est de jejunio quadragesimali, desumpti sunt e sex Musæi Britannici codicibus, quorum unus, e quo jam hymnos de azymis et crucifixione desumpsimus, anno Christi 519 scriptus fuit, tres alii ad sæculum sextum vel septimum pertinent, duo alii liturgici sunt et sæculi sunt decimi : Hymni dumtaxa sunt undecim; nam duodecimus non hymnus sed sermo est et quidem mancus. In hisce hymnis hortatur ad jejunium, cujus necessitatem, dotes, conditiones et fructus egregie evolvit. Hymnus primus docet jejunio dissolvi obcæcationem ab Adamo nobis transmissam; secundus, tertius et quartus proponunt exemplum Danielis a feris non læsi et trium puerorum, qui in fornacem conjecti ab igne nihil passi sunt, dum Babylonii flammis combusti fuere. Jejunium corpus et animam Danielis triumque puerorum exornavit. In hymno quinto celebratur jejunium Moysi in mense Nisan.

Hymni de jejunio quadragesimali.

Hymnus sextus, qui videtur primo loco ponendus fuisse, in exemplum adducit jejunium quadragesimale Christi : « Hoc est jejunium Unigeniti et principium ejus

triumphorum ; gaudeamus de ejus adventu. Per jejunium Unigenitus triumphavit. Jejunio homo vincit Heluonem qui per fructum vicit Adamum. » Describit salutares jejunii effectus : jejunium animam purificat et refrænat gulam, sed jejunium sit oportet non solum oris sed et cordis. Hymnus septimus continuat præcedentem et in exemplum adducit Estherem et Jonam. In hymnis octavo et nono ostendit jejunio vinci diabolum ; hymnus vero decimus docet abstinentiæ alias virtutes esse adjungendas ; non autem ore tantum sed corde maxime jejunandum esse jubet hymnus undecimus. Seriem claudit sermo incompletus in quo S. Doctor de jejunio generatim agit.

Hymni diversi.

VII. Tres hymni qui sequuntur ad illam collectionem pertinent, quæ in antiquissimo codice vaticano appellatur de *Ecclesia* et agunt de miraculis a Christo patratis, de triumphali ejus ingressu in Jerusalem et de portentis in ejus morte visis. Assemanus[1] quinque hymnos in codice vaticano legit quorum tres tantum, quia codex initio mutilus est, habemus. Hymni decimus sextus et decimus septimus agunt de tabulis legis et pertinent ad eamdem collectionem. Quatuor qui sequuntur hymni tum doctrina tum poesi pulcherrimi agunt de descensu Christi ad inferos deque ejus resurrectione ac festo paschatis. Desumpti sunt e codice sæc. VI vel VII. Ultimo loco veniunt tredecim hymni ex illa collectione desumpti quæ titulum habet de *Ecclesia et virginitate*. Cod. add. 17,141 sæc. VIII-IX subministravit novem hymnos priores eodem ordine quo veniunt in codice vaticano anni 523[2]. Tres priores hymni de castitate et virginitate agunt. Porro, etsi S. Doctor virginitatem matrimonio præstare doceat, non parvipendet nuptias quæ ad propagationem generis humani sunt institutæ. In omnibus autem homo veterem hominem exuere debet carnemque ac concupiscentias domare. Hymni quatuor qui sequuntur, agunt de variis symbolis quæ oleum et oliva nobis subministrant in re doctrinæ christianæ et pietatis ; et sic divus vates per contemplationem rerum naturalium animam elevat ad res spirituales considerandas pietatemque mire promovet. Sequuntur tres hymni de divina Christi œconomia, qui mira arte confecti de rebus evangelicis agunt deque redemptionis effectibus. Denique tres reliqui hymni agunt de Christo tentato, de urbe Sichem et de Cana in qua Christus primum suum fecit miraculum. Veniunt isti hymni, quos reperimus in cod. add. 14,506, in codice vaticano sub numeris 14, 17 et 33[3].

[1] *Bibl. Or.* I. 90, n. 38.
[2] Vid. J. S. Assemanus, *Bibl. Orient* I, 92-94.
[3] Cfr. Assemanus *Bibl. Or.* I, 95-96.

NOTA.

Quum in recenti meo itinere in urbem Londinensem observavissem in catalogo codicum syriacorum Musæi Brittannici a cl. G. Wright edito[1] indicari fragmenta sermonis S. Ephræmi de Simone pharisæo et muliere peccatrice et alterius sermonis de Simeone sene et Christi in templo oblatione, tanquam contenta in codice antiquissimo sæc. V vel VI, (*add. man.* 14,654, fol. 34-45), mens fuit ea exscribere. Vix autem incœperam quum animadverti hisce foliis nihil aliud contineri quam fragmentum satis amplum sermonis *de Domino nostro* in tomo primo col. 145-274 a me editi. Continet nimirum istud fragmentum ea quæ habentur in sermone de Domino a n. 21 ad 53 cum nonnullis lacunis. In codice autem ordo foliorum turbatus est; folia enim 38-42 reponenda sunt ante folium 34. Porro in hisce foliis, quibus nomen Ephræmi minio appositum est, feliciter nactus sum folium quod in cod. add. 14,570 desiderabatur. Quare exinde hic supplevi lacunam tomi I, col. 248 ad finem. Præterea varias lectiones cod. 14,654 sub littera B collegi et infra indicavi. Porro uterque codex mire consentit. Sunt tamen quædam orthographiæ differentiæ quas hic semel indicavisse sufficiat: pro ܦܪ̈ܝܫܐ codex B fere constanter habet ܦܪܝܫܐ, pro ܣܒܝ habet ܐܣܒܝ, pro ܢܣܒܝ habet ܐܣܒܝ, pro ܢܗܘܐ habet ܢܗܘܘܢ, pro ܦܘܠܘܣ habet ܦܐܘܠܘܣ, pro ܗܘܐ habet ܗܘܘ pro ܚܙܝܐ habet ܚܙܐ.

Sic igitur in cod. 14,654, f. 35 verso continuatur sermo *de Domino nostro* n. 43: ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܚܛܝܬܐ

ܡܛܠ ܕܝܢ ܕܚܛܝܬܐ ܗܘܬ. ܥܒܕܐ ܗܘܘ
ܦܪ̈ܐ ܕܙܢܝܘܬܗ ܗܘܘ ܠܗ ܠܡܥܒܕ. ܐܢ ܕܝܢ
ܡܢ ܐܠܘܠܬܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܐܬܕܟܝܬ ܗܫܐ ܕܥܝ
ܕܗܢܘ ܠܗܘ̇ ܕܐܡܪܬ ܕܠܘ ܢܒܝܐ ܗܘ.
ܕܗܘܝܘ ܗܘ̇ ܕܡܩܕܫ ܢܟ̈ܦܐ ܡܢ ܙܢܝ̈ܐ. ܡܢ
ܗܢܐ ܓܝܪ ܕܝܕܥ ܐܢܬ ܠܗ ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ.
ܘܡܢ ܗܕܐ ܕܚܙܐ ܐܢܬ ܠܗ ܗܫܐ ܕܬܝܒܬܐ ܗܝ
ܒܥܐ ܐܢܬ ܚܝܠܐ ܕܫܚܠܦܗ ܠܗܕܐ. ܘܙܕܩ
ܗܘܐ ܠܗ ܓܝܪ ܕܦܪܝܫܐ ܢܣܓܘܕ. ܠܗܘ ܕܐܦ
ܫܬܝܩ ܒܫܬܩܗ ܡܕܟܐ ܠܙܢܝ̈ܬܐ ܗܠܝܢ ܕܢܒܝ̈ܐ
ܒܡܠ̈ܘܗܝ ܚܪ̈ܝܦܐ ܕܢܟܦܘܢ ܐܢܘܢ ܠܐ ܐܫܟܚܘ.
ܬܕܡܘܪܬܐ ܘܬܗܪܐ ܒܒܝܬܗ ܕܦܪܝܫܐ ܗܘ ܡܬܚܙܝܐ
ܗܘܬ. ܐܢܬܬܐ ܚܛܝܬܐ ܕܒܟܝܐ ܘܝܬܒܐ.
ܘܠܐ ܗܝ ܕܒܟܝܐ ܐܡܪܐ. ܡܛܠ ܡܢܐ ܒܟܝܐ.
ܘܠܐ ܗܘ ܕܝܬܒ ܗܘܐ ܠܘܬ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܐܡܪ
ܠܗ ܕܡܢܐ ܒܟܝܐ. ܠܐ ܕܝܢ ܡܣܢܩܐ ܗܘܬ
ܚܛܝܬܐ ܕܒܣܦ̈ܘܬܗ ܬܫܐܠܝܘܗܝ ܗܘܬ ܠܡܪܢ.
ܡܛܠ ܕܗܝܡܢܐ ܗܘܬ. ܐܝܟ ܐܠܗܐ
ܫܐܠܬܐ ܕܒܕܡ̈ܥܐ ܟܣܝܢ. ܐܦܠܐ ܡܪܢ ܫܐܠܗ̇
ܕܡܢܐ ܒܟܝܐ. ܡܛܠ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܒܬܘܟܬܗ̇
ܕܒܟܝܬܐ ܡܬܟܣܝܐ ܫܐܠܬܐ ܦܪܝܫܐ ܗܘܬ. ܗܘ

« Quia igitur peccatrix fuit, opera ejus libidinosa fuerunt, et hæc quidem peragenda habuit; si autem a lascivia peccatorum nunc mundata est, agnosce, o pharisæe, illum quem prophetam esse negasti ipsum esse qui ex impudicis honestos facit. Ex hoc enim quod scis eam peccatricem et quod cernis eam pœnitentem, inquirendum tibi est quænam virtus eam immutavit. Oportebat igitur ut pharisæus prosterneret se ad adorandum eum qui etiam tacens suo silentio castos reddit quos prophetæ vehementibus suis sermonibus ad castitatem adducere nequiverunt. Cernere erat in domo istius pharisæi rem miram ac stupendam, mulierem scilicet peccatricem quæ flens consistebat nec cur fleret dicebat, dum ille ad cujus pedes sedebat eam non interrogabat cur fleret. Porro non indigebat peccatrix ut labiis rogaret Dominum, quia credebat ipsum utpote Deum nosse petitiones in lacrymis suis absconditas; Dominus

[1] Vide W. Wright, *Catalogue of the syriac manuscripts in the British Museum*, p. 1082.

ܘܡܛܠ ܕܗܝܡܢܬ ܕܝܕܥ ܟܣܝܬܐ ܗܘ .
ܨܠܘ̈ܬܗ̇ ܒܠܒܗ̇ ܗܘ ܡܩܪܒܐ ܗܘܬ ܠܗ . ܝܕܥ
ܟܣܝ̈ܬܐ ܓܝܪ ܠܣܦܘ̈ܬܐ ܒܪ̈ܝܬܐ ܠܐ ܡܣܬܢܩ .
ܚܛܝܬܐ ܡܛܠ ܕܝܕܥܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܡܪܢ
ܠܗ ܘܡܛܠ ܒܣܦܘ̈ܬܐ ܠܐ ܐܦܝܣܬܗ . ܘܡܪܢ
ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܐܠܗܐ ܚܙܐ ܗܘܐ ܒܡܚܫܒܬܗ .
ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܫܐܠܗ̇ . ܐܝܟ ܦܪܝܫܐ ܛܪܘܢܐ ܡܢ
ܫܬܩܐ ܕܬܪ̈ܝܗܘܢ ܠܐ ܡܦܪܫ ܐܢܬ ܐܣܟܡܐ
ܕܬܪ̈ܝܗܘܢ . ܕܗܝ ܐܝܟ ܕܥܡ ܐܠܗܐ ܒܠܒܗ̇ ܗܘ
ܡܫܐܠܐ ܗܘܬ . ܘܗܘ ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܠܬܪ̈ܥܝܬܗ̇ ܒܫܬܩܐ
ܒܨܐ ܗܘܐ . ܠܐ ܕܝܢ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܦܪܝܫܐ
ܕܢܚܙܐ ܘܢܣܬܟܠ ܒܗܠܝܢ . ܡܛܠ ܕܒܪ
ܐܝܣܪܝܠ ܗܘܐ . ܗܘ ܕܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܐ ܚܙܐ
ܗܘܐ . ܘܟܕ ܫܡܥ ܗܘܐ ܠܐ ܡܣܬܟܠ ܗܘܐ .
ܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܘܡܛܠ ܡܪܢ ܕܒܣܝܐ ܐܬܚܫܒ
ܥܠܘܗܝ ܗܘ ܦܪܝܫܐ . ܒܒܣܝܡܘܬ ܐܟܣܗ
ܗܘܐ ܘܠܐ ܒܩܫܝܘܬ . ܢܚܬܬ ܓܝܪ ܚܠܝܘܬܐ
ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܬܒܛܠ ܡܪܝܪܘܬܐ ܕܪܡܐ ܒܢ ܒܝܫܐ .
ܐܠܦܗ ܘܡܛܠ ܡܪܢ ܠܦܪܝܫܐ ܗܘ ܡܢܗ
ܘܒܗ . ܘܐܡܪ ܕܟܕ ܚܙܐ ܗܘܝܬ ܒܝܫܬܐ
ܕܒܠܒܟ ܒܒܣܝܡܘܬ ܐܟܣܝܬܟ . ܗܟܢ ܟܕ ܚܙܐ
ܗܘܝܬ ܒܝ̈ܫܬܗ̇ ܕܗܕܐ ܒܡܪܚܡܢܘܬ ܩܒܠܬܗ̇ ܀

ܢܫܡܥ ܕܝܢ ܐܝܟܢܐ ܦܪܝܫܐ ܐܬܐܠܨ
ܒܦܢܝܬܐ ܡܣܬܪܗܒܬܐ . ܕܡܢ ܡܣܬܪܗܒܘܬܐ
ܠܡܣܬܘܕܥܘܬܐ ܕܚܘܣܢܐ . ܬܪܝܢ ܐܡܪ ܚܝܒܝܢ
ܐܝܬ ܗܘܘ ܠܡܪܐ ܡܘܙܦܢܐ . ܚܕ ܐܡܪ ܚܝܒ

[1] *Matth.* XIII, 13, 15.

autem eam non interrogavit cur ita egisset, quia sciebat illam puris suis osculis impura sua peccata redemisse. Illa igitur quia credebat ipsum occulta nota habere, orationes suas intus in corde suo offerebat ei. Occultorum enim cognitor non indiget labiis externis. Si igitur peccatrix, quia sciebat Dominum esse Deum, labiis eum deprecata non est, et Dominus, quia utpote Deus cogitationes intuebatur, eam non interrogavit, quo modo tu, o pharisæe tyranne, ex utriusque silentio non discernis utriusque indolem, quod nempe illa Dominum tanquam Deum intus in corde suo rogabat et ille tanquam Deus cogitationes ejus in silentio perscrutabatur ? At pharisæus hæc discernere et intelligere non valebat, quia Israelita erat qui videns non videbat et audiens non intelligebat[1]. Quum igitur Dominus vidisset pharisæum de se male opinantem suaviter non autem dure eum confutavit. Dulcedo enim descendit de cœlo ut destrueret amaritudinem quam impressit nobis Malus. Dominus igitur de se et per se hæc docuit pharisæum quasi dicens : Quum cognoscerem malum in corde tuo latens, suaviter te allocutus sum, sic, quum cognoscerem mala ab hac muliere patrata, misericorditer eam suscepi.

Audiamus autem quomodo pharisæus e prompta responsione inductus fuit ad indulgentiæ intelligentiam : « *Duo, inquit Dominus, debitores erant cuidam fœneratori*

ܗܘܐ ܕܬܢܝܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܘܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܕܡܠܬܐ
ܫܡܥܝ . ܠܐ ܬܬܥܛܠ ܠܟ ܐܘ ܫܡܘܥܐ
ܒܬܢܝܢܘܬܐ ܕܚܘܣܝܐ ܕܡܠܬܐ . ܕܠܡܐ ܬܗܘܐ
ܠܟ ܡܣܬܩܒܠܢܐ ܕܗܘ ܕܚܢܢ ܚܣܝܘ ܒܡܬܠܐ
ܡܛܠ ܠܥܘܕܪܢܐ . ܡܟܝܠ ܠܗܡ ܡܢ ܠܚܕ ܠܚܕ
ܡܢܗܘܢ ܕܢܦܪܥܘܢ ܠܬܪ̈ܝܗܘܢ ܫܒܩ .
ܠܐܝܢܐ ܡܟܝܠ ܐܢܬ ܒܪܥܝܢܟ ܕܝܬܝܪ ܢܚܒܝܘܗܝ .
ܐܡܪ ܠܗ ܫܡܥܘܢ ܡܣܒܪ ܐܢܐ ܕܗܘ ܕܐܫܬܒܩ
ܠܗ ܣܓܝ . ܐܡܪ ܠܗ ܡܪܢ ܬܪܝܨܐܝܬ ܕܢܬ .
ܡܪܢ ܒܟܐܢܘܬܗ ܫܒܚܗ ܠܦܪܝܫܐ ܥܘܠܐ
ܬܪܝܨܐ ܕܕܢ . ܗܘ ܕܝܢ ܒܒܝܫܘܬܗ ܦܢܝ
ܠܛܒܐ ܒܚܢܢܐ ܕܥܒܕ ܗܘܐ . ܡܟܣܝ̈ܢܬܐ ܕܝܢ
ܣܓܝ̈ܐܢ ܒܗ ܒܡܬܠܐ ܗܢܐ . ܒܗ ܓܝܪ ܗܘ
ܓܙܐ ܕܡܠܐ ܥܘܕܪ̈ܢܐ ܡܟܣܝ̈ܢܐ . ܡܢܐ ܕܝܢ ܡܣܢܩ
ܡܢ ܕܦܢܝܬܐ ܢܛܪܘܪ ܠܗ ܕܝܢܐ ܀

unus debebat denarios quingentos, et alius denarios quinquaginta[1]. Tædium tibi, o auditor, non ingerat iteratus de indulgentia sermo, ne contradictor fias illius qui in parabola indulgens fuit ut sic auxilium præberet. « *Tandem, quum nemo e duobus haberet unde redderet dimisit utrique. Quemnam in mente tua ponis fœneratori plus debuisse? Dixit ei Simon : æstimo illum esse cui plus dimissum est. Dixit ei Dominus : Recte judicasti*[2]. » Dominus pro sua æquitate laudavit perversum pharisæum de recto judicio quod pronuntiaverat. Ille autem pro sua malitia responderat Bono de misericordia ab ipso peracta. Multa latent sub hac parabola, quæ veluti thesaurus est multis auxiliis repletus. Quid opus erat[3], etc.

1 *Luc.* VII, 41.

2 *Ibid.* 42-43.

3 Juvat hic apponere varias lectiones codicis 14,654 seu B ad sermonem de Domino nostro t. I, col. 189, sqq. col. 189, l. ult. ܕܡܣܟܢܐ B ܕܒܣܟܢܐ; col. 191, l. 7 ܒܝܕܥܬܗܘܢ B ܒܝܕܥܬܗܘܢ. l. pen. ܙ̈ B ܕܙ̈; col. 193, l. 2 ܐܙ̈ B ܕܐܙ̈; l. 5 ܕܐܦ B ܘܐܦ; l, 20 B om. ܠܗܘܢ; l. 23 ܪܘܦܐ ܢܗܘܐ B ܪܘܦܐ ܗܘܐ; 195, l, 9 ܡܥܒܘܪܐܝܬ B ܡܥܒܘܪܢܝܬ; l. 15 ܡܠܟ B ܡܠܟܝ; l. ult. ܒܫܡܡܐ B ܒܫܪܢܐ; 197, l. 3 ܣܒܝܬܐ B ܣܒܝܬܐ; l. 5 post ܪܘܓܙܐ B add. ܘܒܥܠܢ ܘܡܘܬܐ; l. 14 ܡܛܠ B ܡܢܐ; ܡܟܝܠ ܐܡܪ ܪܘܓܙܐ . ܡܒܪܘܓܙܐ col. 199, l. 18 ܢܪܕܘܢܗܘܢ B ܢܪܕܘܢ; l. 23 ܪܘܡܐ B ܪܘܡܐ ܥܠ; l. 27 ܐܚܪܢܐ B ܐܚܪܢܐ; col. 201, l. 4 ܡܡܠܠ B ܡܠܠ; l. 17 ܘܡܦܩܐ B ܘܡܦܩܐ; col. 241, l. 8 ܕܬܪܥܐ B ܕܬܪܥܗ; l. 12 ܕܡܥܒܕܢܐ ܕܢܦܫܐ B ܕܡܥܒܕܢܐ ܐܝܟ ܕܢܦܫܐ; l. 20 ܘܪܘܚܐ B ܪܘܚܐ ܕܝܢ; l. ult. ܚܝܘ B ܚܝܐ; col. 243 l. 3 ܕܡܫܠܡܢܘܬܐ B ܕܡܫܠܡܢܘܬܐ; l. 5 ܓܝܪ B ܕܝܢ; l. 9 ܗܘܘ B ܗܘܐ; l. 19 ܫܘܬܦܘܬܐ B ܫܘܬܦܘܬܐ; l. 21 B om. ܗܘܘ ܢܚܠܐ ܘܠܐ ܐܬܚܙܝܬ; 23 ܒܗ B ܣܒܝܠܐ; col. 245, l. 5 post ܒܪܢܫܐ B add. ܡܠܘܬܐ; l. 7 ܟܠܗ B ܕܟܠܗ; l. 14 ܡܢܗ B ܕܡܢܗ ܡܢܗ ܕܗܘܐ; l. 16 B om. ܢܘܗܪܐ; l. 17 ܒܡܛܠ B ܡܛܠ; l. 18-19 textus e B ita restituendus ܡܢܗ ܗܘܐ . ܡܟܐ ܕܝܢ ܡܢ ܟܐܦܐ ܗܢܘܢ ܕܢܦܩܘ ܢܘܗܪ̈ܐ ܫܬܝܢ ܗܘܘ aquas autem eductas e petra quæ rivos produxerat bibebant; col. 247 l. 6 ܕܠܗ B ܕܠܐ l. 8 ܬܫܒܘܚܬܐ B ܬܫܒܘܚܬܐ; l. 11 ܫܒܝܩܐ B ܐܫܬܒܩ; l. 21 ܡܫܡܫܝܢ B ܡܫܡܫܢܝ; col. 249, l. 9 ܡܫܡܫܢܘܬܗ B ܡܫܡܫܢ; col. 251, l. 26 B om: ܕܢܫܐ; 253, l. 26 ܐܝܟ ܢܒܝܐ ܕܐܝܟ ܕܢܬܪ B ܕܡܫܒܚ; l. pen. ܚܝܐ ܫܪܝܪܐ B ܫܪܝܪܐ ܒܫܡܫܐ; col. 255 l. 14 ܡܢܝܢܐ B ܡܢܝܢܐ; l. 19 ܒܫܡܫܐ B ܒܫܡܫܗ; col. 257, l. 1 ܠܢܦܫܗ B ܠܢܦܫܗ; l. 2 ante ܡܕܡ B add. ܒܗܘܢܐ; l. 8 ܒܪܢܫܗ B ܒܪܢܫܐ; l. 18 ܕܪܘܚ B ܕܐܦ ܪܘܚ; col. 259, l. 3 ܒܫܡܫܝܢܗܘܢ B ܒܫܡܫܝܢܗܘܢ; l. 9 ܘܡܫܡܫܝܢ B ܕܡܫܡܫܝܢ; col. 261, l. 2 ܕܒܗܘܢ B ܕܒܗܘܢ; col. 267, l. 6 ܡܢ ܫܡܫܐ B ܫܡܫܐ; l. 9 ܐܢܫܝܢ B ܐܢܫܝܢ; l. 14 ܕܢܫܐ B ܢܫܐ; l. 21 B om. ܐܢܫܝܢ

MONITUM

IN ACTA S. EPHRÆMI.

Quæ sequuntur S. Ephræmi Acta e cod. syriaco parisiensi 235 fol. 125-142 descripta fuerunt a cl. D. Martin., S. Scripturæ in Instituto catholico parisiensi professore, qui apographum suum benevole mihi communicavit. Codex est chartaceus ad sæculum XIII pertinens[1]. Vita autem, quam continet, S. Ephræmi convenit quidem in multis cum *Actis* S. Doctoris, quæ descripta sunt e codice vaticano sæculi XI et edita in tomo tertio *Opp. Syr. lat. S. Ephræmi*[2], et maxima ex parte jam a J. S. Assemano in sua *Bibliotheca* Orientali[3] qui et Acta breviora ex alio ejusdem ætatis codice simul edidit. In nonnullis tamen magni momenti rebus prorsus differt, quod perspiciens cl. D. Bikell quædam e cod. paris. protulit latine primum, deinde syriace[4].

[1] Cfr. Zotenberg, *Catal. des manuscrits syriaques de la Bibliothèque nationale* N° 235.

[2] Cfr. *S. Ephræm Syri Opp. Syr. lat.* Romæ 1743, t. III, p. XXIII-LXIII.

[3] Cfr. J. S. Assemanus, *Bibl. Orient.* I, 26-55.

[4] Latine in libro : *Conspectus rei Syrorum litterariæ*. Monasterii, 1871, p. 26, sqq. ; Syriace in *Zeitschrift des D. M. G.* 1873, p. 600-603.

ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ

ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ :

ܒܚܝܠܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ : ܘܥܠ ܠܥܘܕܪܢܐ ܘܣܘܥܪܢܐ ܕܨܠ̈ܘܬܗ ܬܟܝܠܝܢ : ܡܫܪܝܢ ܒܡܟܬܒܢܘܬܐ ܕܕܘܒܪ̈ ܚܝܘ̈ܗܝ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܡܢ ܫܘܪܝܐ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܐ ܕܚܝܘ̈ܗܝ . ܕܒܐܘܪܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ ܀

Ephræmi ortus. ܗܢܐ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܓܢܣܗ . ܣܘܪܝܝܐ . ܐܒܘܗܝ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܢܨܝܒܝܢ ܕܒܝܬ ܠܚܘ̈ܡܐ . ܥܕܟܝܠ ܓܝܪ ܠܐ ܫܠܝܡܐ ܗܘܬ ܠܦܪ̈ܣܝܐ . ܐܡܗ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗ ܗܘܬ ܡܢ ܐܡܕ ܡܕܝܢܬܐ . ܘܐܒܘܗܝ ܗܘܐ ܐܝܬܘܗܝ ܟܘܡܪܐ ܒܗ̇ ܒܢܨܝܒܝܢ . ܕܦܬܟܪܐ ܚܕ ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܐܒܝܙܠ . ܗܘ ܕܒܬܪ ܙܒܢܐ ܬܒܪܗ . ܗܘ ܝܘܒܝܢܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ . ܐܬܝܠܕ ܗܘܐ ܒܝܘ̈ܡܬܐ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ . ܗܕܐ ܠܗ ܕܝܢ ܠܐܒܘܗܝ ܗܘ ܛܠܝܐ ܗܢܐ ܡܫܒܚܐ ܕܒܝܘ̈ܡܘܗܝ ܗܘ ܡܠܟܐ . ܒܗ ܕܝܢ ܓܒܝܗܝ ܐܠܗܐ ܡܢ ܟܪܣܗ ܕܐܡܗ ܐܝܟ ܐܪܡܝܐ ܕܢܚܢܘܩ ܒܗ ܠܚܡܬܐ ܕܗܪ̈ܛܝܩܐ . ܘܐܦ ܕܢܢܗܪ ܠܟܠܗ̇ ܬܐܒܝܠ . ܡܢ ܙܠܝܩܐ

HISTORIA S. EPHRÆMI DOCTORIS SYRI.

ORATIO EJUS NOBISCUM.

Virtute Domini nostri Jesu-Christi et ope ac auxilio orationum ejus confisi incipimus historiam Actorum sancti Ephræmi a vitæ ejus exordio usque ad finem, quæ Edessæ, Mesopotamiæ civitate, contigit.

1. Sanctus Ephræm erat genere Syrus. Pater autem ejus erat e Nisibi, urbe in confiniis sita[1]. Nondum enim Persis tradita fuerat[2]. Mater autem ejus erat ex urbe Amida[3]. Erat porro pater ejus Nisibi sacerdos idoli cujusdam nomine Abizal[4], quod inclytus imperator Jovianus[5] postea confregit. Natus est igitur patri suo puer ille inclytus diebus Constantini imperatoris victoris[6]. Deus Ephræmum ab utero matris, ut Jeremiam, elegit, ut per eum hæreticorum sævitiam extingueret et totum orbem veræ doctrinæ radiis illuminaret. A Deo igitur electus divina gratia servabatur ne immisceret se sacrificiis impuris cœtibusque ac solemnitatibus

1 ܢܨܝܒܝܢ *Nisibin*, urbs Mesopotamiæ in finibus Imperii romani et regni persici sita a Syris recentioribus *Soba* (ܨܘܒܐ) appellata. Græci *Antiochiam Mygdoniæ* dixere. Urbi ad aquilonem mons Masius imminet, unde erumpens fluvius Masius vel Mygdonius urbem alluebat aquas suas in Chaboram deferens. Hodie destructa jacet in via quæ a Mardin Mossulam ducit. Vid. Ritter, *Erdkunde*, *West-Asien*, XI, th. III, abth. p. 413-437. Nisibi natum Ephræmum docent etiam Sozomenus, *Hist. Eccl.* III, 16 et Acta vaticana; confr. Gregorius Barhebræus in *Chronico ecclesiastico* (edd. Abbeloos et Lamy, Lovan. 1872 I, 70.) Metaphrastes eum oriundum facit e Syrorum regione, quod tam de Nisibi quam de Edessa intelligi potest. Corrigendus ergo anonymus græcus a Vossio primum editus et ab Assemano iterum recusus (*Ephræmi Opp. gr. lat.* I, p. XXIX), qui eum Edessæ natum tradit. Anonymus iste porro sibi non concinit quando infra refert Ephræmum captum desiderio Edessæ invisendæ in hanc urbem venisse. Quod utique supponit ipsum alibi natum fuisse.

2 Persis tradita fuit a Joviano, anno 363.

3 ܐܡܝܕ vel ܐܡܕ *Amida*, hodie Diarbekir, urbs ad Tigrim superiorem in Kurdistano.

4 In *Actis vaticanis* vocatur Abnil.

5 Constanter scribitur ܝܘܒܝܢܝܢܘܣ *Jovinianus*. Ita et in *Actis vat.*

6 Constantinus imperium tenuit ab anno 306-337. Ex infra dicendis colligitur Ephræmum natum esse anno 306, quum baptismum susceperit anno ætatis 18° et ad concilium Nicænum jam baptizatus iverit anno 325.

ܕܦܬܟܪ̈ܘܗܝ . ܘܡܢ ܗܘ ܕܝܠܗ ܗܘܐ . ܡܢ ܨܒܘܬܐ ܠܫܐܕ̈ܐ ܡܬܝܕܥܐ ܗܘܬ . ܕܠܐ ܐܫܟܚܘ ܒܛܠܝܘܬܗ ܠܡܛܥܝܘ : ܘܒܛܥܝܘܬܐ ܕܐܒܘܗܝ ܠܡܓܪܪܘܗܝ ܕܢܗܘܐ ܡܫܬܥܒܕ ܠܗܘܢ . ܡܛܠ ܕܐܦ ܡܢ ܩܕܡ ܗܕܐ . ܡܢ ܡܬܘܡ ܛܝܒܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܢ ܗܘܬ ܢܛܪܐ ܠܗ . ܘܥܠܘܗܝ ܗܘܐ ܡܬܩܝܡܐ ܗܝ ܡܠܬܐ ܕܐܡܝܪܐ ܠܚܢܢܝܐ ܥܠ ܦܘܠܘܣ ܡܢ ܡܪܢ . ܕܡܐܢܐ ܓܒܝܐ ܗܘ ܠܝ :·

ܒܚܕ ܕܝܢ ܡܢ ܝܘܡܝܢ ܟܕ ܚܙܝܗܝ ܐܒܘܗܝ ܕܡܡܠܠ ܥܡ ܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܒܗ ܒܡܕܝܢܬܐ :·
...

idolorum patris sui. Itaque rebus ipsis manifestum dæmonibus fiebat, quum non potuissent puerum, dum adolescebat, in errorem patris pertrahere, eos impotentes fore ut eum suæ voluntati in posterum subjicerent, obstante scilicet gratia divina, quæ eum, ut diximus, servabat. De eo quippe revera adimpletum est illud quod Ananiæ de Paulo a Domino dictum fuit : « Vas electionis est mihi[1]. »

2. Quadam autem die, quum vidisset eum pater ejus cum christianis in urbe confabulantem, ira adeo exarsit ut vellet eum de medio tollere; postquam igitur eum absque misericordia castigasset, dixit ei : « En ego vado sacrificia diis oblaturus pro te ut placatos eos tibi reddam. » Quum igitur fanum ingressus sacrificia pro more idolis suis peregisset, cœpit dæmon ille immundus sacerdotem alloqui : « A multis annis novi te eximiumque tuum in templum hoc studium, at tuam pro filio deprecationem suscipere nequeo, quia sicut cœlum terra fieri nequit, sic mihi nec pars nec oblectatio cum eo esse potest ; sed si vis mihi oblectamentum præstare, eum e domo tua ejice atque a meo vicinio expelle ; novi quippe hunc tuum filium Deorum persecutorem fore. » Egressus illico pater dixit filio : « Surge, vade quo vis, nec unquam

Domo expellitur.

[1] *Act.* IX, 15.

ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܐܢܬ ܕܐܠܗܝ. ܘܗܕܐ ܝܗܒ ܛܠܝܐ ܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ. ܡܛܠ ܕܡܢ ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܡܣܟܐ ܗܘܐ ܠܗܕܐ. ܘܢܦܩ ܘܫܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܐܒܘܗܝ. ܟܕ ܡܕܡ ܡܕܡ. ܠܐ ܢܣܒ ܥܡܗ. ܘܐܝܟܐ ܘܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܠܐܝܟܐ ܐܙܠ ܀

Venit ad S. Jacobum.

ܘܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܗܝ ܕܡܢܛܪܐ ܗܘܬ ܠܗ. ܐܘܒܠܬܗ ܠܘܬ ܥܕܬܐ ܕܟܪܣܛܝܢܐ: ܘܐܩܝܡܬܗ ܠܘܬ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܢܨܝܒܝܢ. ܓܒܪܐ ܕܡܫܡܠܝ ܗܘܐ ܒܕܚܠܬ ܐܠܗܐ: ܘܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܒܐܝܕܘܗܝ ܣܥܪܐ ܗܘܬ ܚܝܠܐ ܘܐܬܘܬܐ ܪܘܪܒܬܐ. ܘܪܘܚܐ ܠܘܬܗ ܡܚܘܝܐ ܗܘܬ ܥܬܝܕܬܐ. ܘܟܕ ܩܪܒ ܠܘܬܗ ܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ. ܐܘܕܥܗ ܡܛܠ ܟܠܗ ܣܘܥܪܢܗ. ܘܚܕܝ ܒܗ ܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ. ܘܩܒܠܗ ܒܚܘܒܐ. ܘܐܩܝܡܗ ܒܛܟܣܐ ܕܫܡܘ̈ܥܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܛܠܝܐ. ܟܠܝܘܡ ܠܘܬ ܩܕܡܘܗܝ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ. ܟܕ ܐܡܝܢ ܗܘܐ ܒܨܘܡܐ ܘܒܨܠܘܬܐ. ܘܐܬܐ ܗܘܐ ܟܠܝܘܡ ܥܡ ܫܡܘ̈ܥܐ. ܕܢܫܡܥ ܩܪ̈ܝܢܐ ܩܕ̈ܝܫܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܥܡܗ ܕܪܝܫ ܟܘܡܪ̈ܐ ܕܐܠܗܐ. ܒܐܦܝܣܩܘܦܝܘܢ ܕܝܠܗ. ܘܡܬܢܗܪ ܗܘܐ ܒܕܘܒܪ̈ܘܗܝ ܕܪܝܫܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ. ܘܡܬܒܩܐ ܗܘܐ ܒܟܠܗ ܕܘܒܪ̈ܘܗܝ. ܡܬܡܠܐ ܗܘܐ ܚܕܘܬܐ ܠܡܕܥܗ. ܘܐܚܝܠܗ ܡܚܝܠܐ

in domo mea appareas, quia inimicus es deorum meorum. » Quæ res diu ab ipso expectata gaudio magno affecit puerum. Exivit igitur et migravit e domo patris sui nihil omnino secum ferens et quo iret nesciens.

3. Gratia autem divina quæ eum conservabat duxit eum ad ecclesiam christianorum atque obtulit beato Jacobo[1], sanctæ Nisibis ecclesiæ episcopo, viro pietate perfecto, per quem divina bonitas virtutes et signa magna operabatur, cui etiam Spiritus futura revelabat. Accedens itaque ad eum beatus Ephræm totam rei gestæ seriem exposuit. Jacobus autem gaudio magno affectus eum amanter suscepit et in ordine *Audientium* constituit[2]. Puer autem quotidie coram ipso comparebat, jejunio et orationi assidue vacans et continuo cum Audientibus accedens ad audiendas sacras Scripturas. Versabatur autem in episcopio cum divo antistite ejusque mores imitabatur. Sanctus autem antistes Jacobus, puero attente considerato et perscrutatis ejus moribus, summo gaudio repletus fuit ; mentem igitur pueri confortabat vivis

[1] Juxta Eliam, Nisibis sæculo XII episcopum, qui seriem episcoporum Nisibis ex archivis hujus ecclesiæ eruit, primus Nisibis episcopus fuit Babu (an. 300-309), cujus tamen nomen in diptychis post illud S. Jacobi recitatur quia metropolitæ dignitatem nondum habebat ; secundus fuit S. Jacobus (an. 309-338); tertius Vologes (an. 338 vel 343-361); quartus Abraham (an. 361). Vid. Gregorii Barhebræi *Chronicon eccles.* II, 32, not. At ex Hymnis quos S. Ephræmus in S. Jacobum ejusque successores composuit colligitur primum Nisibis episcopum fuisse S. Jacobum qui a prima obsidione Nisibin liberavit, secundum fuisse Babu qui secundæ obsidioni aderat ; sederit forsan ab an. 338 ad 343, tertium fuisse Vologesem qui tertiæ obsidioni interfuit, quartum Abraham, qui separatim laudatur. Quum Sapor constanter cum Romanis bellum gesserit ab an. 337 usque ad Jovianum, an. 364, Nisibin sæpe obsessa fuit. Quatuor illius obsidiones memorat S. Ephræmus. Vid. *Carmina Nisibina* p. 19-22 ; *Conspectus rei Syror. litter.* p. 29.

[2] Acta vaticana : « Docuit eum sacras doctrinas et constituit in ordine catechumenorum. » Primus autem catechumenatus gradus ordo erat Audientium, qui sic appellabantur eo quod sermones et sacras Scripturas audiebant. Ephræmus nonnisi postea annos 18 natus baptismum suscepit, non quidem a S. Jacobo, sed ab alio, in Beth-Garbaia, ut infra n. 9 dicetur.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Scripturarum verbis. Nec tantum sancto præsuli carus erat sed toti ecclesiæ.

4. Quum multum temporis degisset apud S. Jacobum in omni pietate[1], Satanas, qui eum e domo parentum expulerat, pudore suffusus studium omne impendit ut populus et etiam S. Jacobus in eo scandalizarentur. Sed retibus quibus cum irritere voluit magis manifestata fuit sancta Ephræmi in Deo vita, crevitque amor populi et S. Jacobi in eum.

Stuprum Ephræmo imputatur.

Erat autem vir quidam æditus ecclesiæ Nisibis, qui et ipse Ephræm appellabatur. Is, quum vidisset quantum sanctus adolescens ab episcopo et a populo diligeretur, invidia exarsit in eum. Quadam porro die constupravit virginem viri nobilis filiam. Præcepit igitur puellæ dicens : « Ubi rem adverterit pater tuus et te reprehenderit, dices ad eum : « iste Ephræm, quem ut justum habetis, ingressus est ad me meque constupravit. » Stuprum igitur cum advertisset pater puellæ et ipsa ei asseverasset Ephræmum illius auctorem esse, illico pater, mœsto vultu, cucurrit ad episcopum totamque rem ei exposuit. Hisce auditis, episcopus stupore correptus fuit ; quamvis autem visiones divinæ constanter ipsi revelarentur, tamen res illa ei occultata fuit. Postea stuprum omni populo innotuit et scandalizati sunt multi. Vocavit itaque episcopus beatum Ephræm

[1] Interea temporis iverit in Beth-Garbaia et, baptismo suscepto, redierit Nisibin ad S. Jacobum. Quod enim hic narratur evenerit cum jam baptizatus fuerat.

ܠܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ ܘܪܡܐ ܗܘܐ ܠܗ ܡܛܠܬܗ
ܕܨܒܘܬܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܬܡܗ ܗܘܐ ܠܗ ܒܬܫܥܝܬܐ
ܒܗ ܠܗ ܠܒܣܬܪܗ . ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ . ܟܕ ܡܕܡ
ܠܐ ܡܦܢܐ ܗܘܐ . ܠܚܪܬܐ ܐܡܪ ܐܝܢ ܚܛܝܬ
ܠܟ . ܐܠܐ ܡܬܟܫܦ ܐܢܐ ܠܩܕܝܫܘܬܟ .
ܕܬܫܒܘܩ ܠܝ . ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ
ܝܥܩܘܒ ܀ ܟܠܗ ܒܟܠܗ ܠܐ ܡܬܛܦܝܣ ܗܘܐ
ܠܬܫܥܝܬܐ : ܡܛܠ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܒܟܠܗ
ܕܘܒܪܗ . ܡܬܟܫܦ ܗܘܐ ܕܝܢ ܠܐܠܗܐ ܕܗܘ
ܦܪܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܀ ܕܢܓܠܐ ܠܗ ܡܛܠ
ܗܕܐ ܘܐܬܟܣܝܬ ܡܢܗ . ܡܛܠ ܗܘ ܡܐ
ܕܥܬܝܕ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ ܠܚܪܬܐ . ܟܕ ܕܝܢ
ܝܠܕܬ ܛܠܝܬܐ ܀ ܫܩܠܗ ܐܒܘܗ ܠܛܠܝܐ .
ܘܐܝܬܝܗ ܠܘܬ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ .
ܘܦܩܕ ܕܢܬܩܪܐ ܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ . ܘܟܕ ܐܬܐ
ܐܡܪ ܐܒܘܗ ܕܛܠܝܬܐ . ܡܟܝܠ ܩܒܠ ܗܘ
ܒܪܟ . ܘܪܒܝܘܗܝ . ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ
ܕܒܟܐ . ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ ܠܦܪܝܫܐ . ܐܝܢ ܐܒܘܢ
ܚܛܝܬ ܠܟ . ܐܠܐ ܡܬܟܫܦ ܐܢܐ ܡܢ
ܠܩܕܝܫܘܬܟ . ܕܬܫܒܘܩ ܠܝ ܘܢܣܒܗ
ܠܛܠܝܐ ܘܥܠ ܠܥܕܬܐ . ܘܟܕ ܚܙܘܗܝ ܟܠܗ
ܥܡܐ ܬܡܗܘ . ܐܝܬ ܡܢܗܘܢ ܕܡܬܟܫܠܝܢ ܗܘܘ
ܒܗ . ܘܡܢܗܘܢ ܡܫܬܐܠܝܢ ܗܘܘ ܒܗ
ܒܛܠܝܐ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܕܒܪܟ . ܗܘ ܕܝܢ ܒܟܐ
ܗܘܐ ܟܕ ܐܡܪ . ܐܨܠܘ ܥܠܝ ܐܚܝ
ܕܢܫܬܒܩ ܠܝ ܚܛܗܐ ܗܢܐ . ܘܒܬܪ
ܙܒܢܐ ܟܕ ܚܙܐ ܠܥܡܐ ܟܠܗ ܕܐܬܟܫܠ
ܒܕܚܠܐ ܀ ܥܗܕ ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܗܘ

ipsumque de ea re reprehendit. Ille autem rem diu intra se miratus est quin aliquid responderet. Tandem dixit: « Ita, pater, peccavi, sed rogo sanctitatem tuam ut condonet mihi. » Sanctus autem Jacobus de re nequaquam persuasus, utpote qui totius Ephræmi vitæ conscius esset. Deum deprecatus est ut hanc rem ei revelaret ; sed res ei celata fuit propter illud quod in fine eventurum erat. Postquam igitur puella peperit, tulit pater infantem et attulit eum sancto præsuli Jacobo jubens ut advocaretur beatus Ephræm. Qui cum venisset, dixit pater puellæ : « Nunc igitur accipe filium tuum et educa eum. » Beatus autem Ephræm illacrymans dixit sancto præsuli : « Ita, pater, peccavi ; sed rogo sanctitatem tuam ut dimittat mihi; » et, accepto infante, ingressus est ecclesiam. Viso eo, omnis populus obstupuit, aliis scandalum patientibus, aliis de puero inquirentibus et dicentibus : « Infans tuus est. » Ipse autem flebat dicens : « Precamini pro me, fratres, ut dimittatur mihi peccatum hoc[1]. » Post aliquod tempus videns universum populum scandalo perturbatum cum terrore recordatus est illud Evangelii effatum : « *Maledictus omnis qui scandalisaverit unum ex his pusillis qui in me*

[1] Hoc factum refertur etiam in Actis vaticanis ; sed neque in Testamento S. Doctoris neque alibi illius mentio ingeritur. Recte autem observat J. S. Assemanus, *Bibl. or* I, 29 : « Hoc factum, inquit, a sanctorum virorum moribus abhorrere alicui videri potest, qui solent aut impactum sibi crimen constanter repellere, aut fortiter tolerare; nunquam tamen aliena delicta publicare. Hoc suadent quæ in Actis SS. Simonis et Judæ de quodam diacono simili calumnia appetito leguntur, et alia, quæ in vitis Patrum bene multa occurrunt S. Macarii, S. Theodoræ, S. Marinæ, etc. Sed utique servorum Dei facta vel dicta ad communem sensum ac normam exigenda non sunt : nec desunt Sanctorum exempla quæ circumstantiam hic reprehensam, alieni, scilicet, criminis publicationem habent. Insigne est quod Leontius in vita S. Simeonis Sali narrat, et a Nicephoro refertur lib. XVII, 22.

ܕܐܦܢܐ : ܕܒܝܫ ܗܘ ܟܠ ܡܢ ܕܢܟܫܠ ܠܚܕ
ܡܢ ܗܠܝܢ ܙܥܘܪܐ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܝ . ܘܟܕ ܚܙܐ
ܐܠܗܐ ܕܟܡܐ ܣܒܪ ܡܢ ܥܘܠܐ ܕܡܫܢܝܢܐ :
ܘܒܗ ܚܕܘܬܐ ܡܣܝܒܪ ܗܘܐ . ܨܒܐ ܗܘܐ
ܐܠܗܐ ܕܬܬܓܠܐ ܡܟܝܟܘܬܗ ܘܓܢܒܪܘܬܗ :
ܘܡܬܚܙܝܢܘܬܗ ܠܟܠܗ ܥܡܐ . ܘܢܒܗܬ ܣܛܢܐ
ܘܥܡ ܕܡܫܬܡܥܝܢ ܠܗ . ܘܒܚܕܒܫܒܐ
ܩܕܝܫܐ : ܡܢ ܒܬܪ ܢܣܒܬܐ ܕܐܘܟܪܝܣܛܝܐ .
ܐܬܩܪܒ ܠܘܬ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ : ܟܕ ܛܥܝܢ ܠܛܠܝܐ ܬܚܝܬ
ܦܕܝܬܗ . ܘܒܥܐ ܡܢܗ ܒܒܥܘܬܐ ܕܢܦܩܘܕ ܠܗ
ܕܢܣܩ ܠܥܠ ܡܢ ܒܐܡܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܐܦܣ ܠܗ .
ܘܣܠܩ . ܥܡܐ ܕܝܢ ܟܕ ܐܬܩܡ (sic) ܘܩܡܘ
ܟܕ ܬܡܝܗܝܢ ܗܘܘ ܒܗ . ܘܒܬܪܟܢ ܐܦܪܝܡ
ܠܛܠܝܐ ܘܛܥܢܗ ܒܝܡܝܢܗ . ܘܐܩܝܡܗ ܠܘܩܒܠ
ܡܕܒܚܐ . ܘܩܥܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܒܩܠܐ ܪܒܐ
ܘܐܡܪ . ܛܠܝܐ : ܠܟ ܐܡܪ ܐܢܐ . ܘܡܘܡܐ ܐܢܐ
ܠܟ ܒܐܠܗܐ ܚܝܐ ܕܥܒܕ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ܘܟܠ
ܕܒܗܘܢ . ܕܬܟܪܙ ܘܬܐܡܪ ܠܝ ܫܪܝܪܐܝܬ :
ܕܡܢܘ ܐܝܬܘܗܝ ܐܒܘܟ . ܗܘ ܕܝܢ ܛܠܝܐ ܦܬܚ
ܦܘܡܗ ܘܐܡܪ . ܐܦܪܝܡ ܦܪܡܘܢܪܐ . ܘܒܗ
ܒܫܥܬܐ ܐܬܬܙܝܥ ܟܠܗ ܥܡܐ : ܘܗܘ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܬܕܡܪ . ܘܫܪܝܘ ܒܟܝܢ ܘܒܥܝܢ
ܡܢܗ . ܕܢܫܒܘܩ ܠܗܘܢ . ܘܒܗ ܒܫܥܬܐ
ܗܝ ܛܠܝܐ ܗܘ ܢܦܠ ܫܢܝܗܝ . ܐܒܘܗ ܕܝܢ
ܕܛܠܝܬܐ ܐܬܐ ܘܢܦܠ ܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܟܕ ܒܟܐ
ܘܡܦܝܣ ܕܢܫܒܘܩ ܠܗ . ܘܫܒܩ ܩܕܝܫܐ
ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ . ܠܟܠ ܗܘܐ ܡܫܒܚܐ ܠܟܠܗ
ܥܕܬܐ . ܘܡܢ ܝܘܡܐ ܗܘ ܪܒܐ ܒܥܝܢܝ ܟܠܗ
ܥܡܐ . ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܩܕܡܬܐ . ܘܐܦ ܣܛܢܐ
ܒܗܬ ܘܐܬܟܢܥ . ܦܪܡܘܢܪܐ ܕܝܢ ܟܕ ܝܕܥ ܥܪܩ
ܘܬܘܒ ܠܐ ܐܬܚܙܝ . ܩܕܝܫܐ ܕܝܢ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ

credunt [1]. » Quum autem cerneret Deus quanta ex turbæ calumniis Ephræm patiebatur et quanto gaudio hæc tolerabat, voluit ut ejus humilitas et virtus manifestaretur universo populo pudoreque afficeretur Satanas cum ipsi obsequentibus. Sancta igitur die dominica post Eucharistiæ sumptionem, Ephræmus accessit ad sanctum Jacobum episcopum infantem sub pallio tenens petiitque ab eo ut sibi liceret ascendere bema. Quo annuente, ascendit. Interea autem populus surrexit attonitus. Deinde Ephræmus infantem quem manu dextra tenebat protulit elevavitque contra altare, et clamans voce magna dixit: « Puer, tibi dico et te adjuro per Deum vivum qui fecit cœlum et terram et omnia quæ in eis sunt, ut proclames et dicas mihi verissime quis est pater tuus. Infans porro aperiens os suum dixit: « Ephræm æedituus. » Eodem momento commotus est omnis populus et ipse episcopus obstupuit flereque cœperunt atque rogare ut eis condonaret. In ipsa autem hora infans exanimatus concidit. Pater autem puellæ veniens ad pedes ejus prolapsus est cum lacrymis exorans ut ipsi condonaretur. Tunc Sanctus Jacobus veniam concessit universæ ecclesiæ. Ab illo die crevit Ephræmus in oculis totius populi magis quam antea; satanas pudore suffusus erubuit; æedituus autem, re cognita, aufugit nec amplius apparuit. Sanctus autem Jacobus Ephræmum majori quam antea

[1] *Matth.* XVIII, 7.

ܚܙܐ ܣܘܟܠܗ ܠܗܘܢ . ܐܚܒܗ ܡܢ ܕܚܒܝܒܘܬܐ .
ܘܐܨܛܒܝ ܥܡܗ ܐܡܝܢܐܝܬ ܢܗܘܐ ܗܘܐ ܀

A S. Jacobo ducitur ad concilium Nicænum.

ܘܡܢ ܒܬܪ ܩܠܝܠ ܙܒܢܐ : ܟܕ ܐܪܝܘܣ ܗܘ
ܕܥܠ ܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܓܕܦ ܀ ܘܥܠ ܒܪܘܝܗ
ܠܫܢܗ ܠܛܫ ܀ ܘܡܨܪܝܢ ܠܡܨܪܝܢ ܒܠܒܠ
ܗܘܐ : ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ
ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܒܗܘ ܙܒܢܐ ܟܢܫ ܗܘܐ ܠܡܕܝܢܬܐ
ܢܝܩܝܐ . ܘܟܕ ܐܬܩܪܝ ܗܘܐ ܚܣܝܐ ܕܐܠܗܐ
ܕܢܐܙܠ ܥܡ ܚܒܪܘܗܝ ܀ ܕܒܪܗ ܠܛܘܒܢܐ ܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ ܘܐܥܠܗ ܥܡܗ ܠܟܢܘܫܝܐ
ܩܕܝܫܬܐ . ܘܐܙܠܘ ܘܐܬܘ ܗܘ ܘܚܣܝܐ
ܕܐܠܗܐ ܀ ܐܝܟ ܕܢܬܟܬܫ ܥܠ ܐܦܝ ܗܝܡܢܘܬܐ
ܕܫܪܪܐ . ܐܝܟ ܪܫܐ ܚܝܠܐ ܪܗܘܡܝܐ ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܀
ܕܒܬܪ ܡܚܘܬܐ ܕܙܕܩܐ . ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܐܬܐܚܕ
ܐܪܝܘܣ ܗܘ ܘܐܝܠܝܢ ܕܥܡܗ ܀ ܘܢܦܠܘ
ܒܚܪܡܐ ܒܪܝܫܐ ܐܝܟ ܕܫܘܐ ܗܘܐ : ܘܦܩܘ
ܟܠܢܫ ܠܐܬܪܗ ܀ ܐܦ ܗܘ ܚܣܝܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ
ܐܝܟ ܪܫ ܚܝܠܐ ܙܟܝܐ ܀ ܟܕ ܚܕܐ ܒܙܟܘܬܗ
ܗܦܟ : ܘܐܦ ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ .
ܠܩܘܕܡܘܗܝ ܐܙܠ ܗܘܐ ܒܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܀ ܘܒܟܬܒܐ
ܕܩܘܕܫܐ ܡܬܗܓܐ ܐܡܝܢ ܗܘܐ . ܘܡܫܬܡܥ ܗܘܐ
ܠܚܣܝܐ ܕܐܠܗܐ . ܒܟܠ ܡܐ ܕܦܩܕ ܗܘܐ ܠܗ ܀

Nisibis a Persis obsessa precibus SS. Jacobi et Ephraemi liberatur.

ܒܬܪ ܕܝܢ ܩܠܝܠ ܡܝܬ ܪܒܐ ܘܢܨܝܚܐ
ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ ܀ ܘܩܒܠܘ
ܒܢܘܗܝ ܡܠܟܘܬܐ ܡܢ ܒܬܪܗ . ܘܡܢ
ܒܬܪ ܩܠܝܠ ܝܘ̈ܡܬܐ : ܫܒܘܪ ܡܠܟܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ .
ܟܕ ܬܟܝܠ ܥܠ ܛܠܝܘܬܗܘܢ ܕܒܢܘܗܝ
ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ . ܐܬܐ ܥܠ ܢܨܝܒܝܢ ܒܚܝܠܐ
ܬܩܝܦܐ . ܘܒܪ̈ܟܫܐ ܘܦܝ̈ܠܐ ܕܠܐ ܡܢܝܢ .

amore prosecutus est voluitque ut assidue cum ipso esset.

5. Paulo post, dum Arius, prolatis in Filium et Spiritum sanctum blasphemiis, contra factorem suum linguam acuebat et Ægyptum perturbationibus replebat, Constantinus, rex victor, episcopos in urbem Nicæam congregavit. Illuc accitus divus præsul cum collegis suis duxit secum beatum Ephræmum eumque introduxit in sanctam synodum[1]. Profecti igitur venerunt uterque, et sanctus quidem præsul tanquam dux unius christianorum romani imperii agminis ut decertaret pro vera fide. Postquam Arius ejusque sequaces debita repressi pœna anathemate perculsi fuere et ab ecclesia ejecti, unusquisque ad sua rediit. Reversus est igitur etiam ipse sanctus Jacobus velut dux exercitus triumphans et de victoria gaudens. Beatus autem Ephræmus coram divo præsule in timore Dei conversabatur Scripturas assidue versans et obediens in omnibus quæ præcipiebat.

6. Paulo post, obiit magnus inclytusque Constantinus[2]; post eum ejus filii imperium susceperunt. Paucis autem elapsis diebus, Sapor, Persarum rex, juventute filiorum Constantini confisus perrexit contra Nisibin cum ingenti exercitu et cum equis ac elephantibus innumeris ; diviso igitur exercitu agmina

[1] Concinunt Acta vaticana ; idem etiam asserit Gregorius Barhebræus in *Chronico Ecclesiastico*, a me et J. B. Abbeloos edito part. I, 70. Ephraemus jam tunc annum ætatis 19 ingressus erat, quum anno ætatis 18 baptizatus fuerit et ad concilium iverit post susceptum baptismum : non autem annum 19 aut 20 prætergressus fuerit, quum natus sit diebus Constantini.

[2] E vita migravit Constantinus anno 337.

ܘܦܠܓ ܚܝܠܗ . ܘܐܬܛܟܣ ܘܚܕܗ ܠܟܠ
ܡܕܝܢܬܐ ܠܡܟܪܟ . ܘܟܕ ܗܘܐ ܚܠܦܘ ܝܘܡܬܐ
ܫܒܥܝܢ .. ܘܡܚܝܠܐ ܡܫܬܪܐ ܗܘܐ ܟܪܟܐ
ܕܢܗܪܐ ܗܘ ܕܐܙܠ ܘܦܠܓ ܒܡܨܥܬܗ ܡܕܝܢܬܐ
ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܘܣܟܪܗ . ܘܟܕ ܢܦܩ ܫܘܪܐ
ܘܢܦܠ : ܟܕ ܠܐ ܐܫܟܚ ܠܡܩܡ ܠܘܩܒܠ ܚܝܠܐ
ܕܡܝܐ ܣܓܝܐܐ : ܐܣܒܪ ܠܗ ܫܒܘܪ .. ܕܡܟܝܠ
ܕܠܐ ܥܡܠܐ ܟܒܫ ܠܗ ܠܡܕܝܢܬܐ . ܡܪܝ
ܝܥܩܘܒ ܕܝܢ ܐܦܣܩܘܦܐ : ܘܛܘܒܢܐ ܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ : ܥܡ ܫܪܟܐ ܕܥܕܬܐ ܟܠܗ : ܠܐܠܗܐ
ܡܬܟܫܦܝܢ ܗܘܘ ܒܟܠܗ ܙܒܢܐ ܕܡܟܪܐ ..
ܘܠܚܪܬܐ ܗܟܝܠ ܐܝܟ ܗܘܐ ܐܦܣܩܘܦܐ ܠܦܪ̈ܫܐ
ܚܝܠܐ ܘܠܘܒܒܐ . ܘܠܥܡܘܪ̈ܝܗ ܕܡܕܝܢܬܐ :
ܘܒܢܐ ܗܘܐ ܫܘܪܐ . ܘܐܩܝܡ ܥܠܘܗܝ ܒܘܪܓܐ
ܘܒܠܝܣܛܪܘ . ܘܟܠܐ ܗܘܐ ܘܡܪܚܩ ܠܐܠܝܢ
ܕܡܬܟܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ . ܘܗܠܝܢ ܥܒܕ ܗܘܐ
ܟܕ ܠܐ ܩܪܝܒ ܠܗ ܠܫܘܪܐ : ܐܠܐ ܒܗܘ
ܒܗܝܟܠܐ ܠܐܠܗܐ ܕܟܠ ܡܬܟܫܦ ܗܘܐ .
ܠܫܒܘܪ ܕܝܢ ܠܘ ܕܡܠܝܬܗ ܕܫܘܪܐ ܘܒܢܝܢܗ
ܐܬܡܗܗ ܗܘܐ . ܐܠܐ ܐܦ ܚܙܘܐ ܐܚܪܢܐ ܕܐܬܚܙܝ
ܠܗ ܘܐܬܕܡܪ . ܚܙܐ ܓܝܪ ܐܢܫ ܕܩܐܡ
ܐܣܟܡܐ ܕܡܠܟܐ ܕܩܐܡ ܠܥܠ ܡܢ ܫܘܪܐ :
ܘܐܣܛܠܗ ܡܒܪܩܐ ܒܙܠܝܩܐ ܢܘܗܪܐ . ܟܕ
ܕܝܢ ܐܣܒܪ ܕܡܠܟܐ ܗܘ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ ܐܬܟܢܫ ܥܠ
ܠܗܘܢ ܕܐܬܐܡܪ ܡܢܗܘܢ ܕܒܐܢܛܝܘܟܝܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܡܠܟܐ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ . ܗܝܕܝܢ ܐܣܬܟܠ ܐܬܘܬܐ
ܕܚܙܘܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ ܕܡܩܪܒ
ܚܠܦܝܗܘܢ . ܘܠܐ ܝܕܥ ܘܐܬܟܪܝ ܕܗܐ ܘܫܕܐ
ܓܐܪ̈ܐ .. ܟܕ ܠܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܕܢܠܐ ܡܢ ܫܡܝܐ
ܦܠܚܐ . ܐܝܟ ܕܝܢ ܣܟܠܐ ܕܫܢܝܘܬܗ . ܗܝܕܝܢ
ܐܦܪܝܡ ܛܘܒܢܐ ܗܘ ܕܐܡܪܢ ܠܥܠ ܡܢ
ܠܥܠ : ܒܥܐ ܡܢܗ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܕܢܫܒܘܩ
ܠܗ ܕܢܣܩ ܠܫܘܪܐ ܘܢܚܙܐ ܠܒܪ̈ܒܪܝܐ .. ܘܢܫܕܐ
ܥܠܝܗܘܢ ܓܐܪ̈ܐ ܕܩܫܬܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܣܠܩ

disposuit ad obsidendam urbem. Quum obsidium per septuaginta dies protractum fuisset, amnem quæ mediam interluebat civitatem a longe intercepit et occlusit, et, quum murus aquarum magna copia exundantium impetum sustinere non valens dirutus corruisset, putavit Sapor urbem absque difficultate capiendam esse. At Jacobus episcopus et beatus Ephræm cum reliqua Ecclesia per totum obsidii tempus Deum deprecabantur. Tandem sanctus episcopus equitibus et omnibus urbis incolis vires et animos auxit, murum ædificavit, turrim et balistam super eum constituit, quibus cohibebat et repellebat obsessores; hæc autem ipse gerebat etsi procul a muro absens, dum in templo Dei omnium Dominum deprecaretur. Saporem autem attonitum reddidit non tam facilitas qua murus exstructus fuerat quam visio, quæ ejus oculis oblata eum valde commovit. Vidit enim stantem super murum hominem habitu regio indutum, cujus stola radiis lucis refulgebat. Quum autem putaret regem esse Romanorum minas evomuit in eos qui ipsi asseruerant regem Romanorum Antiochiæ tunc adesse. Postea intellexit signa visionis Deum scilicet esse Romanorum qui pugnabat pro eis. Ignorans quippe se incorporeum percutere infelix minas evomebat et tela projiciebat, sed mox amentiæ furorem sedare coactus fuit. Admirabilis quippe Ephræm, de quo diximus supra, a sancto Jacobo postulavit ut sibi liceret ascendere murum, inspicere barbaros et projicere

ܓܐܪ̈ܐ ܗܘ ܥܒܝܕܐ ܀ ܟܕ ܫܡܥ ܗܘܐ ܗܠܝܢ
ܠܓܒܪܐ ܗܘ ܕܚܒܝܒ ܗܘܐ ܠܗ ܀ ܟܕ ܐܬܕܟܪ ܬܕܡܘܪܬܐ
ܕܐܬܥܒܕܬ ܒܐܝܕܘܗܝ ܡܢ ܩܕܝܡ . ܐܦܣ ܠܗ
ܕܢܣܩ . ܘܣܠܩ ܠܚܕ ܡܢ ܦܘܪ̈ܓܝܐ ܕܫܘܪܐ :
ܘܟܕ ܚܙܐ ܣܘܓܐܐ ܕܦܠܚ̈ܘܬܐ . ܐܪܝܡ ܥܝܢ̈ܘܗܝ ܠܘܬ
ܐܠܗܐ ܘܫܐܠ ܡܢܗ ܀ ܕܢܫܕܪ ܥܠܝܗܘܢ ܒܩܬܐ
ܘܩܠܡܐ ܀ ܐܝܟܢܐ ܕܒܝܕ ܚܝܘ̈ܬܐ ܗܠܝܢ ܙܥܘܪ̈ܬܐ :
ܢܬܟܬܫ ܠܒܥܠܕܒ̈ܒܘܗܝ ܀ ܘܢܘܕܘܢ
ܢܫܬܘܕܥܘܢ ܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ . ܫܠܡ ܕܝܢ ܟܕ
ܨܠܘܬܗ ܕܛܘܒܢܐ ܟܢܫܐ ܕܩܠܡܐ ܘܒܩ̈ܬܐ .
ܢܦܩ ܐܬܟܣܝܘ ܦܝ̈ܠܐ . ܡܛܠ ܗܝ ܕܡܫܟܗܘܢ
ܓܪܝܕ ܗܘ ܘܠܝܬ ܒܗ ܣܥܪܐ .. ܘܡܠܐܘ
ܐܢ̈ܦܐ ܕܪ̈ܟܫܐ ܘܕܫܪ̈ܟܐ ܚܝܘ̈ܬܐ ܘܐܕ̈ܢܝܗܘܢ .
ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܟܕ ܠܐ ܐܫܟܚܘ ܠܡܣܝܒܪܘ ܠܡܚܘܬܐ
ܚܝܠܗ ܕܡܚܘܬܐ ܕܢܦܠܐ ܗܘܬ ܦܣܩܘ
ܦܓܘܕ̈ܝܗܘܢ . ܘܫܕܘ ܠܪ̈ܟܒܝܗܘܢ ܀
ܘܒܠܒܠܘ ܠܡܫܪܝ̈ܬܗܘܢ ܀ ܘܫܒܩܘ
ܠܡܫܪܝܬܐ ܘܥܪܩܘ ܐܟܚܕܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܡܠܟܐ
ܦܠܚܐ ܕܗܢܐ ܠܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ ܡܚܝܢܐ ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ :
ܟܕ ܡܢ ܕܘܟܬܐ ܕܙܟܘܬܐ ܐܫܬܩܠ ܡܢ ܬܡܢ . ܟܕ
ܒܐܘܪܚܐ ܚܠܦ ܙܟܘܬܐ ܨܥܪܐ ܩܢܐ ܒܥܡܠܗ .
ܘܒܨܠܘܬܐ ܕܝܢ ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ . ܗܘܐ ܦܘܪܩܢܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܀

in eos tela maledictionis. Quum cum audivisset vir illustris, propter miraculum olim ab eo patratum ratus gratiam cœlestem ipsum concomitari permisit ut ascenderet. Ascendit Ephræmus super unam e muri turribus, et, conspecta agminum multitudine, oculos in cœlum elevavit petens a Deo ut mitteret in hostes cyniphes culicesque, quorum animalculorum adjutorio cum hostibus ita pugnare posset, ut cogerentur divinam virtutem agnoscere. Beatus vix orandi finem fecerat, quum nubes cyniphum et culicum exivit, qui obruerunt elephantes utpote, qui cutem glabram et depilem habent, et repleverunt nasum et aures equorum aliorumque animalium. Ista autem animalia, cum non possent divini flagelli impetum sustinere, fræna sua fregerunt, equites disjecerunt, agmina sua perturbarunt, et castra relinquentes tumultuarie fugam ceperunt. Infelix autem rex virtutem Dei christianorum salvatoris edoctus castra solvit et per breviorem viam exinde discessit, loco victoriæ opprobrium e labore suo colligens. Sic precibus beati Ephræmi urbs liberata est[1].

[1] Nisibin pluries a Sapore obsessa fuit. Primum urbis obsidium contigit, vivente adhuc S. Jacobo Nisibeno, initio regni Constantii, anno 338. De illo obsidio hic agitur. Illud idem obsidium describit Gregorius Barhebræus tum in libro *Dynastiarum* a Pocockio edito p. 85-87. Oxon. 1663, tum in *Chronico* a Bruns et Kirsch edito p. 66. En ejus verba apprime cum Actis convenientia: « ܫܒܘܪ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ ܥܠ
ܡܘܬܗ ܕܒܩܛܘܪ ܣܠܩ ܥܠ ܢܨܝܒܝܢ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܒܝܬ ܬܚܘܡܐ
ܕܪ̈ܗܘܡܝܐ ܘܦܪ̈ܣܝܐ . ܘܡܬܩܪܝܐ ܗܘܬ ܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܡܓܕܘܢܝܐ .
ܘܐܬܪܟܢ ܥܠܝܗ̇ ܫܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܘܒܢܐ ܥܠܝܗ̇ ܡܟܡ̈ܢܐ . ܘܟܕ
ܣܟܪ ܢܗܪܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܢܗܘܐ ܡܫܬܡܫ ܗܘ ܕܢܟܠܐ
ܘܦܠܝ ܒܡܟܡ̈ܢܘܗܝ ܘܟܕ ܐܬܦܬܚ ܡܢܐ ܠܠ ܡܢ ܫܘܪܐ ܘܠܐ
ܣܟܪ ܠܡܝ̈ܐ ܦܩܚ ܘܫܒܩ . ܘܟܕ ܣܟܪ ܢܗܪܐ ܕܝܠܗ
ܢܦܠ ܒܟܦܐ ܠܗ ܚܕܐ ܡܢ ܐܣܝܪܘܬܐ ܚܕܐ ܕܫܘܪܐ ܗܘܬ ܡܢ
ܒܗ . ܐܦ ܐܦܪܝܡ ܛܘܒܢܐ ܩܠܝܠ . ܥܠ ܫܘܪܐ ܕܢܥܘܛ
ܠܦܪ̈ܣܝܐ . ܘܚܙܐ ܡܢ ܐܠܗܐ . ܘܐܝܬܝ ܥܠܝܗܘܢ ܟܠܦܬܐ
ܘܩܠܡܐ . ܘܐܬܠܝܘ ܡܢܚܝܪ̈ܝܗܘܢ ܦܝ̈ܠܐ . ܟܠܗܘܢ ܕܝܢ ܗܘܘ
ܡܥܠܝܢ . ܘܐܦ ܒܢܚܝܪ̈ܐ ܘܐܕ̈ܢܝܗܘܢ ܕܪ̈ܟܫܐ ܘܦܣܩܘ
ܦܓܘܕ̈ܝܗܘܢ ܘܫܕܘ ܠܪ̈ܟܒܝܗܘܢ ܘܥܪܩܘ . ܘܗܟܢ ܫܒܘܪ
ܒܒܗܬܬܐ . Sapor autem, audita morte Victoris (Constantini), ascendit contra Nisibin quæ confinium est Romanorum et Persarum et Antiochia Mygdoniæ appellabatur. Obsedit eam septuaginta diebus, exstruxit supra eam munitiones magnumque aggerem quo

ܘܩܪܝܒ ܒܬܪ ܩܠܝܠ ܙܒܢܐ . ܫܠܡ ܚܝܘܗܝ
ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܢܨܝܒܝܢ . ܘܠܘܬ ܐܠܗܐ ܫܢܐ : ܟܕ ܡܫܡܠܝ
ܒܟܠ ܡܝܬܪܘܬܐ ܕܢܨܚܢܐ . ܛܘܒܢܐ ܕܝܢ ܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ ܐܬܥܝܩ ܗܘܐ ܣܓܝ . ܘܩܒܪܗ
ܒܐܝܩܪܐ ܣܓܝܐܐ ܀

7. Paulo post vitam finivit et ad Dominum migravit divus præsul Jacobus, Nisibis episcopus, præclaris gestis et omnis generis virtutibus perfectus. Beatus autem Ephræm tristitia valde affectus maximo cum honore ejus funera prosecutus est[1]. S. Jacobi obitus.

obstruebatur cursus fluminis Mygdonii qui fluit per mediam urbem eam in duas partes dividens. Exundantibus autem aquis supra murum, quum murus earum impetum sustinere non posset dirutus corruit. Putabat igitur Sapor absque labore se illam capturum, at vidit alium murum intus extructum. Beatus autem Ephræmus supur murum ascendit ut malediceret Barbaris, et, exorato Deo, adduxit contra eos scyniphes et culices qui præsertim vexaverunt elephantes quia cutis eorum glabra est; ingressi sunt etiam in naribus et auribus equorum. Hæc igitur animalia fregerunt frena, et, disjectis equitibus, fugerunt. Et reversus est Sapor pudore suffusus. » Mox dixerat Nisibin precibus S. Jacobi et S. Ephræmi liberatam. Hanc liberationem memorat etiam *Liber chalifarum* (ap. Land, *Anecdota Syriaca* p. 2 text. syr.) « Sapor, rex Persarum, inquit, venit in Mesopotamiam ut Nisibin subjugaret; obsedit eam sexaginta sex diebus. Jacobus autem Nisibis episcopus per orationem suam expulit exercitum ejus exinde. »

Concinunt scriptores græci, inprimis Theodoretus in *Hist. eccles.* II, 26 vel 30 juxto alios (*Patrol. gr.* LXXXII, 1077-79,) his verbis : « Sapore autem Persarum rege bellum Romanis inferente, Constantius collecto exercitu Antiochiam profectus est. Hostes vero profligavit non Romanorum exercitus, sed piorum inter Romanos Deus. Victoriæ vero modum qualis fuerit exponam. Nisibis, quam nonnuli Antiochiam Mygdoniæ nominant, in Persici et Romani imperii finibus sita est. Ejus episcopus urbisque custos erat Jacobus.... Urbem cui præerat, Romanis subditam, Persicus exercitus obsidebat. Qui ad septuaginta dies obsidione perducta, helepoles multas mœnibus admovens, multisque aliis machinis, vallisque et fossis urbem circumcingens capere eam non potuit. Tandem alveo fluvii, cui Mygdonii nomen est, qui mediam intersecat urbem, procul obstructo, et ripis utrinque altius exaggeratis, ut fluentem aquam coercerent, ubi tantam aquæ copiam vidit ut aggerem inundaret, subito eam veluti machinam in murum immisit : qui vim illius vehementissimam non sustinens convulsus disjectusqne est. Hoc ipsum passa et altera murorum pars, per quam Mygdonius erumpebat, concidit, vim aquæ non sustinens. Quod cernens Sapor in spem venit nullo se negotio urbe potiturum. Et eo quidem die quievit, ut limus aresceret, vadoque fluvius transiri posset. Postridie admotis copiis, cum per disjectas muri partes aditum in urbem speraret, murum utraque ex parte instauratum laboremque a se frusta susceptum videt. Divinus enim ille vir precibus suis et militum reliquorumque incolarum animos confirmavit, et murum extruxit, et irruentes oppositis machinis repulit. Atque hæc perfecit, non ad murum accurrens, sed intus in divino templo omnium Dominum invocans. Saporem autem non solum obstupefecit exstructionis celeritas, sed aliud quoque spectaculum exterruit Vidit enim stantem in muro quemdam ornatu imperatorio, et radiantem ejus purpuræ ac diadematis fulgorem. Quem Romanorum imperatorem esse ratus, mortem iis intentabat qui eum non adesse nuntiarant. Sed confirmantibus illis vera esse quæ dixerant et Antiochiæ prorsus morari Constantium asserentibus, visum hoc quid significaret intellexit, Deumque pro Romanis pugnare dixit. Et indignatione percitus miser saggittam in aerem misit, non ignorans configi eum non posse qui corporis expers sit, sed furoris impetum non ferens. Tum vero admirandus Ephraem, scriptor inter Syros præstantissimus, Jacobum oravit, ut sibi liceret mœnia conscendere (Ἰάκωβον ἀντιβόλησεν ἐπιβῆναι τοῦ τείχους) Quum annuisset (νεύσαντος δὲ οὖν) vir divinus, turrim quandam conscendit, et innumerabilem cernens multitudinem execratione alia non est usus sed scyniphes et culices in eos immitti postulavit, » Reliqua refert Theodoretus, ut supra Greg. Barhebræus. Idem factum rursus narrat in *Historia religiosa* I, ubi Ephræmi mentio non fit.

Cl. D. Bickell (*Carmina Nisib.* p. 13-14) immerito verba Theodoreti refert ad obsidionem anni 350, de qua agit Julianus apostata, *serm.* 1 et 2. Obsidio enim anni 350 sub Vologese contigit et duravit centum dies vel plus quam tres menses, obsidio autem anni 338 contigit sub S. Jacobo et duravit dies 70, vel 66 juxta librum Chalipharum. Chronicon Alexandrinum (*Patrol. gr.* XCII, 718, 723) memorat duas Nisibis odsidiones: primam ad an. 337, quæ duravit dies 63 ; alteram sub an. 350 quæ duravit centum dies quamque e Vologesis epistola describit. Theophanes etiam duas obsidiones memorat : primam ad an. 1 Constantii precibus S. Jacobi post dies 63 solutam ; alteram 12 annos postea. Nicephorus *Hist. Eccl.* IX, 28 Theodoretum presse sequitur. Georgius, Arabum episcopus, in *Epist. ad Josue* (ap. Forget *de Vita et Scriptis Aphraatis* p. 23) sequitur etiam Theodoretum.

1 Obiit S Jacobus anno Æræ vulgaris 338. Hoc testantur *Chronicon Edessenum* et Dionysius patriarcha ap. Asseman. Bibl. or. I, 18, 395. Hoc idem testatur Elias Nisebenus. Vid. Greg. Barhebræi *Chronicon eccl.* II, 32, not.

ܘܒܬܪ ܙܒܢܐ ܩܠܝܠ ܫܢܝ ܩܘܣܛܢܛܝܘܣ.
ܘܩܡ ܒܬܪܗ ܩܘܣܛܢܣ. ܘܒܝܘܡܝ
ܡܠܟܘܬܗ ܐܬܝܕܥ ܝܘܠܝܢܘܣ ܗܘ ܟܦܘܪܐ.
ܘܗܘܘ ܩܪ̈ܒܐ ܘܫܓܘ̈ܫܝܐ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܀
ܒܟܠܗܝܢ ܡܕܝܢ̈ܬܐ. ܘܒܬܪ ܡܘܬܗ
ܕܩܘܣܛܢܛܝܘܣ. ܐܡܠܟ ܗܘ ܟܦܘܪܐ. ܘܗܘܘ
ܒ̈ܐܘܠܨܢܐ ܕܐܘܠܨܢ ܥܒܕ ܒܝܫܐ ܗܘ ܕܪܕܘܦܝܐ
ܗܘܐ ܕܛܪܘܢܐ. ܘܗܕܐ ܟܕ ܢܚܬ ܠܐܬܪܐ ܕܦܪ̈ܣܝܐ
ܘܩܒܠ ܡܣܒܥܢܘܬܗ ܐܝܟ ܕܫܘܐ ܗܘܐ ܒܐܪܥܐ
ܕܒܥܠܕܒ̈ܒܘܗܝ. ܘܐܡܠܟ ܒܬܪܗ ܝܘܒܝܢܘܣ
ܘܢܣܒ ܫܠܕܐ ܥܘܠܐ ܐܝܟ ܕܝܠܗ ܕܡܠܟܐ.
ܘܐܘܒܠܗ ܥܡܗ ܘܩܒܪܗ ܒܗ ܒܢܨܝܒܝܢ.
ܘܦܩܕ ܠܒ̈ܢܝ ܢܨܝܒܝܢ ܕܢܦܩܘܢ ܡܢܗ ܘܟܕ
ܕܢܦܩܘ ܐܫܠܡܗ ܠܦܪ̈ܣܝܐ ܐܝܟ ܬܢܝܐ ܗܘ
ܕܗܘܐ ܀

8. Post certum tempus obiit Constantius, cui successit Constis [1]. Ejus diebus inclaruit impius Julianus; hoc etiam tempore exorta sunt bella ac seditiones in omnibus urbibus. Post mortem autem Constantis (Constantii) regnavit iste Impius, cujus dura et tyrannica persecutione durante, christiani in angustiis magnis versati sunt. Quum autem in terras Persarum descendisset, dignam sua impietate pœnam accepit in regione inimicorum suorum [2]. Regnavit post eum Jovinianus (Jovianus), qui impii imperatoris funera curavit juxta ritum regium et cadaver secum tulit ac in Nisibin sepelivit. Jussit deinde ut Nisibeni urbe exirent, quibus egressis, urbem Persis tradidit juxta conventionem factam.

Ephræmus e Nisibi transit in Beth-Garbaia.

ܗܝܕܝܢ ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ ܩܡ ܘܐܬܪܥܡ
ܥܠܘܗܝ ܕܥܘܠܐ ܘܥܠ ܪܕܘܦܝܐ ܕܗܘܐ
ܒܝܘܡܘܗܝ. ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܢܨܝܒܝܢ ܗܘ ܛܘܒܢܐ
ܥܕܡܐ ܠܙܒܢܐ ܗܘ ܕܐܫܬܠܡܬ ܠܦܪ̈ܣܝܐ:
ܒܝܕ ܦܠܚܘܗܝ ܕܡܠܟܐ ܟܦܪܐ ܝܘܠܝܢܘܣ.
ܘܢܦܩ ܗܘ ܡܢ ܬܡܢ. ܘܐܬܐ ܠܕܘܟܬܐ
ܕܡܬܩܪܝܐ ܒܝܬ ܓܪܒܝܐ. ܘܬܡܢ ܩܒܠ ܗܘܐ
ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܟܕ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪ
ܫ̈ܢܝܢ ܬܡܢܥܣܪܐ. ܘܝܠܦ ܗܘܐ ܡܙܡܘܪ̈ܐ.
ܘܐܬܕܪܫ ܗܘܐ ܒܩܪܝܢܐ ܕܟ̈ܬܒܐ ܠܘܬ ܗܘ
ܕܐܥܡܕܗ ܀

9. Interea surgens beatus Ephræm verba habuit in impium (Julianum) et in persecutionem ejus diebus exortam [3]. Remansit autem Nisibi donec urbs Persis tradita fuisset; tunc urbe egressus secessit in locum Beth-Garbaia appellatum, ubi susceperat baptismum quum esset annos octodecim natus, ubi et psalmos didicerat ac lectioni Scripturarum initiatus fuerat ab eo qui eum baptizaverat [4].

[1] Auctor confundit successionem filiorum Constantini. Constans quippe ante Constantium obiit. Hujus mors evenit an. 361. Ei successit Julianus apostata.

[2] Decessit 26 julii 363.

[3] Codex add. 14.571 Musæi Brit. anni 519 quatuor continet hymnos ab Ephræmo conscriptos contra Julianum apostatam quos edidit Overbeck, *S. Ephræmi aliorumque opera selecta*, Oxonii, 1865.

[4] Cl. D. Bickell. *Conspect. rei Syr. litter.* p. 27, voces ܩܒܠ ܗܘܐ ܡܥܡܘܕܝܬܐ minus recte reddit: « baptismum suscepit » quasi Ephræmus qui, juxta Acta, Concilio Niceno interfuerat adeoque annum quinquagesimum prætergressus erat quum venit in Beth-Garbaia, tunc tantum baptismum suscepisset. Eodem errore laborant Acta vaticana quæ pro ܩܒܠ ܗܘܐ habent ܩܒܠ « suscepit, » et insuper tradunt Ephræmum annos 28 natum fuisse quum baptismum suscepit. Omnes difficultates quas Acta vaticana pepererant circa baptismum S. Ephræmi nostro textu diluuntur. Copti in Synaxario, juxta J. S. Assemanum, *Bibl. Or.* I, 31, not., Ephræmum Nisibi a S. Jacobo baptizatum

ܘܡܢ ܒܬܪ ܩܠܝܠ ܗܘܐ ܪܕܘܦܝܐ ܥܠ
ܥܕܬܐ܂ ܘܫܢܝ ܡܢ ܬܡܢ ܠܐܡܝܕ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܬܡܢ
ܗܘܐ ܙܒܢ ܙܥܘܪܐ. ܘܡܢ ܕܥܒܪܬ ܫܢܬܐ ܚܕܐ
ܐܬܐ ܠܐܘܪܗܝ ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ. ܘܟܕ ܚܙܗ̇ ܡܢ
ܡܩܒܠ ܚܫܒ ܠܡܥܡܪܗ̇. ܘܣܡܟ
ܒܡܚܫܒܬܗ ܕܬܗܘܐ ܠܗ ܒܗ̇ ܡܥܡܪܐ ܠܟܠܗܘܢ
ܝܘܡܬܐ ܕܚܝܘܗܝ܀

ܘܟܕ ܐܬܐ ܕܢܥܘܠ ܠܡܕܝܢܬܐ. ܦܓܥ ܒܢܗܪܐ
ܐܝܟ ܕܡܬܩܪܐ ܕܝܨܢ܂ ܐܝܟ ܕܡܚܕܪ ܠܗ̇ ܠܡܕܝܢܬܐ.
ܘܐܚܝܪ ܚܙܐ ܢܫܐ ܟܕ ܡܫܝܓܢ ܡܐܢܐ. ܘܩܡ
ܥܠ ܣܦܬܗ ܕܢܗܪܐ ܘܗܘܐ ܚܙܐ ܠܗܝܢ. ܐܢܬܬܐ
ܕܝܢ ܚܕܐ ܡܢܗܝܢ ܠܘܬܗ ܚܪܬ ܥܝܢܗ̇. ܘܡܥܝܢܐ
ܡܬܒܩܝܐ ܒܗ ܗܘܬ ܣܓܝܐܐ ܗܘ ܕܝܢ ܐܬܚܡܬ
ܒܗ̇. ܟܕ ܐܡܪ: ܐܢܬܬܐ ܠܐ ܒܗܬܐ ܐܢܬܝ܂
ܗܝ ܕܝܢ ܥܢܬ ܘܐܡܪܐ ܠܗ. ܕܠܟ ܐܚܘܪ
ܕܬܚܘܪ ܒܐܪܥܐ ܡܛܠ ܕܡܢܗ̇ ܐܬܢܣܒܬ. ܕܠܝ
ܗܝ ܕܝܢ ܕܐܚܘܪ ܒܟ. ܡܛܠ ܕܡܢܟ ܗܘ ܢܣܝܒܐ
ܐܢܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܬܡܗ ܒܡܠܬܐ ܘܝܕܥ ܠܚܟܡܬܗ̇
ܕܐܢܬܬܐ ܘܐܙܠ ܡܢ ܬܡܢ. ܘܐܡܪ ܗܘܐ
ܒܡܚܫܒܬܗ܂ ܕܐܢ ܢܫܘܗ̇ ܕܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ
ܚܟܝܡܢ: ܓܒܪܝܗ̇ ܐܘܟܝ ܟܡܐ ܒܡܠܐ
ܡܝܬܪܐܝܬ܀

10. Exorta autem contra Ecclesiam persecutione, secessit inde in urbem Amidam, ubi exiguo tempore mansit; anno quippe transacto venit Edessam, Mesopotamiæ urbem, qua a longe conspecta, consilium iniit quod mente firmiter tenuit, ut ibi, reliquis vitæ diebus, domicilium haberet. Edessam venit.

11. Quum autem in eo esset ut urbem ingrederetur advenit ad amnem, Daisan appellatum, qui urbem circum alluit, et circumspiciens vidit mulieres lintea lavantes. Dum autem staret in ripa fluvii eas considerans, mulier una ex illis oculos in eum direxit et diu eum intuita est. Cui ille indignatus ait: « Mulier ita ne pudorem exuisti ? » Quæ respondit ei : « Tui es in terram aspicere, quia ex ea sumptus es ; mei autem est in te aspicere quia ex te sumpta sum. » Ipse autem verbo attonitus, sapientia mulieris agnita, recessit inde intra se dicens: « Si mulieres hujus urbis adeo sapientes sunt, quanto magis viri, qui eam incolunt [1]. » Sapiens mulieris dictum.

tradunt, antequam Nicæna synodus celebraretur Maronitæ et Melchitæ (ap. Alsleben, *Das leben des H. Ephræm des Syrers*, Berlin 1853, p. 43) vera falsis miscent docentes Ephræmum anno ætatis 18 baptizatum, sed post mortem S. Jacobi.

[1] Concinunt Acta vaticana. Refertur etiam istud dictum a Metaphraste in Vita S. Doctoris, a S. Gregorio Nysseno in suo S. Ephræmi Encomio, a Sozomeno, *Hist. Eccl.* III, 16, qui addit : « Admiratus mulierem Ephræm, rem ut acciderat peculiari libro exposuit, quem quidem librum doctissimi Syrorum inter præstantissimos illius libros collocarunt. » Metaphrastes aliud acute dictum subjungit quod Maronitæ etiam in Synaxario referunt. Memoratur etiam in *Apophtegmatibus Patrum*, et a græco anonymo « Cum dies aliquot transiissent et sanctus Ephræm moraretur Edessæ, mulier quædam meretrix, quæ in propinqua habitabat vicinia fit maligno instrumentum ad vitium et per eam, sicut prius per serpentem, justum aggreditur Ephræm. Cum itaque S. Ephræm cibum quemdam pararet, illa, aperta fenestra quæ erat in corte, impudenter despicit, et plane meretricie : et deinde cum Sanctum aspexisset inverecunde : « Benedic, inquit, Abba. » Ille vero cum eo, qui ipsum decebat, habitu, gestu et sermone : « Dominus, inquit, benedicat tibi. » Ipsa autem rursus cum vehementi et indecoro risu, ad eum : « Sed quid, inquit, tuo cibo deest. » Ille vero: « Tres, inquit, lapides, et parum luti ut hæc obstruatur fenestra. » Illa interim nihil remittens de sua impudentia : « Quod te, inquit, priores appellavimus, hocne te effecit insolentem? Ego volo tecum dormire. Tu-ne autem statim hoc mihi primo negasti? » Ad hæc, quæmadmodum illa verbis satanicis, ita multo magis ipse sermonibus abundavit spiritualibus, et quales ipsum dicere, et eam oportebat audire « Si vis enim, inquit, nos ambos simul dormire, ubi tibi dixero, illic pariter jacebimus. » Postquam vero illa sermonem arripuit, et rogavit locum, ubi hoc fieri

Balneatori operam locat.

[illegible]

Monachi suasu in montem secedit.

[illegible]

12. Urbem ingressus, quum nullam artem didicisset consilium iniit pro mercede operam suam locare ut sibi panem procuraret. Adiit itaque quemdam balneatorem et cum eo laboravit. Ea tempestate magna Edessæ pars ethnica erat ; Ephræmus ethnicos edocebat et cum eis e Scripturis disputabat quoties facultas ipsi dabatur.

13. Quadam autem die occurrit ei in platea venerabilis monachus qui interrogavit eum : « Unde es-tu, puer[1]. » Cui ille totam vitæ suæ rationem aperuit. Adjecit monachus : « Quo modo, christianus cum sis, cum gentibus conversaris ? Num in mundo vis remanere ? » Respondit ei Ephræmus : « Nequaquam, Domine. » Reposuit monachus : « Igitur, frater mi, consilium tibi do ut pergas ad quemdam e solitariis hujus loci vivasque cum eo, et ille animæ tuæ curam habebit. » Hisce auditis, monacho se adjunxit et e civitate exivit in montem ad latus occidentale Edessæ situm ubi multi monachi degebant[2]. Commorabatur ibi sanctus Ephræmus jejunia ac orationes protrahens et assidue Scripturas perscrutans.

opporteret, « Non alio, inquit loco tecum congrediar, nisi in medio civitatis. » « Sed non, inquit illa, pudore atque rubore aperte alliciemur a videntibus hominibus, si sic nos ibi jaceamus in medio. » Capta autem est mulier, quæ voluit capere impatibilem et inexpugnabilem animam. Cum vero statim veluti ansam verbum apprehendisset vir præclarus, contra intulit : « Si ergo hominum judicasti oculos satis esse ad pudore alliciendam animam, et a mala actione abducendam : Dei oculos qui omnia intuentur, tam quæ clam quam quæ aperte fiunt, nonne multo magis reverebimus, et extimescemus, et a re mala abstinebimus : qui semper nobiscum habitantem in nobis excitat conscientiam, et ex ea nobis reservat tormenta quæ finem non accipiunt? » Hæc suffecerunt non solum ad meretrici persuadendum, ut abstineret ab improba in eum libidine, sed ut priorum etiam eam malorum pœniteret. » Ita Metaphrastes.

1 Ephræmus tunc ætatem quinquaginta annorum prætergressus dictamine familiari puer appellatur.

2 Mons ille appellabatur ܛܘܪܐ ܕܐܘܪܗܝ *mons Edessæ*. Eum accurate descripsit Sachau in *Zeitschrift der Deut. Morg. Geselschaft*, 1882 p. 142. Nomen hodie habet *Nimroud-Dagh* ; exurgit supra arcem urbis in altitudinem centum metrorum. Hodie desertus olim domicilium præbuit vivis et defunctis. In ejus latere innumeræ cernuntur speluncæ olim a solitariis inhabitatæ, vel sepeliendis mortuis destinatæ. Ostenditur sepulchrum S. Ephræmi in monasterio S. Sergii.

ܘܟܕ ܗܘ ܒܬܫܡܫܬܐ ܕܝܢ ܡܫܡܫ ܘܡܨܠܐ
ܗܘܐ ܗܘ ܝܚܝܕܝܐ ∴ ܫܠܡܗ ܗܘܐ ܠܬܫܡܫܬܗ
ܘܢܦܩ ܠܒܪ . ܘܚܙܐ ܡܠܐܟܐ ܕܐܠܗܐ ܕܢܚܬ
ܡܢ ܫܡܝܐ ܒܦܠܓܗ ܕܠܠܝܐ . ܘܟܬܒܐ ܪܒܐ
ܚܕ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܐܝܕܗ ܟܬܝܒ ܡܢ ܬܪܝܗܘܢ ܦܐܬܘܗܝ .
ܘܚܕ ܐܡܪ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܠܘܬܗ .
ܠܡܢ ܐܬܠܝܘܗܝ ܠܗܢܐ ܟܬܒܐ ܕܐܚܝܕ
ܐܢܐ . ܘܥܢܘ ܘܐܡܪܘ ܠܗ . ܠܐܚܘܢ
ܠܐܘܓܝܢܘܣ ܝܚܝܕܝܐ ܕܡܕܒܪܐ ܕܡܨܪܝܢ . ܘܐܡܪ
ܠܗܘܢ ܡܠܐܟܐ . ܠܐ ܐܬܦܩܕܬ ∴ ܘܬܘܒ ܐܡܪ .
ܡܢ ܗܘ ܕܫܘܐ ܠܗ . ܘܐܡܪܘ ܠܗ . ܝܘܠܝܢܘܣ
ܝܚܝܕܝܐ . ܘܥܢܐ ܡܠܐܟܐ ܗܘ ܘܐܡܪ ∴ ܠܝܬ
ܝܘܡܢܐ ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ ܕܫܘܐ ܠܗ ∴ ܐܠܐ ܐܢ ܐܦܪܝܡ
ܣܘܪܝܝܐ ܕܒܛܘܪܐ ܕܐܘܪܗܝ . ܘܟܕ ܗܠܝܢ
ܚܙܐ ܗܘ ܝܚܝܕܝܐ ܘܫܡܥ ∴ ܣܒܪ ܗܘܐ
ܕܦܢܛܐܣܝܐ ܗܝ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܐ ܗܘ ܚܙܘܐ ∴
ܘܐܗܡܝ ܗܘܐ ܡܢ ܨܒܘܬܐ ✢

ܡܫܬܥܝܐ ܕܝܢ ܥܠܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ
ܫܘܥܝܬܐ . ܕܟܕ ܗܘ ܛܠܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ . ܕܚܙܐ
ܒܚܠܡܐ ܐܘ ܒܚܙܘܐ ܐܝܟ ܕܐܢܫܝܢ ܡܫܬܥܝܢ ܘܐܦ
ܟܬܒ ܒܕܝܬܩܝ ܕܝܠܗ . ܕܢܒܥ ܫܒܝܒܬܐ
ܒܠܫܢܗ : ܘܪܒܐ ܘܡܠܐ ܟܠܗ ܬܚܝܬ
ܫܡܝܐ . ܘܝܗܒ ܣܓܘܠܐ ܒܣܘܓܐܐ . ܘܐܝܟܐ
ܗܘܬ ܠܗ ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܟܠܢ ܗܘܬ ܡܬܪܒܝܢ
ܣܓܝ ܗܘܘ ܣܓܘܠܘܗܝ ✢

14. Quadam nocte cum psalmis et orationi ille monachus instaret, extra cellam egressus vidit, media nocte, angelum Dei e cœlo descendentem et in manu ejus magnum volumen ex utraque parte scriptum. Dixit autem angelus ad eos qui cum monacho adstabant : « Cuinam dabo volumen quod manibus teneo ? » Qui responderunt : « Eugeni (?) deserti Ægyptiaci solitario[1]. » Reposuit angelus: « Mandatum non accepi. » Et rursus : « Quis illo dignus est ? » Responderunt : « Julianus monachus. » Reposuit Angelus : « Nullus hominum hodie illo dignus est, præter Ephræm Syrum in monte Edessæ. » Quibus visis et auditis, monachus putavit hanc visionem phantasma quoddam esse et rem neglexit[2].

15. Refertur autem de Sancto Ephræm hæc narratiuncula. Cum puer esset vidit in somno seu visione, ut quidam narrant et ipse scripsit in Testamento suo, crescere palmitem in lingua sua, qui, cum crevisset et omnia sub cœlo implevisset protulit botros in abundantia et eo magis botri multiplicabantur quod aves cœli eos manducatum venirent[3]. Visio palmitis in lingua Ephræmi.

[1] Acta vaticana habent ܐܘܪܝܓܢܣ *Origenes*.

[2] Refertur ista visio in Actis Syriacis brevioribus, a S. Gregorio Nysseno, a Metaphraste et ab anonymo græco apud Vossium, et in *Apophtegmatibus Patrum* ap. Migne *Patrol. gr.* LXV, c. 167.

[3] In Actis vaticanis eadem visio paulo aliter : « Quum Ephræm puer in sinu matris jaceret, visus est annasci ejus linguæ palmes, qui cum illico ad cœlum usque increvisset botrorum myriadas, acinorum autem myriadas myriadum protulit : Botri nempe sermones (ܡܐܡܪܐ), acini vero hymnos (ܡܕܪܫܐ) significabant. » Sed audiatur S. Doctor in Testamento suo : « Quum adhuc parvulus essem et me in sinu suo gestaret mater vidi quasi per somnium quod revera evenit. Vitis ex ore meo repente progerminavit, quæ crevit ad cœlum usque et botros innumeros innumeraque folia produxit. Expandebatur enim, augebatur, protendebaturque, dilatabatur circumferabatur et amplificabatur. Colligebantur ex ea botri nec deficiebant. Et quo magis colligebantur botri, eo magis multiplicabantur. Botri sermones, folia hymnos significabant. » Referunt hanc visionem S. Gregorius Nyssenus, Metaphrastes, auctor græcus anonymus, Menologium Basilii et Menologium armenum. Memoratur etiam in Apophtegmatibus Patrum, ap. Migne, *Patrol. gr.* t. LXV, col. 167.

Scribit commentaria in pentateuchum.

ܚܕ ܕܝܢ ܡܢ ܝܘ̈ܡܝܢ ܨܦܪܐ ܀ ܢܦܩ
ܗܘ ܝܚܝܕܝܐ ܘܐܙܠ ܠܘܬ ܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ
ܠܒܪ ܕܚܒܝܫ ܗܘܐ . ܘܐܫܟܚܗ ܕܝܬܒ
ܘܟܬܒ : ܦܘܫܩܐ ܕܣܦܪܐ ܩܕܡܝܐ ܕܡܘܫܐ :
ܘܐܬܕܡܪ ܥܠ ܕܪܘܚܐ ܕܚܟܡܬܐ ܀ ܘܕܝܕܥܬܐ
ܡܘܗܒܬܐ ܕܣܘܟܠܐ ܘܡܘܗܒܬܐ ܐܬܝܗܒܬ ܠܗ
ܡܢ ܐܠܗܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܫܠܡܗ ܠܟܬܒܐ ܩܕܡܝܐ
ܘܫܪܝ ܒܟܬܒܐ ܕܬܪܝܢ ܀ ܗܘܝܘ ܐܫܬܘܕܥ
ܗܘ ܝܚܝܕܝܐ ܀ ܕܫܪܝܪܐ ܚܙܘܐ ܗܘ ܕܚܙܐ
ܥܠܘܗܝ . ܘܪܚܡܗ ܛܒ ܘܢܣܒܗ ܠܟܬܒܐ
ܘܥܠ . ܘܐܝܬܝܗ ܠܡܕܝܢܬܐ . ܘܐܥܠܗ ܠܐܣܟܘܠܐ
ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܡܕܝܢܬܐ . ܘܚܘܝܗ ܠܡܠܦ̈ܢܐ
ܘܠܟܗ̈ܢܐ ܘܠܪ̈ܫܢܐ ܕܡܕܝܢܬܐ . ܘܟܕ ܩܪܐܘܗܝ
ܐܬܕܡܪܘ . ܘܐܣܒܪܘ ܠܗܘܢ ܕܝܚܝܕܝܐ ܟܬܒܗ
ܠܟܬܒܐ ܗܢܐ . ܘܐܚܕܘܗܝ ܒܐܝ̈ܕܝܗܘܢ ܐܢܫܐ . ܗܘ
ܕܝܢ ܒܩܠܐ ܪܒܐ ܩܥܐ ܗܘܐ . ܕܠܐ ܗܘ ܐܢܐ
ܟܬܒܬܗ ܠܐ ܐܢܐ ܟܬܒܐ . ܘܐܫܬܥܝ
ܠܗܘܢ ܚܙܘܐ ܕܚܙܐ ܘܗܝܡܢܘܗܝ . ܡܫܝܚܐ ܕܝܢ
ܗܘ ܕܐܡܪ . ܕܠܐ ܡܫܟܚܐ ܕܬܛܫܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܥܠ
ܛܘܪܐ ܒܢܝܐ . ܐܙܝܥ ܗܘܐ ܠܠܒܘܗܝ ܕܡܗܝܡ̈ܢܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܣܠܩܘ ܠܘܬܗ ܠܐܬܪܐ ܕܥܡܪ ܗܘܐ .
ܘܟܕ ܐܪܓܫ ܒܗܘܢ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܀ ܘܐܬܛܫܝ
ܡܢ ܩܕܡ ܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܀

16. Quadam autem die ille idem monachus quum mane exivisset ad beatum Ephræmum foris ubi inclusus vivebat, invenit eum sedentem et scribentem commentarium in librum primum Moysi et miratus est quantum sapientiæ et intelligentiæ donum viro minime exculto datum a Deo fuerat[1]. Quum autem primo absoluto secundum Ephræmus inchoasset, intellexit monachus veritatem visionis quam de eo viderat. Dilexit itaque eum valde, et assumptum librum attulit in civitatem detulitque in scholam quæ in civitate erat atque ostendit doctoribus, sacerdotibus et primoribus civitatis. Quo lecto, mirati sunt, putantesque librum a solitario scriptum esse manibus eum apprehenderunt. At ille voce magna clamavit : « Non scripsi ego librum, sed Ephræm Nisibenus. » Narravit deinde eis visionem quam viderat et crediderunt. Christus autem qui dixit : « *Non potest abscondi civitas supra montem ædificata*[2], incitavit corda fidelium civitatis ut ascenderent quo manebat, quod animadvertens Ephræmus aufugit ab eis et ab eorum oculis se subduxit.

Aufugit sed ab angelo corripitur.

ܘܟܕ ܢܚܬ ܠܚܠܐ ܚܕ . ܐܬܓܠܝ ܠܗ ܡܠܐܟܐ
ܕܡܪܝܐ ܘܐܡܪ ܠܗ . ܐܦܪܝܡ ܠܐܝܟܐ ܥܪܩ ܐܢܬ .
ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܡܪܝ ܀ ܕܐܬܠܐ ܒܫܠܝܐ .

17. Quum porro in vallem quamdam descendisset apparuit ei angelus Domini dicens : « Ephræm, quo fugis ? » Qui respondit : « Domine,

[1] Antequam hoc commentarium scriberet S. Ephræmus jam hymnos et sermones vulgaverat Refert enim Gregorius Barhebræus in *Ethicis* (Assem. *Bibl. Or.* I, 166) : « ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܝܢ ܕܣܘܢܗܕܘܣ ܩܕܝܫܐ ܕܒܢܝܩܝܐ ܗܘ ܐܬܟܢܫ ܫܪܝ ܩܕܝܫܐ ܐܦܪܝܡ ܕܝܠܢ ܡܕܪ̈ܫܐ ܘܡܐܡܪ̈ܐ ܠܡܟܬܒ ܠܘܩܒܠ ܗܪ̈ܣܝܣ ܕܙܒܢܗ A tempore sancti concilii in Nicæa congregati cœpit sanctus Ephræm noster cantica et hymnos adversus sui temporis hæreses conscribere. » Et revera hymni in Nisibin et tres ejus episcopos S. Jacobum, Babu et Vologesem scripti fuerunt, antequam Vologeses e vivis migraret. Hymni qui sequuntur in Abraham etiam conscripti fuere circa an. 363 antequam S. Ephræm e Nisibi migraret. Ejusdem ætatis sunt hymni in Julianum apostatam Vid. *Carmina Nisib.* 11-22.

[2] Matth. V. 14.

ܘܐܬܕܟܪ ܡܢ ܫܓܘܫܝܗ ܕܥܠܡܐ. ܐܡܪ:
ܠܗ ܡܠܐܟܐ ܚܙܝ ܠܐ ܬܬܐܡܪ ܥܠܝܟ ܗܝ
ܕܐܬܐܡܪܬ: ܕܐܦܪܝܡ ܥܪܩ ܡܢܝ ܐܝܟ ܥܓܠܬܐ
ܕܒܥܛܬ ܟܬܦܗ ܡܢ ܢܝܪܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܒܟܐ
ܐܡܪ. ܡܪܝ ܡܚܝܠܐ ܐܢܐ. ܘܠܐ ܫܘܐ ܐܢܐ.
ܐܡܪ ܠܗ ܗܘ ܡܠܐܟܐ. ܓܒܪܐ. ܠܐ ܐܢܫ
ܡܢܗܪ ܫܪܓܐ: ܘܣܐܡ ܠܗ ܬܚܝܬ ܣܐܬܐ:
ܐܠܐ ܥܠ ܡܢܪܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܢܚܙܘܢ ܢܘܗܪܗ. ܘܟܕ
ܣܓܝܐܬܐ ܡܠܠ ܥܡܗ. ܐܬܟܣܝ ܠܗ ܡܢ ܚܙܝܢܐ
ܗܘܐ ܡܢ ܥܝܢܘܗܝ. ܘܛܘܒܢܐ ܗܘ ܗܦܟ
ܘܐܬܐ ܠܐܘܪܗܝ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܢܦܩܘ ܠܘܬܗ
ܟܕ ܠܐ ܐܫܟܚܘܗܝ ܗܦܟܘ ܠܡܕܝܢܬܐ. ܘܟܕ
ܡܛܐ ܗܘܐ ܠܬܪܥܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ
ܐܦܪܝܡ ܢܦܠ ܘܨܠܝ. ܘܟܕ ܒܟܐ ܐܡܪ ܗܘܐ.
ܡܪܝܐ ܗܘ ܕܝܗܒܬ ܫܘܠܛܢܐ ܠܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ.
ܥܠ ܣܛܢܐ ܘܥܠ ܚܝܠܘܬܗ.
ܗܒ ܠܝ ܚܝܠܐ ܡܢ ܠܘܬܟ. ܘܬܣܚܘܦ ܡܢ
ܩܕܡܝ ܠܟܠܗܝܢ ܗܪ̈ܣܝܣ ܕܩܝܡܢ ܠܘܩܒܠ
ܝܘܠܦܢܟ. ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܐܡܪ: ܥܠ ܠܓܘ
ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܡܕܝܢܬܐ: ܘܥܠ ܠܚܕ ܡܢ
ܡܓܕ̈ܠܐ ܕܫܘܪܐ ܘܕܡܟ. ܘܟܕ ܢܓܗ ܥܠ
ܓܒܪܐ ܠܓܘ ܡܕܝܢܬܐ. ܚܙܐܘܗܝ ܗܢܘܢ
ܕܢܦܩܘ ܠܘܬܗ ܘܐܫܬܘܕܥܘܗܝ. ܘܟܕ
ܗܘܘ ܡܓܚܟܝܢ ܗܘܘ ܒܗ. ܘܐܡܪܝܢ
ܠܚܕܕܐ. ܬܘ ܚܙܘ ܠܗܢܐ ܡܬܟܢܟܢܐ.
ܕܪܕܦܢ ܒܬܪܗ ܘܥܪܩ ܡܢܢ. ܘܣܒܪܘܗܝ
ܐܝܟ ܪܚܡ ܫܘܒܚܐ ܣܪܝܩܐ. ܘܐܚܕܘܗܝ
ܗܘܘ ܘܢܓܕܘܗܝ ܠܡܨܥܬ ܡܕܝܢܬܐ ܕܢܚܙܘܢܗ ܡܢ
ܟܠܗܘܢ. ܗܘ ܕܝܢ ܠܐ ܐܬܙܝܥ. ܐܠܐ ܒܟܡܐ
ܡܟܝܟܘܬܐ ܣܓܝܐܬܐ ܩܕܡܝܗܘܢ ܡܬܟܦܦ
ܘܐܡܪ. ܫܒܘܩܘ ܠܝ ܐܚ̈ܝ. ܠܐ ܬܗܘܘܢ
ܡܣܟܠܢܐ ܐܢܬܘܢ. ܘܟܕ ܕܝܢ ܚܙܝܬܘܢ ܡܢܝ

ut in silentio sedeam, et effugiam strepitum mundi. » Dixit ei angelus : « Vide, ne narretur de te quod dictum est : *Ephræm fugit a me tanquam vitula, cujus scapula renuit jugum*[1]. » Ille autem flens dixit : « Domine, infirmus sum et prorsus indignus. » Dixit ei angelus : « *Vir, nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio, sed super candelabrum ut omnes ejus lumen videant*[2]. » Plura autem cum eo locutus evanuit ab ejus oculis, et Beatus reversus est Edessam. Qui autem egressi erant ad eum, illo non invento, redierunt in urbem. Sanctus Ephræm cum pervenisset ad portam urbis prostravit se orans et cum fletu dixit : « Domine, qui dedisti potestatem Apostolis tuis sanctis super satanam et exercitus ejus, da mihi virtutem tuam, et subverte coram me omnes hæreses quæ insurgunt contra doctrinam tuam. » Hisce dictis, intra portam progressus projecit se in unam e mæniorum turribus ibique dormivit. Mane cum urbem ingressus esset vir ; qui eum secuti fuerant, viso illo atque agnito, clamabant cum irrisione ad invicem dicentes : « Venite, videte hominem hunc habitu modestum quem prosecuti sumus et qui fuga se proripuit a nobis. » Eum igitur vanæ gloriæ amatorem existimantes apprehenderunt et mediam in civitatem traxerunt ut ab omnibus aspiceretur. Ipse autem nihil commotus, sed cum magna humilitate coram eis inclinatus dicebat : « Dimittite mihi,

[1] *Os.* X, 11, juxta versionem syriacam.

[2] *Matth.* V, 15.

ܐܚܝ ܀ ܕܐܢܐ ܓܝܪ ܡܣܟܢܐ ܐܢܐ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܝܬܝܪ ܩܥܝܢ ܗܘܘ ܬܘ ܚܙܘ ܫܢܝܐ ܘܣܟܠܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܥܒܪ ܗܘܐ ܒܫܘ̈ܩܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܡܠܦ ܘܡܪܬܐ ܠܣܓܝܐܐ ܀

Lapidatur ab hæreticis et ethnicis.

ܚܕ ܕܝܢ ܡܢ ܝܘܡܝܢ ܚܒܝܫܐ ܚܕ ܕܢܚܬ ܠܡܕܝܢܬܐ ܀ ܢܚܬ ܗܘܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܢܙܒܢ ܠܗ ܣܝܒܪܬܐ . ܘܚܙܐ ܠܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ ܕܡܬܟܪܟ ܒܡܕܝܢܬܐ . ܘܐܙܠ ܒܬܪܗ . ܘܩܥܐ ܗܘܐ . ܘܐܡܪ . ܗܢܐ ܗܘ ܪܒܫܐ ܕܒܐܝܕܐ ܕܡܪܝܐ ܀ ܕܒܗ ܡܕܟܐ ܠܟܠܗ ܐܕܪܗ ܘܠܙܝܙܢܐ ܕܗܪܣܝܣ . ܗܢܐ ܗܘ ܢܘܪܐ ܕܐܡܪ ܡܪܢ . ܕܢܘܪܐ ܐܬܝܬ ܕܐܪܡܐ ܒܐܪܥܐ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܪ̈ܫܝܗ ܕܡܕܝܢܬܐ ܡܢ ܗܪ̈ܛܝܩܐ ܘܚ̈ܢܦܐ ܘܝܗ̈ܘܕܝܐ ܘܐܬܚܡܬܘ ܚܡܬܐ ܪܒܬܐ ܐܚܕܘܗܝ . ܘܐܦܩܘܗܝ ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܘܪܓܡܘܗܝ ܒܟܐܦܐ ܘܫܒܩܘܗܝ ܟܕ ܡܝܬ ܡܠܝܠܐ ܟܕ ܢܦܫܗ . ܘܟܕ ܢܓܗ ܩܡ ܥܪܩ ܘܣܠܩ ܠܛܘܪܐ ܘܚܒܫ ܢܦܫܗ ܐܝܟ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܩܕܝܡ ܀

Scribit contra hæreses. Ejus discipuli.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܐܟܬܒ ܟܬܒܐ ܣܓܝܐܐ . ܠܘܩܒܠ ܗܪ̈ܣܝܣ ܕܒܙܒܢܐ ܗܘ . ܗܘܘ ܠܗ ܕܝܢ ܬܠܡܝ̈ܕܐ ܣܓܝܐܐ . ܩܕܡܝܐ ܙܢܘܒܝܣ . ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܥܕܬܐ ܕܐܘܪܗܝ . ܘܡܪܝ ܐܝܣܚܩ . ܘܐܣܘܢܐ ܘܝܘܠܝܢܐ . ܘܐܦ ܫܡܥܘܢ . ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܛܝܒܘܬܐ ܡܢ ܡܠܦܢܘܬܗ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܘܗܢܘܢ ܥܡ ܐܚܪ̈ܢܐ ܬܠܡܝ̈ܕܐ . ܡܕܪܫܬܐ ܥܒܕܘ ܕܬܠܡܝ̈ܕܐ ܕܗܘܘ ܠܗ ܣܓܝܐܐ ܀

fratres mei, ego enim pauper sum. » Illi autem magis clamabant : « Venite, videte insanum hunc et stultum. » Ipse autem transiens per plateas civitatis docebat atque erudiebat multos[1].

18. Quodam autem die solitarius quidam divino Spiritu illuminatus descenderat in civitatem ut emeret sibi cibos. Videns porro beatum Ephræmum per urbem circumeuntem eum secutus est clamando : « *Hic est ventilabrum in manu Domini quo purgabit*[2] *omnem aream suam et Zizania hæreseos.* Hic est ignis de quo dicit Dominus noster : *Ignem veni mittere in terram.*[3] » Quibus auditis, primores civitatis : hæretici, ethnici et Judæi, ira exarserunt et arreptum eduxerunt extra civitatem et lapidaverunt ac fere exanimem reliquerunt. Mane facto, surrexit, fugiit in montem et inclusit se ubi erat prius.

19. Tunc temporis multa scripsit adversus hæreses tunc grassantes[4]. Plures etiam habuit discipulos et primum quidem Zenobium, altaris Edessæ diaconum, Mar Isaacum, Asunum, Julianum et Simeonem. Hisce Ephræmi doctrina peculiarem indidit gratiam. unde et ipsi cum aliis discipulis, quos Ephræm multos habuit, scholam constituerunt[5].

[1] Quæ nn. 16-17 hic narrantur, habentur etiam, paucis mutatis, in Actis vaticanis. Alibi autem non memorantur.

[2] Cfr. *Matth.* III, 12.

[3] *Luc.* XII, 49.

[4] Acta vaticana addunt miracula tunc ab ipso patrata fuisse.

[5] Acta vaticana nominant Zenobium, Isaacum, Simeonem, Abrahamum. S. Doctor in suo Testamento laudibus effert quinque ex suis discipulis. Sunt autem hi : Aba (ܐܒܐ), Abraham, Simeon vel Simon (ܫܡܥܘܢ), Mara (ܡܪܐ), Zenobius (scribitur ܙܢܘܒܝܣ ܐܢܘܒ ܐܢܘܒ); reprobantur in eodem Testamento

ܒܗ ܕܝܢ ܒܙܒܢܐ ܗܘ : ܟܕ ܫܡܝܥ ܛܒ̈ܘܗܝ
ܡܫܒ̈ܚܐ ܘܡܥ̈ܠܝܐ ܠܕܘܒܪ̈ܐ ܕܩܕܝܫܐ
ܒܐܣܝܠܝܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܩܣܪܝܐ
ܕܩܦܘܕܩܝܐ . ܛܒ ܪܓܝܓ ܡܬܪܓܪܓ ܗܘܐ
ܠܡܚܙܝܗ ܘܡܬܒܥܐ ܗܘܐ . ܕܒܓܠܝܢܐ
ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ . ܢܬܒ̈ܪܪ ܠܗ ܗܠܝܢ
ܕܒܐܣܝܠܝܘܣ . ܘܒܥܐ ܡܬܚܢܢ
ܡܬܟܫܦ ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ . ܕܢܓܠܐ ܠܗ ܠܐܝܢܐ
ܐܝܬܘܗܝ ܪܒܐ ܒܐܣܝܠܝܘܣ . ܚܕ ܕܝܢ ܡܢ
ܝ̈ܘܡܝܢ ܐܫܬܒܝ ܒܚܙܘܗ ܠܬܗܪܐ ܘܠܬܕܡܘܪܬܐ :
ܘܐܬܚܙܝ ܠܗ ܥܡܘܕܐ ܕܢܘܪܐ ܕܩܐܡ ܩܕܡ
ܦܬܘܪܐ ܩܕܝܫܐ : ܗܘ ܕܪܝܫܗ ܡܛܐ ܗܘܐ
ܠܫܡܝܐ . ܘܩܠܐ ܗܘܐ ܡܢ ܫܡܝܐ . ܘܐܡܪ .
ܐܦܪܝܡ ܐܦܪܝܡ . ܐܝܟܢܐ ܕܚܙܝܬ ܠܥܡܘܕܐ ܗܢܐ
ܕܢܘܪܐ . ܗܟܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܪܒܐ ܒܐܣܝܠܝܘܣ ܀

ܘܡܚܕܐ ܕܢܣܒ ܗܘܐ : ܕܒܪ ܥܡܗ ܗܘܐ
ܡܦܫܩܢܐ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ . ܡܛܠ ܕܠܐ
ܝܕܥ ܗܘܐ ܕܢܡܠܠ ܝܘܢܐܝܬ . ܘܐܙܠ ܘܐܬܐ ܠܝܡܐ

20. Intra hoc tempus mira percrebuit fama Sancti Basilii, Cæsareæ in Cappadocia episcopi. Inde vehemens desiderium Ephræmum subiit tantum virum invisendi. Operam igitur navavit ut divina Spiritus sancti illuminatione certior redderetur de rebus Basilii. Idcirco supplex Deum deprecabatur ut ipsi revelaret qualis esset magnus Basilius. Quadam autem die exstasi raptus vidit stantem ante mensam sanctam columnam ignis, cujus vertex ad cœlum usque porrigebatur. Vox autem de cœlo clamabat : « Ephræm, Ephræm, qualem vidisti hanc columnam ignis, talis est magnus Basilius[1].

Desiderat videre S. Basilium.

21. Illico, assumpto secum interprete, quia græce loqui nesciebat, sanctus Ephræmus profectus est. Quum ad mare pervenisset vidit

Navigat in Ægyptum tempestatem sedat et monstrum occidit.

duo : Paulina, vel Paulona (ܦܘܠܝܢܐ vel ܦܘܠܘܢܐ) et Aurit, seu Arnat vel Arvad (ܐܘܪܝܛ ܐܪܢܛ ܐܪܘܕ ܐܘܪܝܛ). Sozomenus, *Hist. Eccl.* III, 16, eosdem memorat his verbis : « Dicitur (Ephræm) circiter tricies centena versuum millia in universum scripsisse ; multosque habuisse discipulos, qui doctrinam ejus studiose æmulati sunt. Inter quos nobilissimi fuerunt Abba, Zenobius, Abrabam, Mara, et Simeon : quibus Syri, et quicunque apud Syros sunt exquisitioris doctrinæ, magnopere gloriantur. Nec secus Paulonam et Aranad eloquentiæ causa celebrant : eos tamen a vera fidei doctrina aberrasse dicunt. » Horum Ephræmi discipulorum scripta nulla hucusque prodierunt. Antonius Rhetor Tagritensis aliqua Abbæ verba adducit in suo tractatu de S. Chrismate ap. Wright, *Catal. of Syriac manuscripts in the British Museum*, p. 831 ; quædam excerpta ex ejus Commentariis in psalm. et Evangel. et ex sermone in Job leguntur in cod. add. Musæi Britanici 17,194 foll. 34. 44, 48, 59, 62, 74 ap. eumdem Wright. *Lib. cit.* p. 102. Mar Isaac hic indicatus alius est ab Isaaco Antiocheno, cujus scripta colligere et vulgare incœpit Bickell. Isaac, Ephræmi discipulus, Romam se contulit sub Arcadio imperatore ut capitolium videret. Quum inde reverteretur, dum transiret per Constantinopolin in carcerem conjectus fuit. Tandem in urbe Amida presbyteri munere functus est, ut narrat Jacobus Edessenus in *Epist. ad Josue Stylitam* ap. Wright, *Lib. cit.* p. 603. Abraham autem, qui inter Ephræmi discipulos recensetur, alius est ab Abraham Qidunaia in quem S. Ephræmus hymnos conscripsit, quos e codicibus Musæi Britannici infra dabimus. Fusius autem de Abrahamo Qidunaia sermo erit ubi de hymnis in eum agemus.

Julianus non memoratur alibi quam in nostris Actis. Forsan Actorum auctor per Julianum erronee intellexit Julianum Sabam, quem hymnis celebravit S. Ephræmus.

Zenobius, teste Barsusan Jacobitarum patriarcha (Assem. *Bibl. Or.* I, 169), magister fuit Isaaci doctoris. Ejus scripta hæc enumerat Hebedjesu in *Catalogo* : « Zenobius, inquit, scripsit contra Marcionem, et contra Pamphylium. Item epistolam ad Isidorum, et Lucillum, et Abraham et Job. »

[1] Hæc eadem visio narratur in Actis vaticanis. Habetur etiam in antiqua Ephræmi *Vita* quæ Amphilochio in multis codicibus adscribitur sed anonymi est auctoris, ut constat e pervetusto codice Vallicelliano ap. J. S. Asseman. *S Ephræmi Opp. Græco-lat.* t. III, p. XXXI. At in hac vita Ephræmus statim post hanc visionem Cæsaream cum interprete proficiscitur, dum in Actis syriacis pergit in Ægyptum.

ܠܝܡܐ . ܘܚܙܐ ܐܠܦܐ ܕܐܙܠܐ ܠܡܨܪܝܢ . ܘܣܠܩ
ܒܗ ܘܗܘܐ ܕܪܕܝܢ ܒܝܡܐ . ܡܢ ܫܠܝܐ ܩܡ
ܗܘܐ ܥܠܝܗܘܢ ܥܠܥܠܐ ܘܡܫܬܓܫܝܢ ܡܝܐ :
ܐܝܟ ܕܩܪܝܒ ܡܠܠܐ ܠܡܬܗܦܟܘ ܐܠܦܐ : ܘܟܠܗ
ܘܛܥܢܗ ܕܒܗ ܫܕܝܘ ܒܝܡܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܡܢ
ܓܠܠܐ ܕܣܢܝܐ ܕܝܡܐ ܡܬܛܪܦܐ ܗܘܬ . ܐܝܟ ܕܐܡܪ
ܕܘܝܕ . ܕܣܠܩܝܢ ܠܫܡܝܐ ܘܢܚܬܝܢ ܠܬܗܘܡܐ .
ܡܠܚܐ ܕܝܢ ܙܥܘ ܘܒܥܘ ܗܘܘ ܠܡܥܪܩ .
ܘܒܥܘ ܠܡܥܪܩ ܡܢ ܐܠܦܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ
ܐܦܪܝܡ ܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܓܒܪܐ ܐܚܐ ܠܐ ܬܕܚܠܘܢ .
ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܗܘ ܕܦܪܩܗ ܠܦܘܠܘܣ ܘܠܐܝܠܝܢ
ܕܥܡܗ ܡܢ ܡܚܫܘܠܐ ܕܝܡܐ ܗܘ ܡܦܨܐ ܠܢ
ܡܢ ܥܠܥܠܐ ܗܢܐ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܒܣܝܢ ܗܘܘ
ܠܡܠܘܗܝ . ܐܝܟ ܕܫܛܝܐ ܣܟܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ .
ܗܘܐ ܐܬܪܟܢ ܘܨܠܝ ܒܒܟܝܐ : ܘܪܫܡܗ
ܠܝܡܐ ܒܪܘܫܡܐ ܕܨܠܝܒܐ ܘܐܡܪ . ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ . ܗܘ ܕܐܬܓܫܡ ܒܒܣܪܐ
ܕܠܡܬܛܒܥܘ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܒܫܡܗ
ܩܕܝܫܐ ܦܩܕ ܐܢܐ ܠܟ . ܐܫܬܠܝ ܒܫܠܝܐ ܗܕܐ .
ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܐܡܪ . ܗܘܐ ܫܠܝܐ ܪܒܐ ܗܘܐ .
ܘܟܠܗܘܢ ܡܠܚܐ . ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܗܘܘ ܒܐܠܦܐ .
ܢܦܠܘ ܥܠ ܪܓܠܘܗܝ ܘܣܓܕܘ ܠܗ . ܘܡܫܬܡܫܝܢ
ܗܘܘ ܠܗ ܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܠܐܠܗܐ . ܟܕ ܙܥܘܪ ܐܙܠܘ
ܥܠܠܘ ܒܝܡܐ . ܢܦܩ ܬܢܝܢܐ ܪܒܐ ܐܝܬ
ܥܠܝܗܘܢ ܡܢ ܥܘܒ ܝܡܐ . ܘܐܬܬܒܗܠܘ ܟܠܗܘܢ .
ܘܗܘܘ ܒܟܐܒܐ . ܘܐܡܪܘ ܗܟܢܐ . ܕܡܢ ܡܢ
ܝܡܐ ܐܫܬܘܙܒܢ . ܗܕܐ ܚܝܘܬܐ ܠܐ ܫܒܩܐ ܠܢ
ܕܢܚܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܐܦܪܝܡ ܪܫܡ ܐܢܘܢ
ܒܨܠܝܒܐ ܘܩܛܠܗ . ܠܚܝܘܬܐ ܗܝ . ܘܟܕ
ܫܡܥܬܗ . ܡܝܬܐ ܒܩܠܗ . ܘܛܦܬ ܗܘܬ

navim euntem in Ægyptum et ascendit eam; dum autem in altum ferrentur, repente exorta est tempestas et fluctus ita sævierunt ut navis pene subverteretur, et omne illius onus nautæ in mare projicerent. Porro navis terribilibus exagitabatur fluctibus, qui, ut ait David, *ascendebant usque in cœlum et descendebant usque in abyssum*[1]; nautæ autem gravi metu correpti e navi fugere volebant; tunc Sanctus Ephræm dixit eis : « Viri fratres, ne timeatis. Deus enim qui liberavit Paulum ejusque comites a fluctibus maris ipse liberabit nos ab hac tempestate. » At illi verba ejus ut insanientis spernebant. Ille vero inclinatus oravit cum fletu signavitque mare signo crucis dicens : « In nomine Domini nostri Jesu-Christi, qui, incarnationis suæ tempore, te a submergendis ejus discipulis compescuit, in sancto ejus nomine tibi præcipio, illico quiescere. » Hisce dictis, facta est tranquillitas magna, omnesque nautæ ac ceteri qui in navi erant ceciderunt ad pedes ejus, ei, veluti ac si Deus ipse fuisset, obsequium præstantes. Quum autem paululum in mare progressi essent, immane monstrum e sinu maris irrupit in eos, omnes autem dolore ac timore correpti exclamarunt : « A mari liberati sumus, sed bellua non sinit nos vivere. » Sanctus autem Ephræm signavit eos cruce et occidit belluam. Audita quippe ejus voce, illico mortua est et super aquis

[1] *Ps.* CVI, 26.

ܥܠ ܡܝ̈ܐ. ܘܟܕ ܢܦܩܘ ܠܝܒܫܐ ܦܪܫܘ
ܡܢܗ ܒܥܩܬܐ ܪܒܬܐ܀

ܘܐܙܠ ܗܘܐ ܠܡܨܪܝܢ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ
ܐܢܛܝܩܘ. ܘܫܐܠ ܐܝܟ ܕܐܝܟܐ ܢܦܩ ܐܢܫ
ܠܡܕܒܪܐ ܠܘܬ ܝܚܝ̈ܕܝܐ ܕܐܣܩܝܛܝ. ܘܟܕ ܐܬܐ
ܐܫܟܚ ܡܥܪܬܐ ܚܕܐ. ܘܩܠܝܬܐ ܣܦܝܩܬܐ.
ܘܥܠ ܠܗ ܗܘ ܘܗܘ ܡܬܪܓܡܢܐ ܕܐܬܐ ܗܘܐ
ܥܡܗ. ܘܩܘܝܘ ܬܡܢ ܝܘܡܬܐ ܣܓܝܐܐ܀

ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ: ܡܢ ܟܕ ܫܪܝ
ܗܘܐ ܒܕܘܒܪܐ ܠܫܘܠܡܐ ܕܚܝ̈ܘܗܝ܆
ܠܐ ܐܟܠ ܠܚܡܐ ܐܠܐ ܐܢ ܕܣܥܪܐ. ܘܒܙܒܢ ܙܒܢ
ܐܦ ܩܛܢܝ̈ܬܐ. ܡܫܬܝܗ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܡܝ̈ܐ. ܒܣܪܗ ܕܝܢ ܗܘܐ ܩܦܝܣܘ ܥܠ
ܓܪ̈ܡܘܗܝ܆ ܐܝܟ ܚܙܦܐ ܕܦܚܪܐ. ܘܡܐܢ̈ܘܗܝ
ܠܒܝܫܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܙܘܪ̈ܩܐ ܡܣܡܪ̈ܛܛܐ ܨܘܪܬܐ
ܘܡܣܝܒܬܐ. ܒܩܘܡܬܗ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܙܥܘܪ: ܚܙܘܗ ܕܝܢ ܟܡܝܪ ܗܘܐ ܒܟܠܙܒܢ.

fluitabat. Cum igitur ad terram appulissent, magna cum tristitia se ab eo separarunt.

22. Ipse vero perrexit in Ægyptum in urbem Antiqu[1] appellatam et ibi inquisivit quo modo exire posset in desertum ad monachos Scetenses. Quo cum pervenisset invenit specum quoddam et cellam vacuam in quam cum interprete socio ingressus est, permanseruntque ibi multis diebus[2].

23. Sanctus autem Ephræmus, a quo tempore vitam monachalem incœpit usque ad finem vitæ, non comedit nisi panem hordeaceum et interdum legumina arida et olera. Potus ejus aqua erat. Carnes ejus super ossibus desiccatæ erant sicut testa figuli. Vestes ejus e pannis detritis confectæ squallebant. Statura parvus, vultu perpe- Ephræmi mores.

[1] Antinu appellatur in Actis vaticanis.

[2] Octo annis ut infra habetur. Iter Ephræmi in Ægyptum asseritur etiam in Actis vaticanis tum brevioribus tum prolixioribus et in his quidem describuntur tempestas ab Ephræmo sedata belluaque marina ab eo occisa ac deinde S. Doctoris commoratio in deserto inter monachos per octo annos ejusque cum Arianis disputationes et dæmoniaci mira sanatio ab eo effecta. Quæ omnia eodem fere modo hic narrantur. Observantur tamen inter utramque narrationem notabiles quædam differentiæ. Miraculum de occisione belluæ marinæ aliter narratur in Actis vaticanis. Nostra Acta silent de conversatione Ephræmi cum S. Pisa quam narrant Acta vaticana. In utroque documento notatur Ephræmum, linguæ græcæ ignarum secum assumpsisse interpretem, cœlitus autem accepisse donum loquendi ægyptiace. Sed in Actis vaticanis adjicitur Ephræmum Ægyptiace scripsisse sermones et homilias. Hoc autem valde dubium nobis videtur, quum omnes scriptores Syri et græci, præter Acta, de hac re altum teneant silentium. Exstant quidem coptice nonnulli Ephræmi sermones, sed putaverim meras esse versiones e græco aut syriaco, sicut arabice habentur sermones e græco translati. Nemo nescit multos Ephræmi sermones in plures linguas, nominatim in græcam, latinam, slavicam, armenam, arabicam, copticam et æthiopicam fuisse translatos. Putaverim etiam miracula in mare patrata, quorum nemo, præter Acta, mentionem fecit, factum esse ingenii jacobitici qui Ephræmo tribuere voluerit aliquam cum Paulo naufrago similitudinem. De Ephræmi autem in Ægypto itinere, præter Acta vaticana et parisiensia, silent omnes antiqui tum Syri, tum Græci. Imo antiqua Ephræmi *Vita*, Amphilochio olim adscripta, illud excludit. Refert enim Ephræmum postquam habuisset visionem, supra n. 20 relatam, « Statim sine mora adhibito interprete, eo quod ipse linguæ græcæ rudis et ignarus esset, venisse ad magnam ecclesiam celebris urbis Cæsareæ: ad quam ipso vespere sanctæ solemnitatis sanctorum Theophaniorum pervenit. » (*S. Ephræmi Opp. gr. lat.* III, p. XXXI). Utique nihil impossibile aut inverisimile habet quod Ephræmus, ut alii monachi Syri in Ægyptum ad invisendos S. Antonii discipulos se contulerit. Quod autem ibi per octo annos degerit, ut asseritur in Actis, hoc cum tota serie gestorum Ephræmi et anno mortis ejus conciliari nequit.

ܘܠܐ ܡܬܪܓܓ ܗܘܐ ܠܓܘܚܟܐ ܟܠ ܟܠܗ .
ܘܐܝܬܘܗܝ ܡܢܝܚ ܘܩܘܣܛܐ ܀

Ejus in Ægypto commemoratio.

ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܡܨܪܝܢ . ܫܢܝܢ ܬܡܢܐ . ܟܕ ܡܬܪܐ
ܗܘܐ ܠܟܠܢܫ ܕܢܕܚܠ ܐܠܗܐ . ܣܓܝ ܗܘܐ
ܪܕܘܦܝܐ ܠܘܬ ܡܢ ܐܪܝܘܣ ܂ ܘܐܦ ܒܐܬܪܘܬܐ
ܐܚܪܢܝܬܐ . ܣܓܝܐܐ ܕܝܢ ܡܢ ܝܚܝܕܝܐ ܕܡܨܪܝܐ .
ܕܐܚܝܕܝܢ ܡܢ ܐܪܝܘܣ . ܕܐܦܢܝ ܐܢܘܢ ܐܦܪܝܡ
ܗܘܐ ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ : ܡܛܠ ܕܐܝܠܦ
ܗܘܐ ܠܫܢܐ ܡܨܪܝܐ . ܘܒܝܕ ܡܘܗܒܬܐ
ܕܐܠܗܐ ܡܡܠܠ ܗܘܐ ܒܗܘܢ ܘܐܦ
ܡܬܕܪܫ . ܣܢܝܐ ܕܝܢ ܚܕ ܕܝܪܝܐ ܡܢ ܐܪܝܘܣ
ܕܒܗ ܐܪܝܘܣ . ܣܒܐ ܛܢܦܐ ܘܚܪܫܐ :
ܘܡܬܚܫܒ ܗܘܐ ܠܟܠܢܫ ܐܝܟ ܢܟܦܐ ܘܚܣܝܐ :
ܘܒܡܥܒܕܢܘܬܐ ܣܛܢܝܬܐ ܚܝܠܐ ܥܒܕ ܗܘܐ
ܐܝܟ ܫܡܥܘܢ ܚܪܫܐ : ܘܫܐܕܐ ܠܒܪ ܡܦܩ
ܗܘܐ ܒܝܕ ܚܪܫܘܗܝ . ܘܡܫܡܗ ܗܘܐ
ܒܟܠܗ ܡܨܪܝܢ . ܘܒܚܕ ܡܢ̈ ܝܘܡܝܢ ܚܙܝܗ
ܠܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܡܠܦ ܗܘܐ ܠܐܚܐ ܚܕ

tuo mœstus, raribarbius nunquam risui indulgebat[1].

24. Fuit autem in Ægypto annis octo omnes ad pietatem informans. Creverat persecutio ab arianis ibi et in aliis locis; multos autem Ægypti monachos Arii partibus addictos ad veram fidem convertit. Didicerat quippe linguam Ægyptiacam et per Dei donum loquebatur et disputabat cum eis. Maledictus autem quidam monachus ex hæresi ariana senex impurus et veneficus qui ab omnibus probus asceta existimabatur et diabolica operatione, ut Simon magus, præstigia faciebat incantamentisque dæmones ejiciebat ac famosus evaserat in tota Ægypto, quadam die vidit sanctum Ephræmum in instruendo fratrem ariana hæresi imbutum. Magno igitur impetu insiliens in sanctum

[1] Ephræmi indolem et virtutes fusius prosequitur S. Gregorius Nyssenus in ejus Encomio et post Gregorium Nyssenum Metaphrastes in *Vita S. Ephræmi*. Ipse Ephræmus de se in suo Testamento ait : « Noctibus et diebus in tota vita mea neminem conviciatus sum, neque cum ullo contendi, ex quo vitam hausi . » In eodem Testamento obsecrat suos discipulos ut absque ulla solemnitate et pompa eum sepeliant ac ejus exequias celebrent, sed pro peccatore assiduas fundant preces. Celebrat Gregorius Nyssenus Ephræmi fidem ejusque in debellandis hæreticis strenuitatem, necnon spem et charitatem qua ejus animus flagrabat erga Deum et erga proximum, castitatem etiam, paupertatis amorem, atque humilitatem quam maximam. Addit hoc quod in multis Ephræmi sermonibus se prodit : « Jam vero diffluentes lacrymas referre volenti, vere oboriuntur lacrymæ : cum vix absque lacrymis ejus lacrymarum pelagus liceat transfretare. Nulla quippe dies, nulla nox, nulla diei noctisque pars, nullumque brevissimi temporis momentum fuit, in quo non vigiles ipsius oculi lacrymis conspicerentur profusi : nunc enim communes, nunc privatas, ut aiebat, calamitates absurditatesque deplorabat. Neque tantummodo ubi de pœnitentia, de moribus, de rectis vitæ institutis agit ipsum plangentem ac suspirantem inveniet : verum etiam et in ipsis laudationibus... Quis ejus de humilitate orationem legens, non omnem mox de se existimationem, stultamque arrogantiam deponat, ac se omnium abjectissimum confiteatur ? Quis ea quæ de charitate conscripsit lectitans, non sic accendatur, ut ad quodvis etiam subeundum periculum paratus sit ? Quis illa evolvens quibus castitatem laudat, non se Deo castum corpore, animoque offerre contendat ? Quis audiens vel legens ejus sermones, quibus judicium extremum, sive secundum Christi adventum describit, non ita corde et animo afficiatur, quasi ad illud judicium jamjam sistendus esset ? metuque sic exhorrescat, ac si adversus ipsum judicis sententia feratur ? Nam ita futurum istud Dei judicium accurate ac plene expressit, et ob oculos omnium statuit præclarus ac sanctus hic Vir, ut ad ejus cognitionem aliud nil videatur deesse, nisi ut res ipsa agatur, ac coram fiat. » Et infra : « Tantam sapientiæ abundantiam largitus illi fuerat Deus, ut quamtumvis ei perpetui quasi verborum fontes suppeterent, rebus tamen explicandis pares nequaquam essent. Illudque non tam linguæ tarditate, quam cogitationis celeritate accidebat. » Narrat etiam præclarum Ephræmi artificium ad destruendum Apollinarii hæretici librum.

ܡܢ . ܘܐܬܟܬܫ ܗܘܐ ܕܝܢ ܥܡܗ ܐܪܡܝܐ .
ܘܚܣܕܐ ܪܒܐ ܐܝܬܝ ܥܠܘܗܝ . ܘܟܪܒܬܐ
ܪܘܪܒܐ . ܘܒܨܘܚܝܬܐ ܡܨܥܪ ܗܘܐ
ܠܡܘܟܟܗ . ܟܕ ܕܝܢ ܟܠܝܘܡ ܒܢܣܝܘܢܐ
ܡܟܪܐ . ܘܒܬܪ ܐܦ ܥܬܝܪܐ ܡܣܬܟܠ ܗܘܐ
ܠܗ ܠܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܘܐܬܦܢܝ ܘܐܡܪ
ܠܗ . ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܟ ܕܬܫܬܡܫ ܒܓܒܝܠܬܗ
ܕܐܠܗܐ . ܘܒܗ ܒܫܥܬܐ ܐܬܓܠܝ ܗܘܐ ܕܝܘܐ
ܕܒܗ . ܘܫܪܝ ܡܢܚܬ ܐܝܕܘܗܝ ܘܪܓܠܘܗܝ
ܘܪܫܗ . ܘܐܬܟܢܫܘ ܟܠܗܘܢ ܕܝܪܝܐ ܕܡܕܒܪܐ
ܗܘ ܕܢܚܙܘܢܗ . ܒܐܝܢܐ ܡܘܟܟܐ ܐܬܐ ܒܣܝܒ
ܣܝܒܘܬܗ . ܡܛܠ ܕܫܡܗ ܡܫܬܒܚ ܗܘܐ
ܒܡܨܪܝܢ . ܘܠܐ ܐܢܫ ܡܬܩܪܒ ܗܘܐ ܕܝܢ ܕܢܬܩܪܒ
ܠܘܬܗ . ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܟܕ ܚܙܝܗ ܒܚܢܢܐ
ܠܗ ܒܠܘܗܝ ܘܩܪܒ ܐܚܕܗ ܒܐܝܕܗ . ܘܪܬܝܬܐ
ܗܘܐ ܒܠܗ ܦܓܪܗ . ܘܩܥܐ ܗܘܐ ܩܕܝܫܐ
ܒܩܠܐ ܗܘ ܚܝܠܬܢܐ ܘܐܡܪ ܠܗ . ܒܫܡܗ ܕܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܐܨܛܠܒ ܒܐܘܪܫܠܡ ܥܠ
ܦܘܪܩܢܐ : ܡܛܠ ܦܘܪܩܢܐ ܕܒܢܝܢܫܐ : ܦܩܕ ܐܢܐ
ܠܟ . ܦܘܩ ܡܢ ܓܒܝܠܬܐ ܘܨܠܡܐ ܕܐܠܗܐ . ܘܒܗ
ܒܫܥܬܐ ܢܦܩ ܫܐܕܐ ܘܩܡ ܕܝܪܝܐ ܣܓܕ ܠܗ ܟܕ ܐܡܪ .
ܣܓܕ ܐܢܐ ܠܟ ܥܒܕܗ ܕܐܠܗܐ . ܕܫܪܝܬܢܝ ܡܢ
ܡܫܥܒܕܘܬܗ ܕܣܛܢܐ ܘܫܥܒܕܬܢܝ ܠܢܝܪܗ ܕܨܠܝܒܐ .
ܘܡܢ ܗܝ ܫܥܬܐ ܬܪܨ ܗܘܐ ܕܘܒܪܘܗܝ . ܘܐܬܐ
ܠܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܟܬܒ ܟܬܒܐ ܣܓܝܐܐ
ܒܚܕܐ ܗܘܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ
ܒܡܕܒܪܐ . ܘܫܪܝ ܡܫܬܒܚ ܡܢ ܐܢܫܝܢ :
ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܠܐ ܐܝܣܬܝܒܪ ܠܡܩܘܝܘ ܬܡܢ . ܘܢܦܩ
ܐܬܐ ܠܬܪܥܐ ܕܝܡܐ ܠܐܬܪܐ ܕܐܠܦܐ
ܕܐܬܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܩܣܪܝܐ ܠܬܡܢ . ܘܐܬܚܙܝܘܗܝ
ܠܩܕܝܫܐ ܒܣܝܠܝܘܣ . ܒܥܐܕܐ ܩܕܝܫܐ
ܕܕܢܚܗ ܕܡܪܢ . ܕܒܗ ܗܘܐ ܕܡܥܡܕܝܢ ܩܕܝܫܐ

virum maledictis convitiisque gravibus eum impetivit. Quum autem quotidie diris, probris ac vexationibus Ephræmum afficeret, sanctus vir ad eum conversus dixit : « Non licet tibi creatura Dei ad loquendum abuti. » Eodem momento, dæmon qui intus latebat manifestans se cœpit allidere monachi manus pedesque ac caput. Congregati sunt omnes deserti monachi ut viderent in quamnam humiliationem in senectute incidisset qui in Ægypto adeo celebrabatur. Nemo autem ad eum accedere audebat. Viso eo, beatus Ephræm commiseratione motus est. Apprehensa igitur ejus manu, totis membris contremiscens execrabili dæmoni imperavit hisce verbis : « In nomine Domini nostri Jesu-Christi, qui Hierosolymis pro hominum salute cruci affixus fuit, tibi præcipio ; exi de hoc plasmate et imagine Dei, » confestimque dæmon exivit. Surgens autem monachus adoravit eum : « Adoro te, inquit, serve Dei, qui solvisti me a servitute satanæ et jugo crucis me subjecisti. Ab illa hora correxit suos mores et transiit ad veram fidem. Scripsit autem Sanctus Ephræmus multos libros[1] in deserto et celebrari cœpit.

25. Post hæc non amplius sustinuit remanere ibi ; egressus igitur se contulit ad littora maris ad locum quo naves a Cæsaræa[2] adveniebant, ut inviseret S. Basilium in sancta Epiphaniæ Domini die, quo comme-

Venit Cæsaream ad S. Basilium.

[1] Non dicit eum scripsisse lingua ægyptiaca, quod affirmant Acta vaticana.

[2] Videtur auctor confudisse Cæsaream Palæstinæ cum Cæsarea Cappadociæ quæ procul a mari distabat.

ܡܪܝ ܡܐܡܐ . ܘܟܕ ܐܬܐ ܠܬܡܢ ܀ ܫܐܠ
ܥܠܘܗܝ ܕܒܣܝܠܝܘܣ ܘܐܬܐܡܪ ܠܗ ܕܠܡܚܪ
ܚܙܐ ܐܢܬ ܠܗ ܒܥܕܬܐ . ܘܩܡ ܗܘܐ ܒܫܘܩܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܐܝܟ ܠܐ ܡܓܠܐ ܐܢܘܢ . ܘܒܬܪܗ
ܥܠܠ ܗܘ ܟܕ ܡܢ ܥܘܩܐ ܕܡܕܝܢܬܐ . ܠܥܕܬܐ
ܘܥܐܠ ܗܘܐ ܡܬܛܫܝܐܝܬ ܠܥܕܬܐ : ܘܚܙܝܗܝ
ܠܩܕܝܫܐ ܕܒܣܝܠܝܘܣ ܒܥܕܬܐ . ܘܐܡܪ
ܠܡܬܪܓܡܢܐ ܗܘ ܕܥܡܗ . ܣܒܪ ܐܢܐ
ܐܚܝ ܕܣܪܝܩܐܝܬ ܗܘܐ ܥܡܠܢ ܠܗܪܟܐ . ܗܢܐ
ܓܒܪܐ ܕܒܐܝܕ ܒܕܪܓܐ ܗܢܐ ܦܪܝܫܐܝܬ
ܡܫܬܟܚ ܀ ܠܐ ܗܘܐ ܕܢܗܘܐ ܐܝܟܢܘܬܗ ܐܝܟܢܐ
ܕܚܙܝܬܗ . ܗܢܐ ܓܝܪ ܐܣܛܠܐ ܚܘܪܬܐ ܘܟܘܬܝܢܐ
ܡܨܡܚܬܐ ܀ ܟܕ ܠܒܝܫ ܠܗ ܒܟܘܪܐ ܕܩܠܪܝܩܐ
ܕܒܠܒܘܫܐ ܝܩܝܪܐ ܡܨܒܬܝܢ . ܗܢܘܢ ܕܡܕܒܪܝܢ
ܠܗ ܒܗܢ ܪܬܝܬܐ . ܘܗܘܐ ܒܐܬܪܗ ܣܓܝ ܀
ܟܕ ܦܐܝܫ ܒܕܘܟܬܗ ܡܛܘܫ ܐܝܟ ܕܚܝܠܐ
ܦܗܝܐܝܬ . ܘܟܕ ܠܐ ܝܕܥ ܗܘܐ ܠܡܣܬܟܠܘ .
ܐܡܪ ܠܡܬܪܓܡܢܐ ܗܘ . ܕܐܘ ܐܚܝ ܀
ܕܫܩܠܢ ܝܘܩܪܗ ܕܝܘܡܐ ܀ ܐܦܠܐ ܚܕ ܡܘܬܪܢܐ
ܐܬܝܗܒ ܠܡܐܬܝܢ . ܐܝܟܢܐ ܗܢܐ ܒܗܕܪܐ ܗܢܐ
ܘܙܝܚܐ ܗܢܐ : ܡܬܚܙܐ ܕܢܗܘܐ ܥܡܘܕܐ ܕܢܘܪܐ
ܐܝܟܢܐ ܕܚܙܝܬܗ . ܘܡܬܕܡܪ ܗܘܐ ܒܗ ܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ . ܘܟܕ ܗܠܝܢ ܡܬܚܫܒ ܗܘܐ . ܗܐ
ܢܨܝܚܐ ܕܐܠܗܐ ܕܒܣܝܠܝܘܣ ܣܠܩ ܠܗ
ܠܒܝܡܐ : ܕܢܦܫܩ ܠܥܡܐ ܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ .
ܘܚܙܐ ܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ ܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܡܠܠܐ
ܗܘܬ ܒܦܘܡܗ . ܘܐܬܕܡܪ . ܘܟܕ
ܦܣܩܐ ܠܦܣܩܐ . ܫܠܐ ܗܘܐ ܒܣܝܠܝܘܣ .

moratio fiebat sancti Mamæ. Quum illuc advenisset inquisivit de sancto Basilio[1]. Dictum illi fuit : « Cras videbis eum in ecclesia. » Stetit itaque cum socio in quadam civitatis platea. Mane ecclesiam occulte ingressus vidit ibi Sanctum Basilium, et dixit interpreti qui eum comitabatur : « Puto, frater, nos in vanum laborasse ut huc veniremus ; impossibile est enim ut qui in tam magnifico gradu positus est sit qualem vidi. Hic quippe stola candida et tunica fulgida indutus circumdatur cœtu clericorum magnificis vestibus ornatorum, qui eum cum tremore et pompa deducunt. » Valde igitur perplexus stabat clam et timide in loco suo. Quum igitur rem non intelligeret dixit interpreti : « O frater, nos qui portavimus pondus diei et æstus nihil profuerit huc venisse. Quomodo enim hic vir tanto decore et pompa circumdatus potest esse illa ignis columna quam vidi ? » Dum attonitus hæc intra se revolveret, ecce divus præsul Basilius bema ascendit ut populo libros sacros exponeret. Vidit autem beatus Ephræm Spiritum sanctum per os ejus loquentem et obstupuit[2]. Post singula, dum tacebat Basilius, populus plaudebat sed semel tantum. Beatus autem Ephræm bis exclamavit : « Euge, euge. » Conversus autem S. Basilius

1 Iter S. Ephræmi Cæsaream ad S. Basilium memoratur in Actis vaticanis tum brevioribus tum prolixioribus, a S. Gregorio Nysseno, a Sozomeno, a Metaphraste, ab anonymo græco et in narratione Amphylochio adscripta. Merito P. Maranus illud etiam memorat in *Vita S. Basilii* n. 115. ap. Migne *Patrol. gr.* t. XXIX. Quum Basilius episcopus ordinatus fuerit anno 370 sequitur iter Ephræmi in Cæsaream hoc anno non esse anteriorem.

2 Vidit Spiritum sanctum scilicet sub specie columbæ, ut habent Acta Vaticana, Gregorius Nyssenus, Anonymus Græcus, et Metaphrastes qui sic scribit : « Perspicaci oculo videbat quamdam columbam (erat autem illius forma radiis solis similis) præclaram ejus humero insidentem, et in aurem cum Basilio loquentem, et illum rursus ea quæ ab illa dictabantur referre populo.

ܘܡܣܬܟܠ ܗܘܐ ܒܚܙܘܗ ܒܟܠܗ ܚܙܐ ܐܢܝ .
ܠܗܘܢ ܕܝܢ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܟܕ ܗܘܐ ܒܚܙܘܗ
ܠܐ̈ܬܪܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܝܟ ܐܝܟ . ܘܗܘܐ ܡܫܝܚܐ
ܒܡܫܝܚܘܬܗ ܡܩܒܠ ܗܘܐ ܘܫܪܐ ܒܗ .
ܘܩܪܐ ܠܪܒܗ ܠܚܕ ܕܫܡܫ ܕܝܠܗ . ܘܐܡܪ
ܠܗ . ܙܠ ܠܕܘܟܬܐ ܦܠܢܝܬ . ܘܗܘܐ ܡܫܟܚ
ܐܢܬ ܕܝܪܝܐ ܕܟܣܐ ܒܟܘܣܝܬܐ ܘܠܒܝܫ ܙܘܡܒܐ .
ܥܡ ܐܢܫ ܐܚܪܝܢ ܕܥܡܗ ܘܐܡܪ ܠܗ .
ܦܩܘܕ ܡܪܝ ܘܥܘܠ ܠܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܐܒܐ ܐܦܣܩܘܦܐ
ܩܪܐ ܠܟ . ܗܘ ܕܝܢ ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ . ܒܥܡܠܐ ܣܓܝܐܐ
ܦܪܩ ܠܥܡܐ : ܘܐܬܐ ܡܣܬܪܗܒܐܝܬ ܠܐܬܪ
ܕܩܐܡ ܗܘܐ ܗܘ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܘܐܡܪ
ܠܗ . ܦܩܘܕ ܡܪܝ ܘܥܘܠ ܠܒܝܬ ܩܘܕܫܐ . ܐܒܐ
ܓܝܪ ܕܝܠܝ ܐܦܣܩܘܦܐ ܩܪܐ ܠܟ . ܟܕ
ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܗ ܡܢ ܡܬܪܓܡܢܐ ܠܬܕܡܘܪܬܐ .
ܦܢܝ ܘܐܡܪ ܠܐܪܟܝܕܝܩܘܢ . ܒܪܟ ܡܪܝ . ܐܒܘܢ
ܛܥܝܬ ܠܟ . ܚܢܢ ܓܒܪ̈ܐ ܚܢܢ ܐܟܣܢܝܐ .
ܘܠܐ ܝܕܥ ܠܢ ܐܦܣܩܘܦܐ . ܘܗܦܟ
ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܘܐܘܕܥ ܗܠܝܢ ܠܩܕܝܫܐ
ܒܣܝܠܝܘܣ . ܘܡܚܕܐ ܥܒܪ ܒܝܬ ܥܡܐ
ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܢ ܕܘܟܬܐ ܗܝ ܕܩܐܡ ܗܘܐ
ܒܗ ܠܕܘܟܬܐ ܐܚܪܬܐ . ܘܗܦܟ ܩܕܝܫܐ
ܒܣܝܠܝܘܣ . ܘܐܡܪ ܠܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܙܠ
ܠܕܘܟܬܐ ܦܠܢܝܬ . ܘܡܫܟܚ ܐܢܬ ܠܗܘܢ
ܕܩܝܡܝܢ . ܗܟܢ ܐܡܪ ܠܗ . ܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ . ܬܐ ܠܘܬ ܒܐܡܐ ܕܩܘܕܫܐ :
ܗܐ ܓܝܪ ܐܦܣܩܘܦܐ ܩܪܐ ܠܟ . ܘܡܚܕܐ ܐܙܠ
ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܕܝܠܗ ܠܕܘܟܬܐ ܗܝ . ܘܢܫܩ
ܠܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܘܐܡܪ
ܠܗ ܗܟܢ . ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܐܒܘܟ ܐܦ
ܐܦܣܩܘܦܐ ܩܪܐ ܠܟ . ܩܘܡ ܘܥܘܠ ܥܡܝ
ܠܒܐܡܐ ܩܕܝܫܐ . ܘܟܕ ܫܡܥ ܗܘ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ

eumque intuitus misit ad eum archidiaconum suum dicens : « Vade ad hunc locum[1] et invenies monachum capite cucullo opertum pannisque vestitum cum viro socio, ei dicito : « Jube, Domine, ingredere in sacrarium (?). Archiepiscopus vocat te. » Archidiaconus, discissa multo labore populi multitudine, confestim pervenit ad locum ubi Sanctus Ephræm constiterat dixitque ei : « Jube, domine, ingredere in sacrarium ; pater enim meus archiepiscopus vocat te. » Miram hanc rem per interpretem edoctus Ephræm archidiacono respondit : « Benedic, domine. Erras, pater, nos enim viri sumus advenæ, archiepiscopus non novit nos. » Reversus archidiaconus retulit hæc sancto Basilio. Confestim autem Ephræmus transiens inter populum recessit e loco in quo stabat in alium. Conversus vero sanctus Basilius dixit archidiacono : « Vade ad hunc locum et invenies eos ibi stantes. Sic dices ei : Domine Ephræm, veni coram sancto bemate. Ecce archiepiscopus vocat te. » Perrexit archidiaconus ad locum designatum, et, osculatis sancti Ephræmi pedibus, dixit ei : « Domine Ephræm, pater tuus archiepiscopus vocat te, age, ingredere ad sanctum bema. » Hisce obstupefactus Ephræm Deum laudavit, facta autem inclinatione, cœpit dicere : « Vere magnus es tu, vere magnus es. Columna ignis est Basilius, Spiritus sanctus vere per os ejus

[1] Antiqua Ephræmi vita olim Amphilochio adscripta in plerisque pro his quæ sequuntur fere verbotenus convenit cum nostris Actis ; addit autem hic hunc locum fuisse ad occidentem.

loquitur. » Petiit autem ab archidiacono ut posset ei responsum dare eumque salutare in gazophylacio post sanctam oblationem. Absolutis divinis sacramentis, vocavit Basilius syncellum suum et jussit ut accesseret ad se sanctum Ephræm his verbis : « Accede, apostole Christi, ut tua præsentia fruamur. » Quum igitur beatus Ephræm accessisset, Basilius eum vultu mœstum, pannis vestitum et tacentem intuitus, surrexit et inclinavit coram eo caput dicens : « Sine, Domine, me pauperem et peccatorem, » et cecidit ante eum pronus in terram. Quum sibi invicem pacem dedissent, dixit ei Sanctus Basilius : « Sospes advenisti, pater deserti, dæmonum persecutor, quodnam est, o pater, suscepti laboris scopus ? Ad quid venisti invisere hominem peccatorem ? Det tibi Dominus præmium itineris tui. » Respondens autem Beatus Ephræm aperuit ei omnia quæ in corde recondita servabat. Et statim cum socio participes effecti sunt sanctorum sacramentorum e manibus antistitis.

Quum porro mutuum amorem sibi significassent divus præsul magnus Basilius dixit ei : « Dic mihi, pater, quomodo tu Syrus cum sis et quæ exponebam non intelligens per duas vices applaudisti ? » Respondit ei Ephræm : « Ita, pater, Spiritui sancto applaudebam, qui per os tuum loquebatur. » Surrexit Basilius et coram eo se prosternens dixit : « Utinam esses Basilius et ego Ephræm, et dignus habitus fuissem dono tibi a Domino con-

cesso. » Adjecit postea Basilius : « Frater, ne deneges mihi donum divinum quod a te exposco ; age, fruamur doctrina quam Deus largitus est tibi. » Respondens autem beatus Ephræm dixit : « Pater sancte, est etiam mihi una ad te petitio, quam suscipias omnino velim. » Respondit ei magnus Basilius: « Jube, multorum erga te debitor sum, præsertim ob laborem et defatigationem quam sustinuisti ut venires ad me. » Reposuit inclytus Ephræm : « Scio, o Sancte Domini, quia quæcumque poposceris a Deo dabit tibi. Vellem igitur poscas a Deo ut græca lingua loqui possim. » Hoc audito sanctus Basilius dixit ei : « O pater, cœnobii et solitudinis amator, postula a Deo qui voluntatem tuam adimplere potest. Scriptum est enim quod « facit voluntatem timentium se et preces eorum audit et salvat eos[1], » nihil enim ipsi difficile est. » Postquam igitur diu oravissent et ab oratione surrexissent dixit ei divus præsul Basilius: « Domine Ephræm, cur non accipis presbyteratus ordinationem ? Te quippe prorsus decet. » Respondit ei per interpretem: « Quia peccator sum, o pater... » « Utinam peccata tua mea essent, » reposuit Basilius, qui dixit ei: « Fac inclinationem. » Qui cum fecisset usque ad terram, divus præsul Ephræmo manum imposuit et recitavit super eum orationem diaconatus[2] et illico Ephræmo dixit: « Jube,

1 *Psal.* CXIV, 19.

2 Acta vaticana tum breviora tum prolixiora cum nostris Actis asserunt Ephræmum a Basilio diaconum, non presbyterum, ordinatum fuisse, ejus vero socium ordinem presbyteratus accepisse. Silent de hac re S. Gregorius Nyssenus, Metaphrastes, et græcus

ܠܡܪܢ ܐܦܪܝܡ. ܦܩܘܕ ܘܐܩܝܡ ܠܝ.
ܘܗܝܕܝܢ ܐܡܪ ܡܪܢ ܐܦܪܝܡ ܒܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ.
ܦܪܘܩ ܘܐܩܝܡܢܝ ܐܠܗܐ: ܒܛܝܒܘܬܟ.
ܘܐܬܡܗܘ ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ. ܘܟܕ ܨܒܐ ܕܢܬܠ
ܠܗ ܟܪܘܛܘܢܝܐ ܕܩܫܝܫܘܬܐ: ܗܟܝܠ
ܐܬܟܫܦ ܠܗ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܗܕܐ ܠܐ ܢܥܒܕ.
ܡܛܠ ܕܠܐ ܫܘܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܐܠܗܐ. ܘܡܚܕܐ
ܒܟܠܗ ܚܝܠܐ ܠܐ ܬܘܩܦܬܗ ܒܪܘ ܒܡܠܬܐ
ܘܫܒܚ ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܕܡܨܐ ܗܘܐ ܒܟܠܗܝܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܠܐ ܡܬܡܨܝܢܝܬܐ ܠܒܢܝܢܫܐ: ܘܐܚܕܗ

resuscita nos. » Tunc Dominus Ephræm lingua græca dixit : « Jube, suscita me Deus per gratiam tuam. » Mirati sunt omnes. Quum autem vellet Basilius ipsi ordinem presbyteratus conferre, instanter rogavit eum S. Ephræmus ut hoc non faceret quia Deo dignus non erat. Confestim autem græca lingua recte locutus est laudavitque Deum qui omnia potest quæ sunt hominibus impossibilia[1]. Retinuit autem

anonymus. *Vita* autem olim Amphilochio adscripta, prout edita est apud Vossium et in *Ephræmi Opp. syr. lat.* I, tradit Ephræmum in presbyterum ordinatum fuisse his verbis : « Spiritali itaque lætitia cum illis triduo refectus (Basilius), ordinatisque interprete in diaconum et ipso in presbyterum (Καὶ αὐτὸν πρεσβύτερον), eos dimisit in pace. » Supra tamen dixerat orationem diaconatus super Ephræmum recitatam fuisse, nulla presbyteratus mentione facta. In codice autem pervetusto Vallicelliano ejusdem Vitæ habetur : « Καὶ χειροτονήσας τὸν ἑρμηνέα διάκονον καὶ πρεσβύτερον id est quumque ordinasset interpretem diaconum et presbyterum, » ut Acta Syriaca habent. Amanuensis intruserit pronomen αὐτὸν in codicibus græcis et pro « diaconum et presbyterum » posuit « diaconum et *ipsum* presbyterum. » Unde ortus est error ille, quo Menologium Basilianum, Vincentius Bellovacencis, Trithemius, Versio latina Vitæ pseudo-Amphilochii ap. Bollandum t. 1 febr. p. 76 aliique Ephræmum presbyterum fecerunt. Nam una est antiquorum traditio Ephræmum diaconum non presbyterum fuisse. S. Hieronymus, cujus tam verax est eruditio, diserte asserit Ephræmum diaconum fuisse. Idem docent Sozomenus, Theodoretus, Palladius, Gennadius. Cfr. J. S. Assemanus, *S. Ephræmi Opp. gr. lat.* III. p. XLV.

Porro quod Acta tradunt Ephræmum a S. Basilio diaconum ordinatum nullam difficultatem ingerit. Vocatur quidem ab antiquis diaconus *edessenus*, at, non quia ab episcopo edesseno pro ecclesia edessena ordinatus fuerit, sed quia Edessæ ultimos suæ vitæ annos peregit ibique obiit. Recte J. S. Assemanus in hanc rem ait : « Constans est Syrorum opinio, quibus hac in re Sozomenus plurimum deferendum docet, a Basilio magno Ephræmum *diaconum* creatum, dictumque dumtaxat *Edessenum* a diutina conversatione in illa ecclesia et plebe. Ad Em. Baronii argumentum, *quod non esset* Basilii *juris syrum hominem ordinare* doctissime respondent Combeficius et Pagius. Paulo ante Ephræmi ordinationem, S. Athanasius Alexandrinus et Eusebius Samosatensis extra provinciam propter cogentem necessitatem ordinationes peragebant. Nec diaconi tantum aut presbyteri sine certis ecclesiis ordinabantur, sed etiam episcopi in Mesopotamia, ut Sozomenus lib. VI, 32 tradit de Barse, Lazaro et Eulogio, quorum duo ad Edessenum postea thronum temporibus Basilii et Ephræmi assumpti sunt, ut late t. I Bibl. Orient. 396 et 398 ostensum. » *Ephræmi Opp. gr. lat.* I, p. VIII. Cfr. Combefis *Notæ in Amphiloch.* Paris, 1644, p. 274. Ejus verba recitantur in Ephræmi *Opp. gr. lat.* I, p. LX.

[1] In Actis vaticanis additur Basilio donum linguæ Syriacæ simul concessum fuisse ; at recte Vita pseudo-Amphilochii cum nostris Actis de hac re silent. Quod Basilius aliquando Syriace locutus sit, alibi quam in Actis vaticanis memoriæ proditum non est.

Ephræm igitur S. Basilii precibus linguæ græcæ peritiam accepit. Putant socii bollandiani (*Acta Sanct.* t. I febr. p. 49, sqq) gratiam hanc in eo perdurasse neque solum ad illud cum Basilio colloquium fuisse concessam. Et infra asseritur Ephræmum græca scripta reliquisse. At J S. Assemanus contrarium tenet (*Ephræm Opp. gr. lat.* I, p. VIII). Certe S. Hieronymus docet Ephræmum *Syro sermone* scripsisse et se legisse librum ejus de Spiritu sancto græce translatum. Theodoretus rem magis definit dicens (*Hist. Eccl* IV, 26) Ephræmum inter Syros scriptorem esse peritissimum qui « Syriaca usus lingua spiritualis gratiæ radios diffundebat. Nam etsi *Græcorum disciplinam* (παιδείας) *non degustarat* multiplices tamen illorum errores patefecit. » Sozomenus (*Hist. Eccl.* III, 16) docet Ephræmum lingua Syra scripsisse, græcæ vero eruditionis fuisse expertem, libros autem ejus, ipso adhuc vivente, in græcum sermonem transferri cœpisse et usque ad sua tempora transferri. Concinit Gregorius Barhebræus in Chronico ecclesiastico docens Ephræmum « nihil ex institutione Græcorum delibasse. » Quare cum J. S. Assemano concludimus donum linguæ græcæ Ephræmo collatum non perdurasse postquam Basilium reliquit. Cfr. quæ diximus t. I, Proleg. p. XXXII, sqq. De hac re rursus disputabitur infra.

ܕܝܢ ܠܘܬܗ ܬܪ̈ܬܝܢ ܫܒ̈ܬܐ . ܘܚܕܝ ܗܘܐ ܥܡܗ
ܪܘܚܢܐܝܬ . ܘܝܗܒ ܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܐܦ ܕܩܫܝܫܘܬܐ . ܠܡܬܪ̈ܓܡܢܐ ܗܘ ܕܥܡܗ .
ܟܠܝܘܡ ܕܝܢ ܡܬܒܣܡܝܢ ܗܘܘ ܒܡܠܦܢܘܬܐ
ܪܘܚܢܝܬܐ .·. ܘܣܓܝ̈ܐܬܐ ܢܣܒ ܡܢܗ ܗܘ
ܚܣܝܐ ܕܐܠܗܐ ܀

ܟܕ ܕܝܢ ܡܢ ܝܘܡܝܢ ܚܕ ܩܡ ܗܘܐ ܗܘ
ܚܣܝܐ ܕܐܠܗܐ . ܘܡܬܪܓܡ ܗܘܐ ܠܥܡܐ ܥܠ
ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ . ܘܫܡܥ ܥܡܐ ܟܠܗ .·. ܟܕ
ܫܡܥܘܗ ܗܘܐ ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ
ܩܕܝܫܐ ܡܬܚܪܐ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܠܐ ܐܡܪ ܗܘܐ
ܪܘܚܐ[1] . ܘܗܝܕܝܢ ܦܩܫ ܒܪܘܚܐ ܕܒ ܐܡܪ .
ܕܠܐ ܬܬܕܠܚܘܢ ܒܕܘܢ ܐܚ̈ܝ .. ܐܢܐ ܓܝܪ ܡܢ
ܓܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܢ ܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ
ܫܡܥܬ .·. ܗܢܐ ܕܒܠܫܢܗ ܝܬܝܪ ܡܦܪܫ ܗܘܐ .
ܘܗܘܝܘ ܐܡܪ ܗܘܐ ܐܦ ܒܠܫܢܐ ܕܐܬܪܗ . ܕܠܐ
ܡܫܟܚܐ ܕܐܝܬܝܗ ܢܬܝܗܒ ܫܘܒܚܐ ܫܪܝܪܐ
ܠܬܠܝܬܝܘܬܐ . ܐܠܐ ܐܢ ܡܢ ܩܕܡ ܐܬܘܬܐ
ܕܡܬܩܪܝܐ ܘܐܘ ܥܠ ܪܝܫ ܫܡ̈ܗܐ ܐܠܗܝ̈ܐ .·.
ܘܬܬܐܡܪ ܗܟܢܐ . ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ
ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ . ܘܗܝܕܝܢ ܫܠܐ ܥܡܐ ܘܫܪܝܘ
ܗܟܢܐ . ܘܐܬܥܝܕܬ ܕܝܢ ܕܬܗܘܐ ܗܟܢܐ ܡܫܬܒܚܝܢ
ܗܘܘ ܀

ܬܘܒ ܕܝܢ ܒܕܘܟܐ ܐܚܪܢܐ .·. ܟܕ ܦܫܩ
ܠܫܬܐ ܝܘܡܝܢ : ܟܕ ܚܕ ܡܢ ܝܘܡܝܢ : ܒܨܘܡܐ
ܕܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ .·. ܟܕ ܩܐܡ ܥܠ ܒܐܡܐ ܘܡܬܪܓܡ
ܠܥܡܐ : ܬܘܪܓܡܐ ܕܬܪܝܢ . ܥܠ ܗܘ ܕܐܡܪ

eum Basilius apud se per duas hebdomadas et gavisus est cum eo spiritualiter et dedit impositionem manus diaconatus et presbyteratus interpreti, Ephræmi socio. Quotidie autem doctrina spirituali se reficiebant et multa quidem divus præsul ab Ephræmo mutuatus est.

26. Quadam autem die surgens divus præsul concionem habuit de Spiritu Sancto. Populus, audito quod diceret « *Pater et Filius et Spiritus sanctus*, » cœpit cum eo disputare quia antea non dicebat: « Et Spiritus[1]. » Tunc Basilius sui dicti apologiam fecit his verbis : « Ne commoveamini, fratres.. Ego enim a viro Dei qui est e Mesopotamia et linguam suam apprime callet hoc audivi. Ipse enim asserebat in lingua regionis suæ veram non posse laudem Trinitati tribui aliter, nisi nominibus divinis præponatur littera *vav* appellata et dicatur : « *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*[2]. » Tunc sedatus populus ita recitavit et ex tunc ita ubique recitatur[3]. Ephræmus a S. Basilio laudatur.

27. Alio autem in loco, quum explicaret Basilius Hexæmeron secunda jejunii (quadragesimalis) die et ad populum e bemate secundam concionem haberet super illud :

1 Pro ܪܘܚܐ scribendum est ܘܪܘܚܐ ut habent Acta vaticana. Contexta enim oratio expetit conjunctionem « *vav*, *et*. »

2 Hoc assertum confirmatur a S. Basilio in libro *De Spiritu sancto* XXXIX, 74 ubi formulas quibus sancta Trinitas laudatur et quibus Spiritus sanctus per conjunctionem *et* Patri et Filio associatur defendens ait : « Sed quid opus est vetera commemorare ? Sed et nunc in Oriente, nonne hoc uno potissimum eos qui pie sentiunt agnoscunt, hac voce veluti quodam signo suos ab alienis dijudicantes ? Ut autem ego e quodam Mesopotamio audivi, viro et linguæ perito et sententia incorrupto, ne fieri quidem potest ut aliter lingua vernacula loquantur, etiamsi velint : sed necesse illis est ut per syllabam *et*, vel potius per voces, quæ idem pollent quod illa, juxta proprietatem linguæ regionis illius glorificationem proferant. »

3 Jam antea ejusmodi formulæ in usu erant, ut patet ex allegato Basilii libro *De Spiritu Sancto*.

ܕܐܠܗܐ ܡܪܚܦܐ ܗܘܬ݂ ܥܠ ܐܦܝ ܡܝܐ . ܐܡܪ
ܗܘܐ ܗܘܝܠ . ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܝܢ . ܠܐ ܗܘܐ ܡܠܬܐ
ܕܝܠܝ ܀ ܐܠܐ ܕܓܒܪܐ ܣܘܪܝܝܐ ܗܘ ܕܗܘܝܠ
ܡܬܝܕܥܐ ܗܘܐ . ܗܘ ܕܦܫܝܩ ܪܚܝܩ ܗܘܐ ܡܢ
ܚܟܡܬܐ ܕܗܢܐ ܥܠܡܐ : ܐܟܡܐ ܕܗܟܢ ܡܩܪܒܐ
ܗܘܐ ܕܡܫܪܪ ܗܘܐ ܠܘܬ ܡܪܕܘܬܐ ܕܬܘܠܡܕܐ
ܕܫܪܝܪܘܬܐ . ܐܡܪܗ ܕܝܢ ܠܡܠܬܐ ܗܠܝܢ ܕܟܬܒܐ
ܐܪܡܝܐ . ܟܕ ܚܘܪܐ ܗܘܬ . ܒܥܒܪܝܐ ܀ ܡܛܠ
ܗܘ ܓܝܪ ܐܪܡܝܐ ܠܥܒܪܝܐ . ܐܝܟ ܡܐ ܕܡܠܬܐ
ܐܡܪܐ . ܡܪܚܦܬ ܕܝܢ ܠܡܪܚܦܐ ܕܡܠܬܐ ܕܟܬܒܐ :
ܕܗܝ ܕܐܙܠܐ ܗܘܬ ܘܐܬܝܐ ܥܠ ܐܦܝ ܡܝܐ :
ܕܐܝܟ ܦܪܘܓܬܗ ܡܬܚܪܟܘ ܡܫܬܚܢܝܢ
ܗܘܘ ܡܝܐ . ܐܝܟ ܐܡܗܬܐ ܕܦܪܚܬܐ :
ܕܡܪܚܦܐ ܘܡܫܚܢܐ ܒܚܘܡܗ ܥܠ ܒܢܝܗ̈
ܕܢܬܚܝܘܢ : ܕܢܐܚܐ ܒܗܘܢ ܚܝܐ . ܘܢܣܒܘܢ
ܒܗܘܢ ܙܘܥܐ . ܗܟܢ ܗܘܝܠ ܒܗܘܢ ܕܡܝܐ ܀
ܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܚܦܐ ܥܠ ܐܦܝ ܡܝܐ :
ܘܒܚܘܡܗ ܡܫܚܢܐ ܗܘܬ ܕܢܬܛܝܒܘܢ ܗܘܘ
ܠܡܘܠܕܘ ܢܦܫܐ ܚܝܬܐ ܠܓܢܣܗܘܢ . ܘܡܢ ܗܪܐ
ܐܘܦ ܠܡܝܕܥ ܡܫܪܪܐ ܕܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܒܪܘܝܬܐ
ܗܝ . ܘܠܐ ܣܪܝܩܐ ܒܥܒܕ ܡܢ ܒܪܘܝܘܬܐ ܀

Edessam redit. ܢܦܢܐ ܠܢ ܕܝܢ ܠܘܬܗܝܢ ܕܡܢ ܠܥܠ ܀ ܡܢ
ܒܬܪ ܕܐܬܦܛܡ ܥܡܢ ܒܡܠܦܢܘܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ .
ܐܬܐ ܠܗ ܠܘܬ ܡܕܝܢܬܐ ܐܘܪܗܝ ܡܕܝܢܬܗ ܕܝܠܗ

« *Et Spiritus Dei incubabat super faciem aquarum,* dixit : « Dico autem, sed verbum non est meum, verum hominis Syri, qui quantum ab hujus sæculi sapientia remotus videbatur tanto doctrinæ veritatis propinquius aderat. Is igitur dicebat verbum « ibat et ferebatur super aquas » in lingua aramæa (siquidem revera affinis est lingua aramæa cum hebræa) quando elucidatur, præsertim juxta verbi Scripturæ sensum, significare quod sub exagitatione ejus incalescebant aquæ sicut gallina sese exagitat et calore suo fovet pullos suos sub se ut in eis vitam evolvat et motum acquirant. Simili modo Spiritus Dei incubabat aquis easque calore suo fovebat ut præpararentur ad generandas animas viventes juxta genus suum. Exinde etiam notum sit Spiritum Dei creatorem esse et actu creandi non destitui[1].

28. Revertamur ad ea quæ supra dicta sunt. Postquam nobiscum doctrina spirituali sese refecisset,

[1] Hæc sunt S. Basilii verba *Homil.* 2 *in Hexæm.* 6 : « Quomodo igitur ferebatur super aquas ? Dicam tibi non meam, sed viri syri sententiam, qui tantum a mundi distabat sapientia, quantum ad rerum verarum scientiam appropinquabat. Aiebat igitur vocem Syrorum et significantiorem esse, et ob suam cum lingua hebraica cognationem, quodammodo ad Scripturarum sensum propius accedere. Itaque talem dicebat esse hujus dicti sententiam. Illud, inquiebat, verbum « ferebatur » interpretantes sumunt pro « confovebat, » et ita naturæ aquarum vim tribuebat fetificandi, instar incubantis avis, et vitalem quamdam facultatem iis qui foventur impartientis. Talem quamdam intelligentiam aiunt hac voce indicari. Nimirum *ferebatur super aquas*, hoc est naturam aquæ ad feturam præparabat. Quare quod a quibusdam quæritur, satis ex hoc liquet, nempe ab actu creandi Spiritum sanctum non abfuisse. » « Monet Tillemontius, inquit editor operum Basilii Garnerius, hic intelligi posse Eusebium Samosatensem ; sed convenit fere inter doctos, designari potius Ephrem diaconum Syrum. » S. Ephræmus etsi de aere vocabulum « Spiritus » in allato Geneseos loco interpretetur, tamen verbum « ferebatur » per « incubabat » revera explicat, ut Basilius asserit. Quare cum P. Benedicto putamus Ephræmum Basilio vim verbi hebraici מרחפת, quod suis Syris commune esset, tantummodo explicuisse non autem cum eo de vocabulo « Spiritus » egisse. Vid. S. Ephræmi. *Opp. Syr. lat.* I, p. 8 et præf. ad lect.. Alia quæ sub nomine Ephræmi habentur commentaria, *ibid.*, p. 116-117 non Ephræmi sed Jacobi Edesseni fœtus sunt Cfr. Ibid. *præf. ad lect.*

ܒܬܪ ܫܩܠ ܐܪܡܘܣ . ܘܐܬܒܪܟܘ ܗܘܘ
ܛܝܒܘܬܗ ܡܢ ܣܥܪܐ ܕܐܠܗܐ . ܐܦܪܝܡ ܘܫܡܥܘܢ
ܠܣܘܪܝܐ . ܘܡܢ ܕܢܦܩܘ . ܐܡܪ ܣܥܪܐ ܕܐܠܗܐ
ܒܐܣܝܠܝܘܣ . ܠܩܠܝܪܝܩܐ ܕܩܝܡܝܢ
ܗܘܘ ܠܘܬܗ . ܕܚܙܐ ܗܘܝܬ ܠܗ ܟܕ ܩܐܡ
ܒܥܕܬܐ . ܘܬܪܝܢ ܡܠܐܟܐ ܕܠܒܝܫܝܢ ܢܚܬܐ
ܕܢܘܗܪܐ . ܘܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܚܕ ܡܢ ܝܡܝܢܗ .
ܘܚܕ ܡܢ ܣܡܠܗ ܀

ܘܢܦܩ ܗܘܐ ܛܘܒܢܐ ܘܕܝܪܐ ܗܘ ܕܥܡܗ .
ܕܢܐܬܘܢ ܠܐܘܪܗܝ ܡܕܝܢܬܐ . ܘܟܕ ܡܛܐ
ܠܫܡܝܣܛ ܦܓܥ ܒܗ ܐܢܫ ܚܕ ܐܪܛܝܩܐ :
ܘܥܡܗ ܟܢܫܐ ܕܛܠܝܐ . ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܘܬܗܘܢ
ܐܡܪ ܫܠܡܐ ܫܠܡܐ . ܚܕ ܕܝܢ ܡܢܗܘܢ . ܗܘ
ܕܢܣܒ ܦܨܐ ܕܥܒܕܐ ܗܘ ܕܡܚܝܗ ܠܡܪܢ
ܥܠ ܦܟܗ . ܡܚܝܗܝ ܗܘܐ ܠܛܘܒܢܐ . ܗܘ
ܕܝܢ ܠܐ ܡܠܠ . ܟܕ ܕܝܢ ܩܠܝܠ ܡܠܟܘ ܘܝܬܒܘ
ܠܡܐܟܠ ܠܚܡܐ ܘܡܓܚܟܝܢ ܗܘܘ ܒܗ
ܒܛܘܒܢܐ . ܛܠܝܐ ܕܝܢ ܗܘ ܕܡܚܝܗܝ . ܝܬܒ
ܗܘܐ ܥܠ ܟܐܦܐ ܚܕܐ . ܘܢܦܩܬ ܐܟܕܢܐ ܡܢ
ܬܚܝܬܗ ܘܡܚܬܗ ܘܢܦܩ ܒܪܓܠ . ܗܘ
ܕܝܢ ܪܫܐ ܪܗܛ ܒܬܪܗ ܕܛܘܒܢܐ . ܘܐܕܪܟܗ
ܟܕ ܥܒܪ ܠܬܪܥܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܒܩܘܪܝܐ ܚܕ ܕܝܢ ܗܘ
ܠܚܡܐ . ܗܘ ܘܚܒܪܐ ܗܘ ܕܥܡܗ . ܘܢܦܠܘ
ܗܘܘ ܟܠܗܘܢ ܥܠ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܛܘܒܢܐ .
ܘܡܬܟܫܦܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܕܢܗܦܘܟ
ܥܡܗܘܢ . ܘܟܕ ܕܗܦܟ ܘܚܙܐ ܠܡܝܬܐ ܒܟܐ
ܘܦܩܕ ܠܗܘܢ ܕܢܬܪܚܩܘܢ ܡܢ ܠܘܬܗ . ܘܟܕ
ܕܐܬܪܚܩܘ ܓܗܢ ܥܠ ܦܓܪܗ ܘܨܠܝ ܘܠܒܟ
ܒܐܝܕܗ ܘܐܩܝܡܗ . ܘܡܢ ܒܬܪܗܘܢ ܗܠܝܢ

pervenit ad eum rumor corruptam esse Edessam novem erroribus in ea exortis. Ephræm igitur ejusque socius, a divo præsule benedictione accepta, perrexerunt in Syriam. Postquam autem profecti sunt, dixit divus præsul Basilius clericis adstantibus : « Vidi eum in ecclesia stantem duosque angelos fulgentibus vestibus indutos stantes, unum a dextris alterum a sinistris. »

29. Profectus est itaque[1] beatus Ephræm cum monacho socio ut veniret in urbem Edessam. Cum Samosatam pervenisset, obvium habuit principem quemdam hæreticum puerorum turba stipatum, quos salutavit verbis « Pax, pax. » Unus autem e pueris sortem sibi assumens servi illius qui Domino nostro alapam dedit, eum percussit. Beatus porro nihil dixit. Quum paululum progressi essent et sederent ut panem manducarent, pueri beatum irridebant. Puer autem qui percusserat eum, sedebat super saxo ; tunc vipera sub saxo latens exivit et percussit puerum qui illico mortuus est. Princeps autem illico cucurrit post beatum eumque assecutus est, quum jam portam urbis prætergressus in vico quodam ipse cum monacho socio panem mendicaret. Ceciderunt omnes ad pedes beati deprecantes ut reverteretur cum eis. Reversus itaque statim ac vidit mortuum flevit et jussit ut ab eo recederent. Ubi recesserunt, inclinavit se super cadaver, orans et manu apprehensa suscitavit mor-

Pervenit Samosatam.

[1] Concinunt Acta Vaticana.

ܡܢܗܘܢ ܘܩܒܠܘܗ ܗܘܘ ܠܐܘܪܚ ܫܘܒܚܐ
ܘܡܛܠܗ ܐܦ ܠܐܘܪܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܀

Edessam erroribus purgat. ܘܟܕ ܥܠܘ ܠܬܡܢ . ܐܫܟܚܘ ܒܗ̇ ܬܫܥ ܗܪ̈ܣܝܣ . ܘܒܚܝܠܗ ܕܡܪܢ ܠܟܠܗܘܢ ܡܦܠ ܗܘܐ . ܡܚܝܐܝܬ ܠܗܝܢ ܕܒܪ ܕܝܨܢ ܆ ܐܝܟܢܐ ܕܗܘ ܐܡܪ . ܘܗܝ ܗܪ̈ܣܝܣ ܕܐܪܝܘܣ ܘܕܡܐܢܝ ܘܕܡܪܩܝܘܢ . ܘܫܪܟܐ ܕܐܚܪ̈ܢܝܬܗܝܢ . ܢܦܠ ܕܝܢ ܒܙܒܢ ܟܬܒܐ ܒܐܝ̈ܕܘܗܝ ܡܢ ܕܡܠܦܢܘܬܗ ܚܒܝܠܬܐ ܕܒܪ ܕܝܨܢ . ܐܝܟܢܐ ܕܗܘ ܐܡܪ ܗܘܐ ܘܐܬܟܪܝ . ܕܡܠܝܐ ܫܐܕ̈ܐ ܒܫܪ̈ܒܐ . ܘܐܣܟܪܬ ܐܕ̈ܢܝ ܕܕܟ̈ܝܢ ܡܢܗ . ܘܐܚܒ ܐܢܝ ܡܢ ܡܫܬܥܝܢܐ ܡܠܝ ܓܘܕ̈ܦܐ . ܘܠܘܬ ܦܘܪܫܢܐ ܐܫܬܡܥܬ ܠܐܕ̈ܢܝ ܡܢ ܩܪܝܢܐ ܢܟܦܐ ܕܟܬܒ̈ܐ ܩܕܝ̈ܫܐ ܘܐܠܗܝ̈ܐ . ܫܡܥܬ .

ܡܓܕܦ ܥܠ ܟܐܢܘܬܐ
ܘܥܠ ܒܪܬ ܙܘܓܗ ܛܝܒܘܬܐ .
ܡܟܐܒ ܗܘܐ ܕܝܢ ܐܦ ܩܪܝܢܗ
ܠܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ ܫܘܝܐܝܬ .
ܘܐܪܡܝ ܒܝܢܬܗܘܢ
ܦܘܪܫܐ ܕܦܣܩ ܣܒܪܐ ..
ܠܦܓܪܐ ܡܢ ܢܘܚܡܐ .
ܘܠܢܦܫܐ ܡܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܀

Hymnos scribit. ܚܙܐ ܗܘ ܛܘܒܢܐ . ܟܕ ܚܙܐ ܐܝܠܝܢ ܗܪ̈ܣܝܣ ܗܠܝܢ . ܘܦܠܫܗ ܠܟܠܗ ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܠܗܘܢ ܛܢܦܬܐ . ܕܚܠ ܕܠܡܐ ܠܥܡܐ ܚܡܝܕܐ ܢܓܢܒܘܢ ܒܩܠ̈ܐ ܕܒܥܠܕ̈ܒܒܘܗܝ ܚܠܝ̈ܐ . ܘܐܝܟ ܠܡܬܒܠܗܘܢ . ܟܕ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܬܢܗܪ ܗܘܐ . ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܥܡܐ ܕܡܫܬܓܫ ܗܘܐ ܒܩ̈ܠܝܗܘܢ ܚܠܝ̈ܐ ܩܠܐ ܘܢܟܝܠܬܐ ܕܠܗܘܢ ܕܥܒܕ ܙܡܝܪܐ ܀ ܡܛܠ ܕܗܪܡܘܢܝܘܣ (sic)

tuum. Accedentes omnes ceciderunt ad pedes ejus et veram fidem professi sunt. Profectus autem Ephræmus cum socio venit Edessam.

30. Illuc ingressi invenerunt in ea novem hæreses, quas omnes Ephræmus per virtutem Domini nostri, prostravit, illam præsertim, ut ipse dixit, Bardesanis, hæreses etiam Arii, Manetis et Marcionis cæterasque. Cecidit[1] aliquando, ut ipse ait, in manus ejus liber doctrinæ exitialis Bardesanis, et contristatus est, quia plenus erat deliriis dæmonum : « Quæsivi, inquit, occludere aures meas mundas, easque a sermonibus ejus blasphemis removere et festinans eas præbui placidæ sanctorum divinorumque librorum lectioni. Audivi :

Blasphemias evomentem in justitiam
Et in sociam ejus gratiam.
Lectio ejus contristabat
Corpus æque ac animam,
Et statuit inter utrumque
Discrimen desperationis ;
Corpus privavit resurrectione
Et animam ejus participatione.

31. Conspectis igitur hisce hæresibus deprehensaque earum immunda doctrina, Beatus timuit ne plebs avida seduceretur blandis inimicorum suorum vocibus. Spiritu quippe Sancto illustratus videbat populum blandis hisce et impiis vocibus deceptum insanire. Quia Harmonius, Bardesanis filius, olim composuerat laudes, quibus, aptata

[1] Isti versus libere exscripti sunt ex hymno 57 collectionis Nisibenæ, stroph. 2 et 3. Vid. Bickell, *Carmina Nisibena* Lips. 1866, Text. Syr. p. 102.

ܒܪܗ ܕܒܪ ܕܝܨܢ ܡܛܠ ܗܘܐ ܡܩܝܡ ܠܡܥܢܝܬܐ
ܡܢ ܡܠܘܗܝ ܠܪܘܫܥܗ ܕܐܒܘܗܝ ܒܢܥܝܡܬܐ
ܗܢܝܐܬܐ. ܦܫܠܚ ܗܘܐ ܠܫܡܘ̈ܥܐ. ܘܡܛܝܒ
ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܐܒܕܢܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ
ܥܠ ܐܒܘܗܝ ܕܒܪ ܕܝܨܢ. ܡܫܟܚ ܡܕܪ̈ܫܐ
ܘܩܒܠ ܒܢܥܝܡܬܐ ܘܪܟܒ ܙܡܝܪ̈ܬܐ. ܐܝܟ ܕܘܝܕ
ܪܓ ܕܢܕܡܐ. ܘܐܟܡ ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܡܙܡܘܪ̈ܐ.
ܗܟܢܐ ܐܦ ܗܘ ܙܡܝܪ̈ܬܐ. ܗܟܢܐ* ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ
ܚܒܪ ܟܠܗ ܀ ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܕܟܡܐ ܛܥܝܘܬܐ
ܡܬܐܒܐ ܠܒܢ̈ܬ ܩ̈ܠܐ ܗܠܝܢ. ܗܘ ܕܝܢ ܢܣܒ
ܠܗ ܗܘܐ ܡܬܒܣܡܢܘܬܐ ܕܩ̈ܠܐ ܘܡܫܘ̈ܚܬܐ ܘܐܡܙܓ
ܒܗܘܢ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ ܘܩܪܒ ܠܫܡܘ̈ܥܐ ܐܣܝܘܬ
ܒܣܝܡܐ ܗܢܝܐܐ ܘܡܦܠܚܢܐ. ܘܗܢܘܢ ܕܝܢ ܗܠܝܢ
ܡܕܪ̈ܫܐ. ܗܐ ܡܨܒܬܝܢ ܠܗܘܢ ܐܦ ܗܫܐ ܀

patris sui impietate modulationibus suavibus, auditores alliciebat eosque in perniciem trahebat (Beatus porro Ephræm de ejus patre dixit Bardesanem formavisse hymnos eosque modulationibus aptasse cantusque composuisse centum quinquaginta in una mensura. Davidem quippe imitari volebat qui psalmos centum quinquaginta composuit[1]). Videns[2] igitur quantum error cantica ista appeteret, tunc arripuit sibi oblectamentum cantuum et modorum eisque immiscuit pietatem et obtulit auditoribus pharmacum jucundum et harmonicum. Isti hymni usque hodie splendorem tribuunt festis

[1] Ephræmus hæc de Bardesane habet in hymno 53 : *adv. hær.*

ܝܠܕ ܓܝܪ ܡܕܪ̈ܫܐ .
ܘܩܒܠ ܒܢܥܝܡܬܐ .
ܘܐܪܟܒ ܙܡܝܪ̈ܬܐ .
ܘܐܬܠܝ ܡܫܘܚܬܐ .
ܒܡܟܝܠܬܐ ܘܡܬܩ̈ܠܐ .
ܦܠܓ ܒܗ ܩ̈ܠܐ .
ܘܐܡܙܓ ܠܦܫܝ̈ܛܐ .
ܡܪܪ̈ܐ ܒܚܠܝܘܬܐ .
ܟܪ̈ܝܗܐ ܒܡܐܟܘܠܬܐ .
ܠܐ ܓܒܘ ܕܚܘܠܡܢܐ .
ܒܥܘ ܕܝܢ ܕܘܝܕ .
ܒܫܘܦܪܗ ܢܬܨܒܬ .
ܒܕܡܘܬܗ ܢܫܬܒܚ .
ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܐܪܟܒ .
ܐܦ ܗܘ ܙܡܝܪ̈ܬܐ ܀

« Fecit quippe hymnos eosque modulationibus aptavit et composuit cantica et induxit metra et mensuris ponderibusque distinxit versus. Ita propinavit simplicibus venenum dulcedine temperatum. Ægroti quippe cibum salubrem non elegerunt. Davidem intueri voluit ut ejus pulchritudine ornaretur et simili tudine commendaretur. Centum quinquaginta hic quoque composuit cantica. »

Liberius ista redduntur in *Opp. Syr.-lat.* II, 554. Rectius Hahn, *Bardesanus gnosticus primus Syrorum hymnologus*, Lips. 1819 p. 29.

[2] « Videns.... Græcorum sapientiam. » Hæc ad verbum leguntur in cod. vat. syr. XXIV ut habet J. S. Assemanus *Bibl. Or.* I, 48, not. Desumpta sunt autem e Theodoreto *Hist. eccl.* IV, 29, vel ut ap. Migne, IV, 26. Putavit Sozomenus *Hist. eccl.* III, 16 Harmonium primum fuisse qui linguam syriacam legibus metri et rythmi subjecerit, sed præferenda est assertio Ephræmi qui libros Bardesanis ad manus habuit. Juvat tamen Sozomeni locum integre recitasse : « Non ignoro olim quoque apud Osrhoenos fuisse viros doctissimos, Bardesanem scilicet qui hæresim ex ipsius nomine appellatam condidit, et Harmonium ejusdem Bardesanis filium : qui, cum græcis disciplinis egregie institutus fuisset, primus patrium sermonem metris ac modulis subjecisse dicitur ac choris tradidisse, qua ratione Syri etiamnum frequenter psallunt, non carminibus ab Harmonio scriptis sed numeris ejus utentes. Nam cum a paterna hæresi non omnino alienus esset, neque ab iis quæ de anima, et de ortu atque interitu corporis, deque regeneratione, Græcorum philosophi sentiunt, scripta sua ad lyræ cantum composuit et opiniones illas operibus suis inseruit. Ephraim vero, cum Syros et verborum elegantia et modulationis concinnitate delinitos videret, eaque ratione paulatim adduci, ut idem cum Harmonio sentirent, ipse, licet græcæ eruditionis expers, operam dedit ut Harmonii numeros intelligentia assequeretur : et juxta numeros Scriptorum Harmonii, alios composuit libros, ecclesiasticæ doctrinæ consentientes. Cujusmodi sunt ea quæ in hymnis et encomiis sanctorum virorum sunt elaborata. Ex eo tempore Syri juxta numeros canticorum Harmonii, scripta Ephraim psallere solent. » Quod asserit ex fama Sozomenus Syros juxta numeros canticorum Harmonii scripta Ephræmi psallere hoc verum esse potest quatenus Ephræmus modis et tonis Harmonii suos hymnos accommodaverit. Nam modi vel toni, qui in fronte hymnorum Ephræmi indicantur, plerique, si non omnes, ex iis ejus hymnis desumpti sunt qui maxime noti erant.

* Textus hic mendosus videtur.

ܠܟܪ̈ܘܙܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܢܨܝ̈ܚܐ . ܙܟܐ ܕܝܢ ܒܙܗܝܪܘܬܗ ܀
ܠܟܠܗ ܚܟܡܬܐ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܀

ܕܒܚܕܐ ܓܝܪ ܡܠܬܐ ܡܫܪܐ ܗܘܐ .
ܕܢܚܒܘܫ ܣܘ̈ܟܠܐ ܕܣܘܓܐܐ .
ܟܢܫ ܗܘܐ ܠܗ ܓܝܪ ܣܝܡܬܐ .
ܠܩܪܒܐ ܠܘܩܒܠ ܗܠܝܢ ܀

ܐ̈ܪܣܝܣ ܗܠܝܢ ܕܩܕܡܢ ܐܡܪܢ . ܒܝܕ ܒ̈ܢܬ ܩܝܡܐ ܗܠܝܢ ܕܠܥܕܬܐ ܢܫ̈ܝܢ ܗܘ̈ܝ ܐܡܝܢܐܝܬ . ܘܐܩܝܡ ܠܗܝܢ ܡܠܦܢܘܬܐ . ܘܐܠܦ ܐܢܝܢ ܗܢܝܢ ܡܕܖ̈ܫܐ ܘܪܡܫܐ ܘܨܦܪܐ ܡܬܟܢ̈ܫܢ ܗܘ̈ܝ ܒܥܕܬܐ . ܩܕܡ ܩܘܕܫܐ ܠܬܫܡܫܬܐ ܘܒܒܝܬ ܣܗ̈ܕܐ . ܘܙܡܪܢ ܒܠܘ̈ܝܐ ܕܥܢܝ̈ܕܐ ܗܠܝܢ ܪ̈ܗܛܢ ܗܘ̈ܝ . ܘܐܦ ܠܗܠܝܢ ܕܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ : ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܛܘ̈ܪܐ ܥܡܪ̈ܝ ܗܘܘ . ܝܐܐ ܠܗ ܕܝܢ ܟܕ ܩܐܡ ܒܝܢܬ ܐܚ̈ܘܬܐ . ܟܕ ܡܙܡܪ ܗܘܐ ܒܩܠܐ ܕܬܫܒܘܚܬܐ . ܟܬܒ ܓܝܪ ܠܗܘܢ ܟܬܒ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܘܕܠܐ ܡܢܝܢ . ܘܐܦ ܒܠܫܢܐ ܝܘܢܝܐ ܘܡܠܐ ܛܒܗ ܒܟܠܗ ܬܐܒܝܠ ܀

Invehitur in Bardesanem. ܟܕ ܕܝܢ ܕܥܩܪ ܐܢܝܢ ܠܟܠܗܝܢ ܐ̈ܪܣܝܣ . ܦܪܣܡܗ ܗܘܐ ܠܢܟܠܗ ܕܒܪܕܝܨܢ . ܘܐܚܪܡܗ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܢܩܝܦܝܢ ܠܗ ܟܕ ܐܡܪ ܗܟܢܐ :

ܠܛܘܡܗ ܣܒܪܢ ܥܠ ܫܒܥܐ .
ܕܒܗܘܢ ܡܘܕܐ ܒܪܕܝܨܢ .
ܚܪܡ ܗܘ ܕܐܡܪ ܐܝܟ ܕܐܡܪ .
ܕܡܢܗܘܢ ܡܛܪܐ ܐܦ ܛܠܐ .
ܚܪܡ ܗܘ ܕܢܦܫ ܐܒܘܗܝ .

illustrium martyrum. Vicit autem sua diligentia omnem Græcorum sapientiam.

Uno verbo valebat
Multa exprimere sensa
Parabat quippe sibi thesaurum
Ad bellum adversus eas[1],

hæreses scilicet de quibus supra diximus, per virgines Deo sacratas, quæ assidue ad ecclesiam conveniebant. Constituit itaque illis doctrinam et docuit eas hymnos. Vespere porro et mane conveniebant in ecclesia ante sacrum officium et in martyriis, psallebant etiam in exequiis defunctorum; quod et fecit pro iis, quæ extra urbem aut in montibus degebant. Pulcher autem erat quando stans inter sorores voce decantabat laudes. Scripsit enim pro eis libros multos et fere innumerabiles etiam in lingua græca[2]. Fama ejus totum implevit orbem.

32. Cum evertisset omnes hæreses propalavit etiam fraudes Bardesanis eumque cum omnibus suis asseclis anathemate perculit sic locutus :

« Maledicta spes nostra si sit in
septem (*eonibus*)
Quæ confitetur Bardesanes[3].
Anathema sit qui dicit, ut ille dixit,
Pluviam et rorem ab illis descendere.

1 Hisce versibus præfigitur nomen auctoris « ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ Ephræmi. »

2 Acta vaticana non docent Ephræmum aliqua Scripta græce exarasse. Vide quæ diximus supra, sed asserunt S. doctorem hymnos scripsisse de Christi nativitate, baptismo, jejunio, passione, resurrectione, ascensione deque reliquis divinæ illius dispensationis mysteriis, de martyribus, de pœnitentia et de defunctis.

3 Versus heptasyllabi hic recitati conveniunt cum versibus in Actis vaticanis adductis. Observantur tamen satis multæ variæ lectiones. Eis in codice præfigitur nomen Ephræmi. Porro Bardesanem septem admisisse *conas* docet S. Ephræmus hymno 50 *Adversus hæreses, Opp. Syr lat.* II, 550 : « ܕܣܡ ܐܝ̈ܬܝܐ ܫܒܥܐ statuit eones septem. » Cfr. ibid. 553.

ܕܡܢܗܘܢ ܡܛܪܐ ܘܐܪ̈ܣܣܐ .
ܠܝܛ ܗܘ ܕܐܡܪ ܐܝܟ ܕܐܡܪ .
ܕܡܢܗܘܢ ܬܠܓܐ ܘܓܠܝܕܐ :
ܕܡܢܗܘܢ ܙܪ̈ܥܐ ܠܐܟܪ̈ܐ .
ܚܪܡ ܗܘ ܕܡܘܕܐ ܐܝܟ ܕܐܘܕܝ .
ܕܡܢܗܘܢ ܦܐܪ̈ܐ ܠܦܠܚܐ .
ܚܪܡ ܗܘ ܕܡܣܒܪ ܐܝܟܘܬܗ .
ܕܡܢܗܘܢ ܟܦܢܐ ܐܦ ܣܒܥܐ .
ܚܪܡ ܗܘ ܕܡܘܕܐ ܐܝܟ ܕܐܠܦ :
ܕܡܢܗܘܢ ܩܝܛܐ ܐܦ ܣܬܘܐ .
ܚܪܡܐ ܢܗܘܐ ܥܠ ܓܒܪܐ :
ܘܥܠ ܐܢܬܬܐ ܕܗܟܢ ܬܐܡܪ :
ܚܪܡܐ ܢܗܘܐ ܥܠ ܒܝܬܐ .
ܐܝܟܐ ܕܢܫܪܪ ܗܟܢܐ .
ܚܪܡ ܡܠܦܢܘܬܗ ܕܗܘ ܕܬܟܝܠܘܬܗ .
ܠܫܒܥܬܗ ܡܫܝܡܐ .
ܠܝܛ ܗܘ ܕܡܨܥܪ ܠܒܪܘܝܗ .
ܘܠܫܒ̈ܥܐ ܝܗܒ ܫܘܠܛܢܐ .
ܠܝܛ ܗܘ ܕܩܪܐ ܒܟܬ̈ܒܐ .
ܘܗܘܐ ܠܣܩܘܒܠܐ ܕܟܬ̈ܒܐ .
ܠܝܛ ܗܘ ܕܩܪܐ ܒܢܒܝ̈ܐ .
ܘܫܪܐ ܡ̈ܠܐ ܕܢܒܝ̈ܐ .
ܠܝܛ ܗܘ ܕܩܪܐ ܒܫ̈ܠܝܚܐ
ܘܠܐ ܩܐܡ ܓܒ ܡ̈ܠܝܗܘܢ .

ܕܒܠܝ

ܡܪܟ ܡܪܝܡ ܩܪܢܟ .
ܥܕܬܐ ܡܗܝܡܢܬܐ .
ܕܡܠܟܐ ܘܒܪ ܡܠܟܐ .
ܫܟܝܢ ܒܐܪܘܢܟ ܀

ܡܫܪܝܐ ܕܝܢ ܚܕ ܐܝܬ ܗܘܐ . ܘܟܠܝܘܡ ܝܬܒ ܗܘܐ . ܩܕܡ ܬܪ̈ܥܐ ܕܗܝܟܠܐ ܪܒܐ ܕܬܐܘܡܐ ܩܕܝܫܐ . ܘܩܪܝܒ ܗܘܐ . ܘܐܝܬ ܚܣܢܐ ܠܗ

Anathema sit qui asseverat, ut ille,
Ab illis esse imbres et pruinas.
Maledictus qui dicit, ut ille dixit,
Ab illis nivem et glaciem ;
Ab illis semina (nasci) agricolis.
Anathema sit qui profitetur, ut ille professus est,
Ab illis fructus (dari) agricolis.
Anathema qui putat, ut ille,
Ab illis (oriri) famem et satietatem.
Anathema qui profitetur, ut ille docuit,
Ab illis (esse) æstatem et hiemem.
Anathema viro
Et mulieri quæ sic loquitur.
Anathema domui
Ubi ita asseveratur.
Anathema sit doctrina illius
Qui spem suam reponit in septenario.
Maledictus qui probris afficit creatorem suum et septem (eonibus) dat imperium.
Maledictus qui legit Scripturas,
Et Scripturarum fit adversarius.
Maledictus qui legit Prophetas,
Et solvit verba Prophetarum.
Maledictus qui legit Apostolos,
Et non permanet in eorum verbis. »

Balæi[1].

« Dominus tuus exaltat cornu tuum
Ecclesia fidelis
Quia rex regisque filius
Sunt in arca tua. »

33. Erat quidam paralyticus qui quotidie sedebat ad portas templi magni Sancti Thomæ. Propinquis

Sanat paralyticum.

[1] Addit auctor ex Balæo, Ephræmi discipulo, quatuor versus pentasyllabos.

ܗܘܐ ܠܗ . ܘܟܕ ܡܢ ܝܘܡܝܢ ܚܕ ܐܬܐ ܗܘܐ
ܗܘ ܛܘܒܢܐ ܠܥܕܬܐ : ܚܙܝܗܝ ܠܡܫܪܝܐ ܗܢܐ
ܘܐܬܪܚܡ ܥܠܘܗܝ . ܘܚܪ ܠܟܠ ܓܒܝ̈ܢ .
ܘܟܕ ܚܙܐ ܕܠܐ ܩܐܡ ܐܢܫ . ܩܪܒ ܠܘܬܗ
ܘܐܡܪ ܠܗ . ܨܒܐ ܐܢܬ ܕܬܬܚܠܡ . ܗܘ ܕܝܢ
ܐܡܪ . ܐܝܢ ܡܪܝ . ܣܝܡ ܐܝܕܟ ܥܠܝ . ܘܐܡܪ
ܠܗ ܛܘܒܢܐ ܒܫܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܩܘܡ ܗܠܟ .
ܘܒܗ ܒܫܥܬܐ ܩܡ ܗܘܐ ܘܢܦܩ . ܘܡܫܒܚ
ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ ܀

destitutus mendicabat. Quadam die, quum in ecclesiam intrasset beatus Ephræm vidit hunc paralyticum et miseratione commotus circumspexit per diversas templi partes, et quum vidisset neminem adesse accessit ad eum : « Vis-ne, inquit, sanus fieri ? » Dixit ille : « Ita, Domine, impone manum tuam mihi. » Dixit illi Beatus : « In nomine Christi surge et ambula. » Et eadem hora surrexit et exivit glorificans Deum[1].

Renuit episcopus fieri.

ܘܡܢ ܒܬܪ ܐܪܒܥ ܫܢܝ̈ܢ . ܫܕܪ ܩܕܝܫܐ
ܒܣܝܠܝܘܣ ܠܘܬܗ ܬܪܝܢ ܡܫܡܫܢܐ ܢܟܦܐ
ܕܝܠܗ . ܕܐܝܠܝܢ ܬܐܘܦܝܠܘܣ ܘܬܐܘܡܐ .
ܐܝܟ ܕܢܥܒܕܘܢܝܗܝ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܐܡܪ
ܠܗܘܢ . ܚܙܘ ܟܕ ܥܐܠܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܐܘܪܗܝ .
ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܓܒܪܐ ܡܠܦܢܐ ܕܠܒܝܫ
ܪ̈ܘܩܥܐ . ܘܐܦ ܫܪܟܐ ܕܐܬܘ̈ܬܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ .
ܠܡܐܚܕܘܗܝ ܙܗܝܪܐܝܬ ܘܐܦ ܐܢ ܫܛܝܘܬܐ
ܡܣܬܟܠ . ܐܢܬܘܢ ܠܐ ܬܫܒܩܘܢܝܗܝ . ܘܟܕ ܐܙܠܘ
ܠܗ ܠܐܘܪܗܝ . ܝܕܥ ܗܘ ܩܕܝܫܐ . ܘܟܕ ܚܙܐ
ܐܝܟ ܕܡܫܐܠܝܢ ܗܘܘ ܥܠܘܗܝ . ܠܒܫܗ
ܗܘܐ ܠܡܥܛܦܗ ܦܠܝܢ ܒ̈ܩܐ . ܘܪܗܛ ܗܘܐ
ܒܫܘܩܐ ܘܐܟܠ ܗܘܐ ܠܚܡܐ : ܘܪܩ ܗܘܐ
ܪܘܩܗ . ܗܕܐ ܕܝܢ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܕܚܠ ܗܘܐ

34. Elapsis quatuor annis, Sanctus Basilius misit ad eum duos suos probatos ministros Theophilum et Thomam ut Ephræmum crearent episcopum[2] dixitque eis : « Attendite, quum ingrediemini Edessam, invenietis quemdam doctorem pannis indutum, » — cæteraque indicia descripsit eis — « sedulo apprehendite eum, nec dimittatis etiamsi stultitiam simulet. » Profecti igitur Edessam venerunt. Rei certior factus sanctus Ephræm, viso quod inquirerent de eo induit pallium pannosum et per plateam discurrere cœpit panem manducans et salivam evomens. Hoc faciebat præ timore

[1] Cfr. Acta vaticana n. 36.

[2] Quæ hic narrantur confirmat Sozomenus *Hist. Eccl.* III, 16 his verbis : « Decretum quo fuerat electus episcopus quidam ad eum attulerunt, ac simul eum comprehendere conabantur, tanquam ad ordinationem ducturi. Id cum præsensisset, statim in forum cucurrit : et indecore incedens ac vestem trahens, et in publico comedens, se pro insano spectandum exhibuit. Ubi vero qui illum comprehensuri venerant hominem mente captum esse arbitrati sunt, appetere eum ulterius ac persequi destiterunt, ille opportunitatem nactus aufugit et eo usque delituit donec alius ordinatus fuisset. » Præmiserat autem Sozomenus hanc narratiunculam : « Ephræmus, cum antea supra modum iracundus esset ; ex quo monasticam disciplinam excolere cœpit a nemine unquam visus est iratus. Quodam igitur tempore, cum multos per dies uti solebat jejunasset, minister qui ei cibum afferebat ollam fregit. Quem ille pudore ac metu constrictum animadvertens : bono animo esto, inquit ; eamus ad cibum quando ille ad nos non venit. Mox ad ollæ fragmenta sedens cœnavit. » Porro quod hic narratur Ephræmum episcopatum refugisse quarto anno a suo ad Basilium itinere, difficultatem patitur ex eo quod Syri communiter tradunt Ephræmum anno 373 obiisse. Cum enim Basilius episcopus ordinatus sit anno 370, Ephræm ab eo ordinatus diaconus non fuit ante hunc annum ; quare annus quartus nonnisi in annum 374 vel postea incidere potuit. Fieri potest ut vel error irrepserit in numero quarto, vel res chronologica aliter sit expedienda. De anno mortis Ephræmi disputabitur infra.

ܡܢ ܟܗܢܘܬܐ . ܘܟܕ ܫܐܠܘ ܕܡܢܘ . ܐܬܐܡܪ
ܠܗܘܢ ܕܗܘܝܘ ܐܦܪܝܡ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܣܒܪܘܗܝ
ܫܛܝܐ ܘܗܦܟܘ ܠܘܬ ܒܣܝܠܝܘܣ . ܘܟܕ
ܚܙܐ ܐܢܘܢ ܐܣܬܟܠ . ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܡܛܠ
ܡܢܐ ܫܒܩܬܘܢܝܗܝ . ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪܘ . ܐܘ
ܐܒܘܢ ܡܛܠ ܕܚܙܝܢܝܗܝ ܠܓܒܪܐ ܕܫܛܝܐ
ܗܘ . ܐܗܡܝܢ ܫܒܩܢܗ . ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ
ܠܗܘܢ ܐܘ ܠܡܪܓܢܝܬܐ ܡܝܩܪܬܐ ܕܡܟܣܝܐ
ܘܡܣܦܐ . ܘܥܠܡܐ ܠܐ ܝܕܥ ܠܗ . ܐܢܬܘܢ ܓܝܪ
ܐܢܬܘܢ ܫܛܝܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܓܡܝܪܐ ܗܘ ܀

ܗܘܘ ܠܗ ܕܝܢ ܠܛܘܒܢܐ ܡܪܚܡܐ ܐܢܫܐ
ܓܡܝܪܐ ܘܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܣܒܐ ܝܚܝܕܝܐ . ܓܒܪܐ
ܕܡܫܒܚ ܗܘܐ ܒܟܠܗ ܕܚܠܬ ܐܠܗܐ . ܘܟܕ ܡܝܬ
ܣܡ ܥܠܘܗܝ ܡܕܪܫܐ : ܒܗ ܟܬܒ ܒܗܘܢ
ܟܠܗܘܢ ܕܘܒܪܘܗܝ . ܡܛܠ ܕܝܬܝܪ ܡܝܩܪ
ܗܘܐ ܠܗ ܓܒܪܐ . ܘܐܦ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܣܓܝܐܐ ܘܐܢܫܐ ܟܐܢܐ ܕܒܙܒܢܗ ܗܘܘ
ܒܟܠܗܘܢ . ܘܐܦ ܥܠܝܗܘܢ ܣܡ ܡܕܪܫܐ .
ܢܩܠܘ ܕܝܢ ܒܙܒܢܗ ܐܦ ܢܝܩܘܡܕܝܐ . ܘܐܟܬܒ
ܥܠܝܗ . ܘܐܟܬܒ ܬܘܒ ܥܠ ܢܨܝܒܝܢ ܡܕܝܢܬܐ .
ܘܐܦ ܥܠ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܕܝܠܗ . ܐܝܟ ܕܗܘܐ ܠܗ ܡܠܦܢܐ . ܒܬܪ ܕܝܢ
ܥܠ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ ܘܐܦ ܥܠ
ܣܓܝܐܐ ܐܚܪܢܐ . ܦܫܩ ܕܝܢ ܠܥܬܝܩܬܐ
ܘܚܕܬܐ . ܩܡܘ ܕܝܢ ܘܐܬܘ ܒܙܒܢܗ ܡܚܘܬܐ
ܣܓܝܐܐ ܘܐܟܬܒ ܥܠܝܗܝܢ . ܬܘܒ ܣܡ
ܡܕܪܫܐ . ܥܠ ܫܡܘܢܐ ܘܓܘܪܝܐ ܕܐܣܗܕܘ ܗܘܘ
ܒܐܘܪܗܝ ܀

ܒܙܒܢܗ ܕܝܢ ܐܬܐ ܥܡܐ ܕܗܘܢܝܐ ܠܐܘܪܗܝ
ܘܐܬܟܪܝܬ ܡܕܝܢܬܐ . ܘܠܐ ܐܝܟ ܢܦܫ ܗܘܐ

sacerdotii. Quum inquisiissent quis esset audiverunt ipsum esse Ephræmum; sed eum amentem reputantes regressi sunt ad Basilium. Qui, cum vidisset eos, re intellecta, dixit eis: « Cur dimisistis eum? » Responderunt: « O pater, quia vidimus eum amentem esse neglеximus eum. » Ipse autem dixit: « O margarita pretiosa et abdita quam mundus non cognoscit! Vos amentes estis et ille perfectus. »

35. Fuerunt autem beato Ephræmo multi amici viri perfecti atque sancti: Mar Saba monachus, vir pietate eximius. Quo mortuo composuit in eum hymnos, quibus descripsit omnem ejus vitæ rationem, quia hunc virum plurimum venerabatur[1]. Ephræmi coætanei fuerunt multi episcopi et viri justi in quos hymnos composuit[2]. Ejus etiam tempore cecedit Nicomedia, in quam etiam scripsit; scripsit pariter de urbe Nisibi et de illius episcopo Jacobo, suo præceptore.. Scripsit denique de Constantino victore aliisque multis[3]. Fecit Commentaria in Vetus et Novum Testamentum. Venerunt ejus ætate multa flagella et scripsit de illis. Præterea hymnos composuit de Samona et Guria qui martyrium Edessæ passi sunt. Ejus amici.

36. Ejus autem tempore Hunnorum populus Edessam invasit. Urbs

[1] Isti hymni e codd. Musæi britanici descripti in hoc opere prodibunt.

[2] Scripsit hymnos in episcopos Nisibis: Jacobum, Babu, Vologesem et Abraham, et in Vitum, Harani episcopum. Hos hymnos edidit Bickell, *Carmina Nisibena* ubi et hymni in Nisibin primo loco occurrunt. Scripsit etiam vitam Abrahæ Qidunæi et hymnos in eum quos edituri sumus.

[3] Scripsit hymnos in 40 martyres Sebastiæ quos edituri sumus. Plura etiam composuit contra Julianum apostatam quæ ab Overbeek edita sunt.

ܠܘܩܒܠܗܘܢ. ܘܒܙܘ ܘܐܚܪܒܘ ܠܟܠܗ ܒܝܪܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܘܣܠܩܘ ܠܛܘܪܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܥܠ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ. ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܥܘܡܪܐ ܣܓܝܐܐ ܕܒܢܝ ܩܝܡܐ ܕܓܒܪܐ ܘܕܢܫܐ. ܪܕܦܘ ܕܝܢ ܠܓܒܪܐ ܕܒܗܘܢ. ܘܡܢܗܘܢ ܥܪܩܘ. ܘܡܢܗܘܢ ܕܒܪܘ ܒܫܒܝܐ ܐܙܠܘ ܕܝܢ ܥܠ ܗܠܝܢ ܒܢܬ ܩܝܡܐ ܘܒܙܘ ܠܥܘܡܪܝܗܝܢ. ܘܠܗܝܢ ܪܕܦܘ. ܘܐܝܬ ܗܘܝ ܡܢܗܝܢ ܕܛܢܦܘ ܗܘܘ ܠܗܝܢ. ܘܠܐ ܫܒܩܘ ܡܕܡ ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܠܐ ܚܒܠܘܗܝ. ܗܝܕܝܢ ܗܘ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܐܟܬܒ. ܥܠ ܟܠ ܡܐ ܕܣܥܪܘ ܗܠܝܢ ܪܫܝܥܐ ܀

ܦܫ ܕܝܢ ܒܚܝܐ ܗܘ ܩܕܝܫܐ. ܥܕܡܐ ܠܙܒܢܘ ܕܐܘܠܢܣ ܪܫܝܥܐ. ܘܒܗ ܒܙܒܢܗ ܕܩܕܝܫܐ ܐܬܐ ܗܘ ܗܘ ܪܫܝܥܐ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܪܕܦ ܠܟܠܗܘܢ ܪ̈ܥܝܐ ܒܢܝ ܫܪܪܐ ܘܠܟܠܗܘܢ ܡ̈ܕܒܪܢܝܗܘܢ ܐܬܐ ܗܘܐ ܠܐܘܪܗܝ ܗܘ ܗܘ ܪܫܝܥܐ: ܒܝܘܡܝ ܒܪܣܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܠܗ̇ ܕܡܕܝܢܬܐ ܘܫܪܐ ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܟܕ ܚܝܠܗ ܟܢܫ. ܘܫܠܚ ܠܗܘܢ ܠܒܢܝ ܡܕܝܢܬܐ. ܕܢܦܩܘܢ ܠܘܬܗ ܘܢܐܡܪܘܢ ܡܢܐ ܨܒܝܢ. ܒܢܝ ܕܝܢ ܒܢܝ ܡܕܝܢܬܐ ܡܟܢܫܝܢ ܗܘܘ ܒܗܝܟܠܐ ܪܒܐ ܕܬܐܘܡܐ ܫܠܝܚܐ. ܘܒܗ ܚܒܝܫܝܢ ܗܘܘ ܒܨܠܘܬܐ ܥܡ ܪܥܝܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܘܟܕ ܐܘܪܟ ܘܠܐ ܢܦܩܘ. ܦܩܕ ܠܚܕ ܡܢ ܪ̈ܫܝ ܚܝܠܐ ܕܝܠܗ. ܕܢܥܘܠ ܘܢܩܛܘܠ ܐܢܘܢ. ܗܘ ܕܝܢ ܡܕܒܪܢܐ ܕܡܪܚܡܢܐ ܗܘܐ. ܫܠܚ ܠܗܘܢ ܕܢܦܩܘܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܡܗܝܡܢܐ. ܟܕ ܒܨܠܘܬܐ ܦܝܫܝܢ ܗܘܘ.

clausa est et nemo exivit contra eos; depopulati sunt ac vastarunt totam arcem civitatis et ascenderunt in montem urbi imminentem in quo plurima erant cœnobia virorum ac mulierum Deo sacrarum. Persecuti sunt monachos quorum pars fugit, pars in captivitatem ducta est. Progressi sunt contra virgines Deo consecratas et diripuerunt cœnobia earum easque persecuti sunt, sunt etiam quas constuprarunt. Extra urbem nihil intactum reliquerunt. Tunc Sanctus Ephræmus scripsit contra facinora ab istis execrandis perpetrata.

37. Vivus autem permansit S. Ephræmus usque ad tempora impii Valentis[1]. Ephræmi igitur tempore venit impius ille imperator, et postquam persecutus esset pios omnes pontifices eorumque greges, Edessam advenit in diebus Barsetis hujus urbis episcopi. Cum suas vires adunasset, castra posuit extra urbem; tunc jussit incolas urbis ad se exire et quid vellent sibi significare. Incolæ autem urbis congregati erant in magno Thomæ apostoli templo, orationi instantes cum suo pastore. Cum aliquamdiu expectavisset nec exirent, jussit cuidam e ducibus sui exercitus ut urbem ingrederetur et incolas trucidaret. Dux autem ille, ut erat indolis benignæ, monuit eos ut

[1] Pro Valente Acta vaticana falso obtrudunt Julianum imperatorem, quum ille anno 363 defunctus sit. Porro Socrates *Hist. eccl.* IV, 18 prorsus confirmat ea quæ hic habentur. « Sed ea, inquit, quæ Edessæ in Mesopotamia facta sunt nefas arbitror silentio prætérire. In ea urbe ilustris ac splendida est basilica S. Thomæ apostoli, in qua propter loci sanctitatem collectæ sine intermissione celebrantur. Hanc imperator (Valens) videre cupiens, cum sciret universam convenientium multitudinem hæresim suam detestari ipse manu sua præfectum percussisse fertur quod illos inde etiam expellendos non curasset. » Totam deinde rei seriem narrat prout hic habetur. Concinunt Theodoretus *Hist. eccl.* IV, 14-15; Sozomenus *Hist. eccl.* VI, 18, qui tamen insinuant Barsem episcopum tunc exulem fuisse.

ܣܓܝܐܬܐ ܡܫܐܠܬܐ . ܘܡܠܟܐ ܬܘܒ ܫܕܪ
ܠܘܬܗܘܢ . ܘܟܕ ܥܒܪ ܗܘܐ ܒܚܕ ܡܢ ܫܘ̈ܩܐ
ܕܡܕܝܢܬܐ . ܘܗܐ ܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܡܗܝܡܢܬܐ :
ܕܒܪܐ ܗܘܬ ܠܬܪܝܢ ܒܢܝ̈ܗ̇ ܘܪܗܛܐ ܗܘܬ
ܠܗܝܟܠܐ . ܘܟܕ ܐܪܥܬܗ ܠܗܘܦܐ . ܦܣܩܬ
ܠܓܘܢܝ ܕܥܡܗ . ܘܡܗܠܟܐ ܕܠܐ ܕܚܠܐ . ܗܘ
ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܐ ܠܗ̇ ܬܡܗ . ܘܦܩܕ ܕܢܩܪܒܘܢܗ̇ . ܘܟܕ
ܐܬܬ ܐܡܪ ܠܗ̇ . ܠܐܝܟܐ ܐܙܠܐ ܐܢܬܝ . ܗܝ ܕܝܢ
ܐܡܪܐ ܠܗ . ܕܫܡܥܬ ܥܠ ܩܛܠܐ ܒܝܫܐ ܘܢܟܠܐ
ܕܐܬܛܝܒ ܥܠ ܕܚ̈ܠܘܗܝ ܕܐܠܗܐ . ܘܪܗܛܐ ܐܢܐ
ܕܐܬܟܠܠ ܥܡܗܘܢ . ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗ̇ .
ܘܗܠܝܢ ܛܠ̈ܝܐ ܕܐܬܝܢ ܥܡܟܝ ܒܢ̈ܝܟܝ ܐܢܘܢ ܀
ܗܝ ܕܝܢ ܐܡܪܐ ܒܢ̈ܝ ܐܢܘܢ . ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܒܥܝܢ
ܕܢܗܘܐ ܩܘܪܒܢܐ ܠܡܪܝܐ . ܗܘ ܕܝܢ ܬܡܗ ܥܠ
ܚܘܒܗ ܚܡܝܡܐ ܕܥܡܐ ܕܡܘܬܐ ܘܗܦܟ
ܐܘܕܥ ܗܠܝܢ ܠܡܠܟܐ . ܐܦ ܗܘ ܐܬܕܡܪ .
ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܢܦܩܘ ܥܡ ܪܥܝܐ ܕܝܠܗܘܢ .
ܘܟܕ ܚܙܐ ܨܒܝܢܗܘܢ ܀ ܫܪܐ ܠܪܥܝܐ ܛܒܐ .
ܘܠܟܗ̈ܢܐ ܕܥܡܗ . ܘܐܬܦܢܝܘ . ܐܙܠ ܒܒܗܬܬܐ
ܘܗܟܢܐ ܦܨܝ ܗܝܡܢܘܬܗ ܕܡܕܝܢܬܐ ܐܘܪܗܝ
ܡܢ ܡܘܬܐ ܀

exirent. Illi autem, spreto jussu, in oratione perseverarunt enixe et cum gemitu orantes. Rursus misit ad eos, et, cum transiret per aliquem civitatis vicum, ecce mulier fidelis ducebat duos filios suos et festinabat ad templum. Duci obviam facta inter ejus satellites transiit et ibat absque metu. Qua visa, dux obstupuit et jussit eam ad se adduci. Quæ cum advenisset, dixit ei : « Quo vadis ? » Respondit mulier : « Audivi de cæde nefaria quæ parata est Deum timentibus et propero ut cum eis coronam accipiam. » Rursus autem dux : « Isti autem pueri tecum gradientes, suntne filii tui ? » « Filii mei sunt, inquit, ego et illi preces fundimus ut efficiamur oblatio Domino. » Miratus est dux ardens populi ad mortem desiderium. Reversus igitur nuntiavit hæc imperatori qui et ipse rem miratus est. Tandem egressi sunt incolæ cum pastore suo. Cognita autem voluntate eorum, imperator liberos remisit bonum pastorem et sacerdotes ejus qui illico profecti sunt ; ipse vero abiit pudore suffusus. Sic Edessa a morte liberata est, per fidem incolarum suorum.

ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܟܕ ܚܙܐ ܗܠܝܢ ܀ ܐܦܪܝܡ
ܟܬܒ ܟܕ ܐܡܪ :

38. Quod conspiciens beatus Ephræm de Edessa in hunc modum scripsit : Carmen de Edessæ liberatione.

ܬܪ̈ܥܐ ܕܒ̈ܬܐ ܕܦܬܝܚܝܢ .
ܫܒܩܘ ܐܘܪ̈ܗܝܐ ܟܕ ܢܦܩܘ .
ܥܡ ܪܥܝܐ ܠܩܒܪܐ ܕܢܡܘܬܘܢ ܀
ܘܠܐ ܢܫܚܠܦܘܢ ܗܝܡܢܘܬܗܘܢ .
ܡܕܝܢܬܐ . ܘܚܨܢܐ ܘܒܢܝ̈ܢܐ ܀
ܘܒ̈ܬܐ ܠܡܠܟܐ ܢܫܬܠܡܘܢ ܀

« Januas domorum apertas
Edesseni reliquerunt dum exirent
Cum pastore ad sepulchrum ut
morerentur
Et fidem suam non immutarent.
Urbs et arx (?) et ædificia
Domusque regi dentur,

ܩܢܝܢܐ ܘܕܗܒܐ ܢܫܒܘܩ .
ܘܠܐ ܢܫܚܠܦ ܗܝܡܢܘܬܢ .
ܐܘܪܗܝ ܡܠܝܬ ܢܟܦܘܬܐ .
ܡܠܝܬ ܗܘܢܐ ܘܣܘܟܠܐ .
ܠܒܝܫܬ ܛܥܡܐ ܕܪܥܝܢܐ .
ܐܣܘܪ ܚܨܝܗ̇ ܗܝܡܢܘܬܐ .
ܙܝܢܗ̇ ܫܪܪܐ ܙܟܐ ܟܠ .
ܟܠܝܠܗ̇ ܚܘܒܐ ܡܪܝܡ ܟܠ .
ܡܫܝܚܐ ܢܒܪܟ ܠܥܡܘܪ̈ܝܗ̇ .
ܐܘܪܗܝ ܕܫܡܗ̇ ܫܘܒܚܘܗܝ :
ܘܫܡ ܟܪܘܙܗ̇ ܬܫܒܘܚܬܗ̇ .
ܡܕܝܢܬܐ ܡܪܬ ܚܒܪ̈ܬܗ̇ .
ܡܕܝܢܬܐ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܛܠܠܐ .
ܕܗܝ ܐܘܪܫܠܡ ܕܫܡܝܐ .

ܟܕ ܕܝܢ ܚܙܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܕܡܫܝܚܐ : ܕܕܥܟܘ ܒܗ̇ ܟܠܗܘܢ ܐ̈ܪܣܝܣ . ܘܢܨܚܐ ܗܘܬ ܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ : ܢܦܩ ܠܛܘܪܐ ܘܚܒܫ ܢܦܫܗ ܐܝܟܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܡܩܕܡܝܢ ܀

Peccatrix cæsareensis ad eum mittitur.

ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘ . ܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܬ ܡܢ ܩܣܪܝܐ . ܘܛܒ ܚܛܝܐ ܗܘܬ ܘܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܬ ܒܪܬ ܛܘܗܡܐ . ܒܙܒܢܗ ܕܝܢ ܕܩܕܝܫܐ ܒܣܝܠܝܘܣ . ܘܡܢ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ̇ ܒܩܕܝܫܐ . ܝܬܒܬ ܘܟܬܒܬ ܒܟܪܛܝܣܐ ܟܠܗܘܢ ܣܟ̈ܠܘܬܗ̇ . ܘܐܬܬ ܘܩܪܒܬܗ̇ ܠܟܪܛܝܣܐ ܠܒܣܝܠܝܘܣ . ܟܕ ܡܬܟܫܦܐ ܠܗ ܘܒܥܝܐ ܡܢܗ . ܕܢܬܟܫܦ ܚܠܦܝܗ̇ ܠܐܠܗܐ : ܕܢܫܬܒܩܢ ܠܗܘܢ ܣܟ̈ܠܘܬܗ̇ . ܗܘ ܕܝܢ ܩܕܝܫܐ ܠܥܣܩ ܐܬܛܦܝܣ ܠܗ̇ ܠܐܢܬܬܐ . ܘܢܣܒܗ̇ ܠܟܪܛܝܣܐ ܕܒܗ ܟܬܝܒܢ ܗܘܝ ܣܟ̈ܠܘܬܐ . ܘܐܝܬܝ ܘܣܡܗ̇ ܩܕܡ ܡܪܝܐ . ܘܗܟܢܐ ܒܝܕ ܨܠܘ̈ܬܗ ܕܩܕܝܫܐ ܘܒܝܕ ܗܝܡܢܘܬܗ̇ ܕܐܢܬܬܐ . ܐܬܠܚܝܘ

Bona aurumque cedamus
Ut fidem non immutemus.
O Edessa, plena castitatis !
Plena prudentiæ et intelligentiæ,
Induta mentis judicio.
Cingulum renum ejus est fides,
Armatura ejus veritas omnium victrix,
Corona ejus charitas omnium exaltatrix,
Christus benedicat ejus incolas !
Edessa cujus nomen gloria Christi est,
Et nomen prædicatoris ejus laus urbis,
Urbs sociarum domina,
Urbs quæ umbra est
Jerusalem cœlestis [1].

Quum autem vidisset in urbe Christi extinctas omnes hæreses orthodoxamque fidem triumphare secessit in montem et inclusit se ubi erat prius.

39. Hoc autem tempore erat Cæsareæ mulier quædam nobilis et valde peccatrix. Tempore autem S. Basilii et propter fidem quam in sanctum virum habebat, scripsit in charta omnia peccata sua et veniens chartam obtulit Basilio deprecans eum rogansque ut ille pro ipsa Deum exoraret ut delerentur omnia illius peccata. Sanctus autem vir ægre a muliere persuasus tandem apprehendit chartam in qua descripta erant peccata eamque attulit et posuit coram Domino. Sic porro per preces sancti viri et per fidem mulieris deleta sunt de charta omnia peccata ejus. Remansit tamen pec-

[1] Iste hymnus sensu non verbis convenit cum illo qui recitatur in Actis vaticanis.

ܟܠܗܘܢ. ܚܕ ܕܝܢ ܚܛܗܐ ܕܗܘܐ ܪܒ ܗܘܐ
ܡܢ ܟܠܗܘܢ. ܘܟܕ ܦܬܚܬܗ ܘܐܫܟܚܬܗ
ܠܚܘܒܐ. ܢܦܠܬ ܩܕܡܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ ܟܕ ܡܬܟܫܦܐ
ܠܗ ܡܛܠ ܚܛܗܐ ܗܢܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ
ܠܗ. ܒܪܬܝ. ܗܘ ܕܥܛܐ ܐܝܟ ܒܪܚܡܘܗܝ
ܠܣܘܓܐܐ ܕܚܛܗܝܟܝ. ܗܘ ܐܦ ܠܚܘܒܐ
ܗܢܐ ܒܪܚܡܘܗܝ. ܐܢ ܗܘ ܗܟܝܠ
ܕܡܣܝܒܪܐ ܐܢܬܝ. ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܫܘܒܩܢܐ ܬܣܒܝܢ.
ܐܠܐ ܐܦ ܠܛܝܒܘܬܐ ܫܘܝܐ ܬܗܘܝܢ. ܒܪܡ ܩܘܡܝ
ܐܙܠܝ ܠܛܘܪܐ ܕܐܘܪܗܝ. ܘܬܡܢ ܡܫܟܚܐ ܐܢܬܝ
ܠܓܒܪܐ ܩܕܝܫܐ. ܕܡܠܐ ܒܟܠܗ ܡܝܬܪܘܬܐ.
ܕܫܡܗ ܐܦܪܝܡ. ܘܐܘܫܛܝ ܟܪܛܝܣܟܝ
ܠܗ. ܘܗܘ ܡܫܒܩ ܠܟܝ
ܠܚܛܗܝܟܝ. ܟܕ ܗܠܝܢ ܫܡܥܬ ܐܢܬܬܐ.
ܦܢܝܬ ܒܫܠܡܐ ܡܢ ܩܕܝܫܐ. ܘܐܬܟܪܟܬ
ܡܢܗ. ܘܐܙܠܬ ܡܗܠܟܬ ܗܘܝ ܐܢܬܬܐ.
ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܦܢܝܬ ܠܕܘܟܬܐ ܗܝ ܕܐܬܚܘܝܬ
ܠܗ. ܒܥܬ ܠܒܝܬܗ ܕܗܘ ܩܕܝܫܐ. ܘܟܕ
ܐܫܟܚܬܗ ܠܩܠܝܬܗ. ܩܥܬ ܗܘܬ ܘܐܡܪܐ.
ܐܬܪܚܡ ܥܠܝ ܩܕܝܫܗ ܕܐܠܗܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ
ܐܬܦܢܝ ܘܚܪܗ. ܐܬܝܕܥ ܠܨܒܘܬܗ ܒܪܘܚ.
ܘܐܡܪ ܠܗ ܦܪܘܩܝ ܡܢܝ ܐܢܬܬܐ. ܡܛܠ
ܕܒܪܢܫܐ ܐܢܐ ܚܛܝܐ. ܗܝ ܕܝܢ ܫܕܬ ܟܪܛܝܣܐ
ܘܐܡܪܐ. ܐܦܣܩܘܦܐ ܫܕܪܢܝ ܠܘܬܟ.
ܐܝܟ ܕܬܒܥܐ ܠܐܠܗܐ. ܘܬܬܥܛܐ ܚܛܗܬܐ ܗܕܐ
ܕܥܒܕܬ. ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܚܛܗܝ ܣܛܪ ܡܢ
ܗܕܐ. ܗܘ ܡܒܥܐ ܥܠܝ ܡܢ ܐܠܗܐ: ܘܟܕ
ܒܨܠܘܬܗ ܐܬܥܛܝܘ. ܐܢܬ ܕܝܢ ܠܐ ܬܒܣܐ ܕܬܒܥܐ
ܘܬܬܟܫܦ ܚܠܦܝ ܠܐܠܗܐ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܕ
ܚܛܗܐ. ܫܕܪܢܝ ܓܝܪ ܠܘܬܟ. ܐܡܪ ܠܗ
ܗܘ ܩܕܝܫܐ. ܠܐ ܒܪܬܝ ܠܐ. ܐܠܐ ܗܘ ܕܐܬܡܨܝ
ܠܡܫܒܩܘ ܣܘܓܐܐ. ܗܘ ܡܫܟܚ ܕܢܥܛܐ
ܐܦ ܠܗܢܐ. ܝܬܝܪ ܡܢܝ. ܐܙܠܝ ܗܟܝܠ ܠܐ
ܬܬܘܚܪܝܢ. ܐܝܟ ܕܬܐܪܥܝܗܝ. ܩܕܡ ܕܡܢ

catum quoddam ceteris majus. Quum autem illa, aperta charta, hoc invenisset, cecidit ad pedes sancti viri eum deprecans pro isto peccato. Qui dixit ei : « Filia, qui sua misericordia delevit multitudinem peccatorum tuorum etiam hoc per misericordiam suam delebit. Si igitur perseveras non tantum condonationem accipies, sed etiam gratia digna eris. Sed vade ad montem Edessæ et ibi invenies virum sanctum omnibus virtutibus præstantem nomine Ephræm, offer ei chartam tuam et ipse condonabit tibi peccatum tuum. » Hisce auditis mulier a sancto viro, benedictione accepta, recessit et confestim profecta est. Quum pervenisset ad locum ipsi designatum, inquisivit sanctum Ephræm et cum invenisset cellam ejus exclamans dixit : « Miserere mei, sancte Dei. » Ille autem circumspiciens cum eam intuitus esset per spiritum rem cognovit et dixit ei : « Recede a me mulier quia homo peccator sum. » Illa autem, projecta charta, dixit : « Archiepiscopus misit me ad te ut Deum depreceris et deleatur peccatum quod commisi ; omnia enim peccata mea, præter hoc, oratione sancti viri deleta sunt ; tu autem ne renuas poscere et deprecari Deum pro me propter istud unum peccatum. Misit quippe me ad te. » Respondit illi sanctus vir : « Non, filia, non ; sed qui potuit condonare multa potest et hoc delere potius quam ego : vade igitur sine mora ut eum attingas antequam ab hac vita recedat. » Illico mulier, petita

ܐܪܓܐ . ܡܫܡܫܢܐ ܡܢ ܣܢܐ ܗܘܬ . ܐܢܬܬܐ ܕܝܢ
ܕܗܦܟܬ ܠܡܕܝܢܬܐ ܩܣܪܝܐ ܫܠܕܗ . ܘܗܘܐ ܡܬܕܒܪ
ܠܒܝܬ ܩܒܘܪܐ ܚܙܬܗ . ܗܝ ܕܚܙܬܗ ܘܩܥܬ
ܡܬܒܠܒܠܐ . ܐܢܬܬܐ ܕܝܢ ܟܕ ܚܙܬ ܥܦܪܐ ܗܘܬ
ܡܬܥܠܐ : ܟܕ ܡܬܕܝܢܐ ܥܡ ܩܕܝܫܐ : ܘܐܡܪܐ
ܘܝ ܠܝ ܥܒܕܗ ܕܐܠܗܐ . ܠܡܢܐ ܫܕܪܬܢܝ ܠܐܬܪܐ
ܪܚܝܩܐ ܕܐܬܟܠܐ : ܘܐܚܙܝܟ ܟܕ ܡܬܕܒܪ ܐܢܬ
ܘܗܐ ܗܦܟܬ ܣܪܝܩܐܝܬ . ܢܚܙܐ ܐܠܗܐ ܘܢܕܘܢ
ܒܝܢܝ ܘܒܝܢܟ . ܕܟܕ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܟ ܕܬܫܪܝܢܝ
ܠܐܚܪܢܐ ܫܕܪܬܢܝ . ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܡܠܠܬ ܘܫܕܬ
ܟܬܒܐ ܥܠ ܥܪܤܐ . ܘܬܢܬ ܠܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ
ܫܪܒܗ . ܐܚܕ ܕܝܢ ܚܕ ܡܢ ܩܠܝܪܘܤ
ܠܟܬܒܐ ܟܕ ܨܒܐ ܕܢܕܥ ܡܢܐ ܗܘ ܚܛܗܐ .
ܘܟܕ ܫܪܝܗ ܡܕܡ ܠܐ ܐܫܟܚ ܕܟܬܝܒ ܒܗ
ܘܩܥܐ ܒܩܠܐ ܪܒܐ ܘܐܡܪ ܠܐܢܬܬܐ . ܟܬܒܟܝ
ܠܐ ܟܬܝܒ ܐܘ ܐܢܬܬܐ . ܗܕܐ ܕܝܢ ܗܘܬ ܐܬܐ
ܕܢܫܬܒܚ ܐܠܗܐ ܒܩܕܝܫܘܗܝ . ܗܟܢܐ ܒܨܠܘܬܗ
ܕܒܤܝܠܝܘܤ ܘܕܩܕܝܫܐ ܐܦܪܝܡ . ܘܒܗܝܡܢܘܬܗ
ܘܒܥܡܠܗ ܕܐܢܬܬܐ . ܟܠܗܘܢ
ܚܛܗܝܗ ܐܬܥܛܝܘ ܀

ܗܘ ܕܝܢ ܛܘܒܢܐ ܐܦܪܝܡ ܥܠ ܡܘܬܗ
ܕܡܪܝ ܒܤܝܠܝܘܤ ܛܒ . ܘܐܬܥܒܕ
ܠܘܬܗ ܡܕܪܫܐ . ܟܕ ܡܫܒܚ ܠܟܠܗܘܢ
ܕܘܒܪܘܗܝ ܕܒܐܠܗܐ ܀

benedictione, reversa est in urbem Cæsaream. Ecce corpus sancti viri deducebatur. Quod cum vidisset mulier clamare cœpit in pulvere se volutans et cum sancto contendens hisce sermonibus : « Væ mihi, serve Dei, quare misisti me in longinquam regionem ut retardarer et viderem te quando deduceris. Ecce frustra reversa sum. Videat Deus et judicet inter me et te, quia cum posses me absolvere ad alterum misisti. » Talia locuta projecit chartam super feretrum et narravit toti urbi suam historiam. Occurrens autem aliquis de clero apprehendit chartam scire volens quodnam esset peccatum ; et cum solvisset eam nihil prorsus in ea scriptum reperit ; clamans porro voce magna dixit mulieri : « Charta tua scripta non est, o mulier. » Factum est hoc signum ut Deus in sanctis suis clarificaretur. Sic per orationem Basilii et sancti Ephræmi ac per fidem mulieris ejusque laborem omnia ejus peccata fuere deleta[1].

40. Beatus autem Ephræmus de morte sancti Basilii valde afflictus fuit scripsitque in eum hymnos[2], quibus totam ejus in Deo vitam collaudat.

[1] Istud peccatricis factum fusius narratur in Actis vaticanis et in Vita Basilii et Ephræmi Amphilochio tributa (S. Ephræmi *Opp. Græco-lat.* I, proleg. XXXVII.) Legitur etiam in *Vitis Patrum* a Rosweido editis ap. Migne *Patrol lat.* LXXIII, col. 307-309. At in antiquissimo codice vallicelliano, ubi habetur hæc eadem narratio quæ in codd. recentioribus Amphilochio erronee tribuitur, ista narratio deest. Illius nulla mentio fit a S. Gregorio Nysseno, a Sozomeno, a Metaphraste, nec ab anonymo græco quem edidit Vossius. Porro simile factum legitur in *Vita Joannis Eleemosynarii* (*Patrol. lat.* LXXIII. col. 380-382.) Merito itaque suspecta habetur, eo vel magis quod Ephræmus jam tunc ut infra demonstrabitur, e vita migraverat et quod nihil tale in vita Basilii referatur.

[2] Acta vaticana « habuit hymnos et sermones. » Exstat inter opera græca S. Ephræmi (*Opp. græco-lat.* II, 289, sqq.) encomium in S. Basilium, in quo S. Basilii virtutes, pietas et miracula celebrantur. Refert Ephræmus se divino monitu ad Basilium accessisse, laudibus extollit Basilii in resistendo Valenti imperatori constantiam, miraculum refert hac occasione in filium Valentis patratum, aliudque miraculum quo

ܟܕ ܚܝܐ ܗܘܐ ܗܢܐ ܡܕܒܪ ܚܝ̈ܐ ܕܟܝ̈ܐ .
ܘܠܟܠ ܕܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܠܘܬܗ ܡܒܝܐ ܗܘܐ .
ܠܚܪܬܐ ܕܝܢ ܢܦܩ ܠܒܪ ܡܢ ܩܠܝܬܗ .
ܡܬܛܠܨܐܝܬ ܥܠܬܐ . ܟܦܢܐ ܓܝܪ ܚܣܝܢܐ ܡܥܝܩ
ܗܘܐ ܥܠ ܐܘܪܗܝ . ܘܟܕ ܚܣ ܥܠ ܒܢܝܐ
ܕܐܢܫܐ ܕܐܒܕܝܢ ܗܘܘ . ܐܡܪ ܠܘܬ ܗܢܘܢ ܕܐܚܕܝܢ
ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܥܒܘܪܐ ܒܐܘܨܪ̈ܐ . ܘܚܙܐ ܗܘܐ
ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܡܪܚܡܢܘܬܐ . ܥܕܡܐ
ܠܐܡܬܝ ܠܐ ܦܢܝܢ ܐܦܝܟܘܢ ܥܠ ܠܒܟܘܢ
ܡܪܚܡܢܘܬܗ ܕܐܠܗܐ : ܐܠܐ ܥܘܬܪܟܘܢ ܡܩܛܪܓ
ܠܟܘܢ ܘܡܚܝܒܐ ܕܢܦܫܬܟܘܢ . ܘܗܢܘܢ
ܟܕ ܫܡܥܘ ܐܬܡܠܟܘ ܘܐܡܪܘ ܠܗ . ܠܝܬ
ܠܢ ܐܢܫ ܕܢܗܝܡܢܘܗܝ ܥܠ ܦܪܢܣܐ ܕܐܝܠܝܢ
ܕܗܘܘ ܦܢܝܢ ܡܢ ܟܦܢܐ . ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ
ܒܢܝܢܫܐ . ܢܟܠܝܢ ܘܡܬܢܟܠܝܢ ܥܠ ܣܘܥܪܢܐ
ܗܢܐ . ܘܗܘ ܡܫܠܡܢ ܦܢܐ ܐܢܐ ܢܦܫܝ
ܠܟܠܗܘܢ ܐܟܣܢܕܘܟܝܐ ܘܫܠܡܘ ܠܗ ܪܒ
ܒܝܬܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܘܟܣܦܐ ܣܓܝܐܐ . ܘܫܪܝ
ܗܘܐ ܠܡܟܪܟܘ ܒܫܘ̈ܩܐ ܕܢܕܥ ܕܘ̈ܟܝܢ
ܚܫ̈ܝܚܐ . ܘܥܒܕ ܘܬܩܢ ܬܠܬܡܐܐ ܥܪ̈ܣܬܐ .
ܡܢܗܘܢ ܠܡܩܒܪ ܐܝܠܝܢ ܕܡܝܬܝܢ . ܡܢܗܘܢ
ܠܢܘܚܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܡܣܒܪ ܗܘܐ ܒܗܘܢ ܣܒܪܐ
ܕܚܝܐ . ܘܠܘܬ ܗܢܘܢ ܕܐܝܬ ܠܒܪ ܒܩܘܪ̈ܝܐ :
ܘܐܠܝܨܝܢ ܗܘܘ ܒܟܦܢܐ . ܐܝܬܝ ܐܢܘܢ .
ܘܟܠܗܘܢ ܠܡܕܝܢܬܐ ܡܬܝܬܐ ܡܥܠ ܗܘܐ

41. Ducebat S. Ephræmus vitam purissimam et omnes ad ipsum accedentes consolabatur. Tandem voluntaria coactione e cella exivit hac de causa. Fames gravis Edessam premebat ; ipse miseratus generis humani pereuntis dixit ad eos qui asservabant sibi frumentum in horreis, quos immisericordes esse cernebat : « Quousque retardaveritis inducere misericordiam in cor vestrum? divitiæ vestræ accusatores vestri erunt vosque damnabunt. » Quum hæc audiissent, inierunt consilium et dixerunt ei : « Neminem habemus, cui dispensationem committamus pro iis qui fame moriuntur. Omnes enim et fraudant et fraudantur in hac re. » Respondit eis : « Pro vobis impendam me omnibus Xenodochiis. » Et constituerunt eum œconomum et rectorem præbueruntque ei pecuniam multam. Cœpit igitur percurrere plateas ut agnosceret loca convenientia. Ejus curis facti sunt trecenti lectuli partim ad sepeliendos defunctos, partim ad refocillationem eorum quibus spes vitæ remanebat. Qui autem erant foris in pagis et vicis fameque premebantur eos

Famis Edessæ.

calamus in manu imperatoris exilium Basilii scribentis ter confractus elapsus est. Narrat etiam Basilium ipsi auctorem fuisse ut hymnos et sermones in quadraginta Sebastiæ martyres scriberet. Hos hymnos numero quinque hucusque ignotos e codice perantiquo Musæi britannici eruimus et publica luce donabimus. Porro de reliquis Basilii gestis Ephræmus nihil habet. Quare, cum Bollando *Acta Sanct.* t. I, febr. 51 et Fabricio, *Bibl. gr.* 5 contra Tillemontium et J. S. Assemanum *Ephræmi Opp. græco-lat.* II, Proleg. L, sentio hoc encomium ab Ephræmo habitum fuisse, vivente adhuc Basilio, paulo post suum a Cæsarea reditum. Et revera in fine encomii loquitur de Basilio tanquam adhuc superstite adhibens verba de præsenti, ut : « O pater Basili, qui velut stimulo errorem pungis, et abigis, qui sagaciter proficisceris cum apibus, etc. » Quare minus recte Acta nostra et vaticana hoc encomium post mortem Basilii habitum volunt. Quod utique admitti nequit, siquidem, ut mox demonstrabitur, Ephræmus ante Basilium obiit. Unde alii ansam arripuerunt negandi encomium illud esse authenticum. Immerito, nam præter codicum auctoritatem, Ephræmo illud vindicant ratio dicendi, sententiæ, metaphoræ, Scripturæ usus, uno verbo totum argumentum et stylus. Cfr. D. Cellier, *Hist. des auteurs eccl.* VI, 42. Ed. Vives.

ܠܟܠܗܘܢ . ܡܢ ܡܐ ܕܡܬܝܗܒ ܗܘܐ ܠܗ ܒ
ܪܘܙ . ܟܕ ܐܢܫܐ ܐܝܠܝܢ ܕܗܘܘ ܦܩܝܕܝܢ ܥܠ
ܣܘܥܪܢܐ . ܟܕ ܕܝܢ ܐܫܬܠܡܬ ܫܢܬܐ ܗܝ
ܕܟܦܢܐ : ܒܬܪܗ ܗܘܬ ܐܬܝܐ ܕܣܒܥܐ :
ܘܟܠܢܫ ܡܦܢܐ ܗܘܐ ܠܒܝܬܗ ܀

Ephræmi mors.

ܗܦܟ ܗܘ ܛܘܒܢܐ . ܐܙܠ ܠܩܠܝܬܗ .
ܘܒܬܪ ܝܪܚܐ ܚܕ ܫܠܡ ܚܝܘܗܝ . ܟܕ ܝܗܒ
ܠܗ ܐܠܗܐ ܥܠܬܐ ܗܕܐ : ܕܒܗ ܢܬܟܠܠ
ܒܟܘܠܠܐ ܕܚܝܘܗܝ . ܟܕ ܕܝܢ ܒܝܘܡܐ
ܕܩܒܘܪܗ : ܐܬܟܢܫܬ ܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ . ܘܐܦ
ܡܢ ܕܘܟܝܬܐ ܐܚܪܢܝܬܐ . ܘܐܠܘܝܘܗܝ ܒܐܝܩܪܐ
ܪܒܐ ܘܒܙܘܚܐ ܣܓܝܐܐ . ܟܕ ܐܬܬܣܝܡ ܕܝܢ
ܒܒܝܬ ܩܒܘܪܐ : ܐܝܟܐ ܕܡܬܩܒܪܝܢ
ܐܟܣܢܝܐ . ܗܘܟܢܐ ܓܝܪ ܦܩܕ . ܕܡܢܡ ܡܢ
ܢܚܬܘܗܝ ܠܐ ܢܬܩܒܪ ܥܡܗ . ܣܛܪ ܡܢ
ܟܘܬܝܢܗ . ܐܦ ܐܝܟܐ ܕܡܬܩܒܪܝܢ ܐܟܣܢܝܐ
ܢܬܩܒܪ . ܘܡܢ ܕܐܬܬܩܒܪ ܙܒܢܐ ܩܠܝܠ .
ܐܦܩܘܗܝ ܒܢܝ ܡܕܝܢܬܐ ܘܣܡܘܗܝ ܒܡܥܪܬܐ :
ܐܝܟܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܡܬܩܒܪܝܢ ܗܘܘ .
ܘܗܘܐ ܡܝܩܪ ܘܡܫܬܒܚ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ
ܕܬܡܢ . ܒܨܠܘܬܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ .
ܥܡ ܕܩܕܝܫܐ ܒܣܝܠܝܘܣ . ܘܕܟܠܗܘܢ
ܩܕܝܫܐ ܟܠܗܘܢ . ܥܡ ܕܩܕܝܫܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܡܪܝܡ . ܘܟܢܫܗܘܢ ܕܒܢܝ ܕܝܪܐ ܥܡ ܒܢܝܐ

ad se recepit, et recumbere fecit quotidie eis ministerii plurimum impendens. Quod ipsi dabatur hilariter eis tribuebat per præpositos huic negotio. Transacto anno famis, secutus est annus satietatis; et unusquisque rediit in domum suam [1].

42. Tunc beatus ille vir rediit ad cellam suam et, transacto mense, vitam finivit, postquam præbuerat ei Deus hanc occasionem ad vitæ coronam [2]. Facta autem exequiarum die, congregata est universa civitas et turba e locis vicinis, atque deductus fuit cum maximo honore et pompa [3]. Repositus fuit in cœmeterio ubi sepeliebantur advenæ. Præceperat [4] quippe ut ex ejus vestimentis nullum præter tunicam secum poneretur et corpus sepeliretur in loco ubi jacebant advenæ. Elapso autem a depositione exiguo tempore, incolæ urbis elevarunt corpus illudque deposuerunt in spelunca ubi sepulti sunt urbis episcopi. Honoratur et colitur ibi ab omnibus incolis [5].

Per orationes sancti Ephræmi et S. Basilii et omnium Sanctorum et sanctæ genitricis Dei Mariæ

[1] Fames edessena et præclara agendi ratio Ephræmi iisdem fere verbis describitur in *Historia Lausiaca* a Palladio, qui vix triginta annis post obitum Ephræmi scribebat. Is etiam memorat, impleto anno successisse fertilitatem, Ephræmum ad cellam rediisse et, elapso uno mense, obiisse (Vid. *Patrol. gr.* XXXIV, 1206). Illud idem factum memoratur a Sozomeno, *Hist. Eccl.* III, 16.

[2] Acta vaticana addunt Ephræmum, quum sentiret diem suum ultimum instare suum scripsisse testamentum. Et revera in illo documento loquitur S. Doctor tanquam qui morti proximus est. Hoc confirmat S. Gregorius Nyssenus in Encomio.

[3] Cum hymnis et psalmis Spiritus Sancti ab angelis, episcopis, sacerdotibus et diaconis totoque clero et populo. Convenere etiam ad parentalia laudabilis chorus et benedictum agmen anachoretarum, stylitarum, et cœnobitarum. Ita Acta vaticana, qui in fine addunt obitum ejus accidisse 15 junii.

[4] In suo Testamento illud graviter præcepit. Narrat porro in suo Ephræmi encomio Gregorius Nyssenus : « In cœlum ergo jam perrecturus sanctus hic vir iis qui tunc ibi aderant mandabat ne pretioso vestimento corpus suum sepelirent. Et, si quis amantior patris, tale quidpiam cogitasset, id ne exsequeretur, sed consilio in melius mutato, hoc ipsum, quod sepulturæ cohonestandæ decrevisset, pauperibus impertiretur. » Addit quemdam eo quod obedire intus renuebat a dæmone corruptum fuisse et precibus S. Ephræmi liberatum.

[5] Ostenditur hodie sepulchrum S. Ephræmi in monasterio S. Sergii. Vide supra not. 3 ad n. 12.

ܕܟܪ̈ܣܛܝܢܐ : ܘܥܡ ܩܪܘܝܐ ܚܦܝܛܐ ܘܥܡ
ܫܡܘܥܐ ܡܗܝܡܢܐ . ܘܥܡ ܟܬܘܒܐ ܡܚܝܠܐ
ܘܥܡ ܥܘܡܪܐ ܗܢܐ ܘܥܡܪ̈ܘܗܝ ܘܐܚܘܬܐ
ܬܛܪ̈ܝܢ ܒܨܠܝܒܐ ܙܟܝܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܢܟܠ̈ܘܗܝ
ܕܒܝܫܐ ܐܡܝܢܐܝܬ ܐܡܝܢ ܘܢܡܠܟ ܐܠܗܐ ܫܝܢܗ
ܘܫܠܡܗ ܒܝܢܬܗܘܢ ܠܕܪ ܕܪ̈ܝܢ ܐܡܝܢ :

misericordia Domini nostri sit cum cœtu christianorum et cum lectore sedulo et cum auditore fideli et cum infirmo scriptore et cum hoc monasterio ejusque monachis; fraternitas servet eos per crucem victricem ab omnibus insidiis mali semper, amen; et Deus regnare faciat pacem inter eos in generationes generationum.

ܫܠܡܬ ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܣܘܪܝܝܐ
ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ .

Explicit historia mar Ephræmi Syri.
Oratio ejus nobiscum.

I. DE CHRONOLOGIA VITÆ S. EPHRÆMI, DE DIE ET ANNO MORTIS EJUS.

In hisce Actis dies annusque mortis S. Ephræmi silentio premuntur. Acta vaticana de anno pariter silent, sed mortem ad diem 15 Haziran (junii) referunt, Acta autem breviora habent : ܬܘܒ ܗܦܟ ܠܐܘܪܗܝ ܘܬܡܢ ܫܠܡ ܚܝ̈ܘܗܝ ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܐܪܒܥ ܒܬܫܥܐ ܒܚܙܝܪܢ ܕܐܝܬܝܗ ܫܢܬ ܬܠܬܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܒܬܪ ܡܐܬܝܬܗ ܕܡܪܢ « Rediit Edessam et ibi vitam finivit anno (Græcorum) sexcentesimo octogesimo quarto 9ª Haziran (junii), qui est annus trecentesimus septuagesimus secundus post adventum Domini. »

Porro quoad diem mortis chronicon Edessenum et alter codex vaticanus (ap. Assemanum, *Bibl. orient.* I, 54, not.) habent etiam 9ᵐ Haziran, Dionysius patriarcha mortem reponit in diem 19 Haziran, Gregorius Barhebræus et Liber Chalifarum in diem 18 Haziran, cum quibus facit antiquus codex Musæi Britanici. Conveniunt igitur omnes Syri Ephræmum mense Haziran id est junio, obiisse, de die autem mensis dissentiunt ; plerique tamen stant pro die nona, vel 18ª.

Major autem fit difficultas de anno mortis. Multi recentiores Ephræmum post Basilium mortuum esse circa annum 378, 379 vel 380 autumant[1]. Innituntur isti

[1] Ut omittamus Ant. Arcudium in Anthologia, qui prorsus falso docet Ephræmum sub Theodosio floruisse, citari possunt Butler (*Vie des Saints* 9 juil.,) D. Cellier (*Hist. des auteurs eccl.* VI, 4 ed. Vivis,)

auctores in *Actis* S. Ephræmi, in quibus narratur mulierem peccatricem ad Basilium ab Ephræmo remissam Cæsaream pervenisse quum corpus Basilii (1ª Jan. 379) ad sepulchrum deduceretur. At, ut observavimus, ista historia haud satis certa est. Nituntur secundo in Encomio S. Basilii quod græce exstat inter opera S. Ephræmi et genuinum esse S. Doctoris fœtum pro certo habemus. Sed illud encomium, vivente adhuc Basilio, habitum fuerit. Restat tertium argumentum : chronologia *Actorum* S. Ephræmi. Acta quidem vaticana prolixiora et Acta parisiensia silent de anno mortis, ut diximus, sed ex eorum chronologia tempus mortis Ephræmi hac ratione eruitur. Peccant quidem Acta romana tum in anno baptismi S. Ephræmi, tum in tribuenda Juliano apostatæ persecutione quam Edessa passa est sub Valente. Unde infirmatur graviter auctoritas chronologica horum Actorum. At ab utroque hoc vitio immunia sunt Acta parisiensia, cujus chronologia ita se habet.

Natus est Ephræmus in urbe Nisibi diebus Constantini (306-337) et quidem, ut demonstravimus, primo ejus regni anno seu an. 306. Baptizatus fuit in Beth-Garbaia anno ætatis 18°, Christi 324. Ivit cum S. Jacobo nisibeno ad concilium Nicænum an. 325 ; rediit Nisibin ibique vixit sub S. Jacobo nisibeno († 338), et sub ejus successoribus Babu, Vologese et Abraham, donec Nisibis a Joviano imperatore Persis traderetur, quod factum est in secunda parte an. 363[1]. Inde digressus Ephræmus venit in Beth-Garbaia et inde Amidam, et, transacto anno, Edessam. Adventus igitur Ephræmi in urbem Edessam in finem anni 364 vel in annum 365 reponendus est. Quod affirmant Acta Ephræmum venisse Edessam post traditam Persis a Joviano Nisibin, confirmatur ineluctabili testimonio Hymnorum quos Ephræmus Nisibi degens composuit in Episcopos Nisibenos S. Jacobum, Babu, Vologesem, et Abrahamum. Vologeses quippe sedem nisibenam tenuit usque ad annum 361, quo Abrahamus ipsi successit. Porro Ephræmus in Abraham, quum ille sedem nisibenam teneret, scripsit hymnos collectionis nisibenæ XVII-XXI[2].

Acta non produnt quot annos Ephræmus Edessæ et in monte vicino manserit, sed asserunt ipsum

Alzog (*Hist. Eccl.*,) Darras (*Hist. eccles.* t. 10 p. 419;) J. S. Assemanus (*Bibl. orient.* I, 53, not.;) Fabricius, *Biblioth. gr.* V, 319 mortem reponit in annum 378; quod facit etiam Natalis Alexander, *Hist. eccl.* sæc. IV, c. 6, a. 17. Par. 1714, ac Rœdiger in *Ersch und Grueber Encyclop.* ad V. Ephrem.

[1] Ephræmum Nisibi permansisse sub S. Jacobi successoribus Babu, Vologese et Abraham, ineluctabiliter evincitur e *Carminibus nisibenis* a Cl. D. Bickell Lips. 1866 editis. Hinc cadunt omnes conjecturæ quibus Alsleben totam Vitæ Ephræmi pervertit chronologiam (*Das Leben Ephrem's des Syrers* p. 46, sqq.).

[2] Vid. Bickell. *S. Ephræmi Syri Carmina nisibena* Lips. 1866, p. 108, sqq.

exinde se contulisse in Ægyptum, ubi per octo annos commoratus fuerit. Inde Cæsaream ad Basilium se contulit, quo advenit circa festum Epiphaniæ. Si supponamus Ephræmum Edessæ per unum dumtaxat annum commoratum esse antequam pergeret in Ægyptum, ejus adventus ad Basilium contingere non potuit ante annum 373 vel 374. Diaconus a Basilio ordinatus Ephræmus Edessam rediit et post quatuor annos, anno igitur 377 vel 378 vel posterius suscepit legatos Basilii Thomam et Theophilum. Narrant deinde Acta parisiensia Edessam ab Ephræmo a persecutione Valentis fuisse liberatam, sed non indicant aliter tempus quam asserendo hoc sub Barsete episcopo evenisse. Porro Barses, juxta Chronicon edessenum[1], sedem Edessenam tenuit ab anno Græcorum 672 ad an. 689, (Chr. 361-378). Acta denique referunt mulierem ab Ephræmo ad Basilium remissam Cæsaream pervenisse in die sepulturæ S. Basilii, id est mense januario 379. Ephræmum denique, audita Basilii morte in eum hymnos scripsisse et etiam orationes ut habent Acta vaticana. Quæ si ita sint, Ephræmi mors non evenerit ante mensem junium anni 379. At gravissima testimonia cogunt, ut mox probabimus, eam in annum 373 reponere. Et revera, si attente consideraverimus qualem se habet chronologia Actorum postquam Ephræmus Edessam advenit, facile apprehendemus in eam aliquod vitium irrepsisse. Acta asserunt Ephræmum octo annos in Ægypto fuisse deinde ad Basilium venisse, deinde Edessam ab exercitu Valentis liberasse. Sed hæc simul stare nequeunt. Nam, juxta Actorum chronologiam, Ephræmus, relicta Ægypto et viso Basilio, Edessam non redierit ante medium anni 373 vel 374; sed persecutio Valentis contra christianos Syriæ et Asiæ minoris sæviit an. 371 et 372. Quum Modestus munus præfecti gesserit quando Valens Edessam advenit ex Antiochia, putaverim persecutionem contra Edessenos motam fuisse an. 371. Nam an. 372 Modestus consul renuntiatus fuit. Itaque admitti nequit Ephræmum octo annos in Ægypto fuisse. Nec etiam intervallum quatuor annorum inter Ephræmi a Basilio recessum et missionem legatorum episcopi Cæsareæ conciliari potest cum obitu Ephræmi in anno 373.

Jam autem gravissima testimonia reponunt Ephræmi obitum in annum 373, qui annus Cl. D°. Bickell[2] prorsus probatur. Primo loco occurrit *Chronicon Edessenum*, sæc. VI e probatissimis fontibus elaboratum. In eo igitur legimus[3]:
» ܒܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܐܪܒܥ ܒܚܙܝܪܢ

[1] Ap. J. S. Assemanum, *Bibl. orient.* I, 397-398.
[2] *S. Ephræmi Syri carmina nisibena* p. 9.
[3] Cfr. J. S. Assemanus, *Bibl. orient*, I, 397.

ܚܙܝܪܢ ܒܬܫܥܐ ܒܗ ܢܦܩ ܡܢ ܥܠܡܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܡܫܒܚܘܬܗ ܀ Anno sexcentesimo octogesimo quarto (Chr. 373) mense Haziran (junio), die nona, migravit ex hoc mundo Mar Ephræm doctrina celeberrimus. » J. S. Assemanus vult e mente Chronici Edesseni sicut e mente Dionysii Jacobitarum patriarchæ Ephræmum obiisse anno Chr. 375; quia uterque iste auctor nativitatem Christi reponit in annum Græcorum 309. At, quamvis isti auctores Christum natum doceant an. græc. 309, nihilominus annos computant quasi æra Græcorum inciperet ab anno 311[1] ante Christum ut ceteri faciunt. Sic Chronicon Edessenum docet concilium Nicænum congregatum fuisse an. græc. 636 (Chr. 325). Consonat Dionysius Jacobitarum sæculo X patriarcha[2] : « ܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܐܪܒܥ ܡܝܬ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܒܬܫܥܬܥܣܪ ܒܚܙܝܪܢ Anno 684 (Chr. 373) obiit Sanctus Ephræm die 19 Haziran (junii). » In Actis S. Ephræmi brevioribus[3]: ܫܠܡ ܚܝܘܗܝ ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܐܪܒܥ ܒܛ̄ ܚܙܝܪܢ ܕܐܝܬܝܗ ܫܢܬ ܬܠܬܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܡܢ ܡܐܬܝܬܗ ܕܡܪܢ « Vitam finiit anno sexcentesimo octogesimo quarto 9[a] Haziran, qui est annus tercentesimus septuagesimus secundus post adventum Domini nostri. » Liber Chalifarum e cod. sæc. VIII descriptus et a scriptore antiocheno sæc. V pro hac parte exaratus[4] ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܐܪܒܥ ܡܝܬ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܠܝܪܚ ܚܙܝܪܢ ܝܚ̄ Anno sexcentesimo octogesimo quarto (Chr. 373) mortuus est Mar Ephræm doctor 18[a] mensis Haziran. »

Codex add. 12,155 Musæi Britannici sæc. VIII, fol. 177 inter annotationes chronologicas habet: « ܒܫܢܬ ܫܬܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܐܪܒܥ ܡܝܬ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܒܬܡܢܐ ܥܣܪ ܒܚܙܝܪܢ Anno sexcentesimo octogesimo quarto (Chr. 373) mortuus est Mar Ephræm 18[a] Haziran. »

Gregorius Barhebræus in *Chronico ecclesiastico*[5] : « ܢܚ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܒܝܚ̄ ܒܚܙܝܪܢ ܫܢܬ ܦܦܒ obiit Mar Ephræm 18 Haziran anni 682 (Chr. 371). » Elias autem Nisibenus[6] in *Chronographia* citans Jacobum Edessenum mortem Ephræmi refert ad ann. 684 (Chr. 373). Constans igitur est traditio Syrorum historicis monumentis stabilita Ephræmum supremum obiisse diem mense junio anni 373. Quare admittendum non est quod habetur in Menologio Græcorum ab Arcudio Romæ et a Pinello Venetiis edito, Ephræmum scilicet ad tempora Theodosii pervenisse. Accuratius in Menologio Basiliano dicitur

[1] Ut rectius loquamur Æra Græcorum incipit an. 312, mense Tiserin qedim (octobri) ante Christum natum.

[2] Ap. J. S. Assemanum, *Bibl. Orient.* I, 54, not.

[3] Ap. J. S. Assem. lib. cit. p. 25.

[4] Edidit Land *Anecdota syriaca* t. I, p. 15 et 114.

[5] Edd. Abbeloos et Lamy t. I, col. 107.

[6] Vid. notam ad citat. loc. Greg. Barhebræi.

Ephræmum a tempore Constantini usque ad imperium Valentis vitam produxisse[1]. Cum traditione Syrorum concinit Hieronymus[2] docens Ephræmum sub Valente decessisse. Cum quo facit etiam Georgius, Arabum episcopus[3], juxta quem Ephræm sub finem Valentis florebat. Quum Valens mense augusti 378 obierit sequitur e testimonio S. Hieronymi aliorumque Syrorum mortem S. Ephræmi non posse reponi post mortem Basilii in an. 379 aut 380 adeoque falsam esse pro hac parte Actorum quæ edidimus chronologiam.

II. DE TEMPORE QUO EPHRÆMUS SUA SCRIPTA EXARAVIT.

Hucusque satis compertum non est quonam tempore Ephræmus commentaria sua suosque innumeros fere hymnos ac sermones ediderit. Editores romani operum S. Doctoris hanc quæstionem vix attigerunt. Nemo adhuc eam enodavit; deficiebant quippe ad hoc idonea documenta. Hodie tamen, quamvis multa adhuc remaneant incerta, aliqua lux affunditur ex Actis quæ edidimus et ex aliis fontibus recens detectis.

Georgius, Arabum sæc. VII episcopus, in *Epistola ad Josue reclusum*[4] ait : « Inde a synodo Nicæna usque ad annum Græc. 656 (Chr. 345) anni sunt viginti, et hoc quidem tempore scriptorem illum Persam (Aphraatem) scripsisse colligimus ; annis autem anterioribus, iis præsertim qui annum Græc. 648 (Chr. 337) præcesserunt Mar Ephræmum docuisse vel scripsisse, ita ut dicere possimus ipsum antecessisse scriptori nostro Persæ hujusque doctorem aut magistrum fuisse nuspiam invenimus. » Infra idem auctor addit Ephræmum *Contra doctrinas* (ܥܠ ܡܠܦܢ̈ܐ) scripsisse postquam, Nisibi Persis tradita, Edessam venerat. Ex Georgio igitur discimus Ephræmum nihil ante an. 337, imo ante an. 345 vix aliquid scripsisse. Liber Chalifarum[5] asserit : « Anno Græc. 670 (Chr. 359) primum innotuit Mar Ephræm doctor. » E quo testimonio sequitur Ephræmum tanquam scriptorem innotuisse quinque tantum annis antequam Edessam se conferret.

Hisce testimoniis aliquantisper contradicere videtur Greg. Barhe-

[1] *Ephræmi Opp. gr. lat.* I Prolog. p. IX.

[2] *De Vir. ill.* 115. Idem testatur. Inscriptio cod. gr. cripto ferratensis.

[3] Apud Forget, *Dissert. De Vita et Scriptis Aphraatis* Lovan. 1882, p. 25.

[4] Edita est a D. de Lagarde in *Analectis Syriacis*, Lips, 1858 p. 108, sqq. ; deinde pro parte recusa a D. Wright in *The homilies of Aphraates the Persian Sage* et a D. F. Forget, *De Vita et scriptis Aphraatis.*

[5] Ap. Land, *Anecdota syriaca* I, 117.

bræus[1] asserens : « A tempore concilii in Nicæa congregati cœpit S. Ephræm noster cantica et hymnos (ܩܝܢ̈ܬܐ ܘܡܕܪ̈ܫܐ) adversus sui temporis hæreses conscribere. » Quæ tamen verba ita intelligi possunt ut pauci dumtaxat hymni ab Ephræmo exarati fuerint in annis qui concilium Nicænum proxime secuti sunt.

Porro si Acta S. Ephræmi ejusque scripta hucusque reperta interrogaverimus hæc statui posse videntur. Primo loco occurrunt *Hymni nisibeni* a cl. D. Bickell e codicibus Londinensibus editi Lips. 1866. Novem priores hymni agunt de variis Nisibis obsidionibus quæ ab anno 338 ad annum 363 factæ sunt, et in hymno quidem septimo asseritur afflictiones duravisse per annos 20 unde datur intelligi hunc hymnum non ante annum 358 fuisse conscriptum. Hymnus 10[us] agit de expugnatione castelli Anazit quæ anno 359 contigit ; hymni 13-14 agunt de tribus Nisibis episcopis S. Jacobo, Babu et Vologese, quo vivente, scripti sunt. Unde recte concluditur hos hymnos ante an. 361 quo ille defunctus est fuisse compositos ; hymni 17-21 agunt de Abraham Nisibis episcopo et scripti sunt anno 363 paulo ante quam Nisibin Persis traderetur ; hymni 25-30 referendi videntur ad res Edessenas, certe hymni 31-34, quibus de Haran et Vito ejus episcopo agitur, post traditam anno 363 Nisibin, scripti sunt. Qui vero sequuntur in eadem collectione hymni de Domino nostro et de morte ac diabolo, etc., quonam tempore exarati fuerint dici nequit.

Porro hymni quatuor adversus Julianum apostatam ab Overbeek editi scripti fuerunt antequam Nisibin Persis traderetur. Commentaria autem in S. Scripturam edita fuerint quo tempore monachus degebat in monte Edessæ. Ad hoc enim tempus pertinet commentarium in Genesin. Hymni adversus scrutatores et adversus doctrinas seu hæreses, qui secundo et tertio operum syriacorum tomo habentur scripti fuerint partim antequam pergeret ad Basilium, partim postquam ab itinere redux erat, ut colligitur ex Actis. Hymni in Julianum Sabam anno 367, quo ille mortuus est, posteriores sunt. Historia pariter Abrahæ Qidunensis († 367) et hymni in eum ejusdem sunt ætatis. Sermones ascetici ad fratres monachos directi utique referendi sunt ad tempus quo monachum agebat in monte Edessæ. Hymni denique in festa Domini et martyrum, juxta Acta vaticana et parisiensia ad tempus pertinent quo Edessæ commorabatur. Ejus autem Testamentum paulo antequam e vita migraret exaratum fuit.

[1] In *Ethicis* apud J. S. Assemanum (*Bibl. Orient.* I., 146.)

III. DE CULTU S. EPHRÆMI.

S. Ephræmum inde a suo obitu sanctorum cultu honoratum fuisse constat ex ejus Actis, quibus refertur S. Doctoris exequias ab omnibus Edessenis cum honore et reverentia sanctis viris debita fuisse celebratas ejusque corpus paulo post fuisse elevatum et in sepulchro episcoporum Edessæ repositum. Fama ejus sanctitatis illico ultra fines Syriæ se extendit. S. Gregorius, Nyssæ episcopus, in anniversaria ejus solemnitate præclaro encomio ejus virtutes celebravit. Sozomenus et Theodoretus Ephræmum inter Sanctos viros et Ecclesiæ doctores numerarunt. Ante eos S. Hieronymus testatus fuerat Ephræmi scripta tantam auctoritatem immediate post ejus mortem nacta esse, ut in nonnullis ecclesiis post lectionem S. Scripturæ legerentur. Jacobus, Batnarum Sarugi episcopus ad finem sæc. V, in Ephræmi encomio[1] testatur eum apud Edessenos sanctitate et doctrina inter ceteros præcelluisse.

Quamvis autem beatus Ephræm æstate in Domino obdormiverit, ejus tamen natalis dies ab Orientalibus ad diem 28 januarii, a latinis vero ad diem 1 februarii celebratur. Martyrologia Usuardi, et Adonis sicut et martyrologium romanum obitum S. Ephræmi in diem 1^m februarii reponunt[2]; Græci vero in Menologio et in Menæis in diem 28 januarii; Menæa syriaca pariter diem 28 januarii assignant[3]. In Tropologio autem syriaco sæculi IX assignatur dies 1^a februarii[4]. In Calendariis omnium ecclesiarum orientalium, Græcorum, Slavorum, Armenorum, Chaldæorum, Syrorum, Maronitarum, Nestorianorum, Ephræmi natalis die 28 januarii celebratur[5]. Quod cur factum sit non liquet. Jacobitæ insuper commemorationem S. Ephræmi peragunt Sabbato 1^a hebdomadis jejunii quadragesimalis[6]. Hodie vero Syri uniti, Chaldæi ac Nestoriani hanc commemorationem peragunt feria 6^a post Epiphaniam[7]. Sed Copti Ephræmi obdormitionem in suo Calendario in diem 15 julii reponunt[8].

[1] Cod. par. Syr. 195, fol. 109-119.
[2] Cfr. *Acta Sanctor.* febr. t. I, 50.
[3] Cod. paris. 136, fol. 237; Bibl. Bodl. Oxon. codd. Dawk. 11, 15, 24.
[4] Musæi Britann. cod. addit. 14,504 f. 33.
[5] Vid. N. Nilles, *Kalendarium manuale utriusque ecclesiæ* t. I, 48, 416, 435, 440, Æniponte, 1879.
[6] Musæi Brittann. cod. addit. 12, 147, fol 24 14,695, fol. 143; 14,698, fol. 72; 14696 fol. 113.
[7] Nilles, Lib cit. t. II, p. 664-665.
[8] Nilles, *Ibid.* t. II, 658.

MONITUM

IN COMMENTARIA SEQUENTIA.

Quæ sequuntur Commentaria in capp. XLIII-LXVI Isaiæ, in Lamentationes Jeremiæ, in Jonam, Nahum, Habacuc, Sophoniam et Aggæum, desumpta sunt e Musæi Britannici codice addititio 12,144. Exaratus fuit is codex in Ægypto anno gr. 1392, Chr. 1081. Continet porro *Catenam Patrum in S. Scripturam* a Severo monacho Edesseno, anno Christi 861 elaboratam. Ejusdem Catenæ alter codex exstat in Bibliotheca vaticana. Ex hoc codice editores romani operum S. Ephræmi eruerunt commentaria S. Ephræmi in libros protocanonicos veteris Testamenti. Deficiunt tamen in editione romana ultima pars vaticiniorum Isaiæ, Lamentationes Jeremiæ fere integræ et quinque prophetæ minores; nempe : Jonas, Nahum, Habacuc, Sophonias et Aggæus. Quod cur factum sit ignoro, quum ista commentaria non defuerint in codice romano, ut constat e J. S. Assemani *Bibliotheca orientali* I, 70, sq, ubi iste codex describitur et quædam allegantur scholia nostris apprime correspondentia. Quum igitur editores romani hæc omiserint, operæ pretium esse duxi ea hic addere ad complendum opus S. Doctoris exegeticum. Quum autem mens sit typis ea tantum mandare quæ hucusque inedita sunt incipio ab Isaiæ capite XLIII. Scholia enim in capp. I-XLII in editione romana habentur.

Porro codex britannicus, in quo Ephræmi scholia feliciter reperi fuse et docte describitur in W. Wright *Catalogue of the Syriac Manuscripts in the British Museum*, part. II, p. 908-914. Illud dumtaxat hic observo orthographiam satis negligenter a scriba fuisse observatam pluraque menda manifesta hic illic occurrere, ut legenti patebit.

ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ . ܦܘܫܩܐ ܕܐܫܥܝܐ

EJUSDEM MAR EPHREMI

COMMENTARIUM IN ISAIAM.

CAPUT XLIII.

ܡܢܘ ܐܝܬ ܒܟܘܢ ܕܢܚܘܐ ܗܕܐ . ܘܩܕܡܝܬܐ ܢܫܡܥܢ . ܬܘܒ ܠܡܒܩܝܘܬܐ ܩܪܐ ܐܢܘܢ ܀

ܐܢܬܘܢ ܣܗܕܝ ܐܡܪ ܡܪܝܐ . ܗ̄ . ܐܡܪ ܕܝܢ ܥܠ ܙܕܝܩܐ ܕܐܢܬܘܢ ܣܗܕܝ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܀

ܘܡܢܘ ܕܥܒܕ ܐܢܐ ܡܢܘ ܡܗܦܟ .. ܗ̄ ܥܠ ܐܚܪܝܬܐ ܕܡܠܟ ܕܢܥܒܕ ܠܗܘܢ . ܗܝ ܗܝ ܕܫܠܗܒܝܬܐ ܠܐ ܬܘܩܕܝܘ . ܥܡ ܫܪܟܐ ܕܡܘܠܟܢܘܗܝ ܛܒܐ ܀

ܢܬܠܘܢ ܣܗܕܝܗܘܢ ܘܢܙܕܕܩܘܢ ܘܢܫܡܥܘܢ ܘܢܐܡܪܘܢ . ܗ̄ . ܡܘܫܐ ܘܐܗܪܘܢ ܘܚܘܪ ܘܝܫܘܥ ܕܒܐܝܕܝܗܘܢ ܦܪܩ ܐܢܘܢ ܀

ܡܛܠܬܟܘܢ ܫܕܪܬ ܠܒܒܠ ܘܐܚܬܬ ܠܟܠܗܘܢ ܟܠܕܝܐ ܕܒܣܦܝܢܬܐ ܡܫܬܒܗܪܝܢ . ܗ̄ . ܟܕ ܐܬܢܣܒܬ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܬܘܪܝܐ ܒܚܛܗܝܗܘܢ ܘܐܬܝܗܒܬ ܠܒܒܠܝܐ . ܘܟܕ ܙܥܘܪܐ ܗܘܘ ܘܫܝܛܐ . ܡܛܠ ܕܢܪܕܘܢ ܘܢܙܟܘܢ . ܠܐܝܣܪܐܝܠ . ܐܥܫܢ ܐܢܘܢ ܥܠ ܐܬܘܪܝܐ ܀

ܐܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܦܪܘܩܟܘܢ . ܕܒܪܝܬ ܠܐܝܣܪܐܝܠ ܡܠܟܟܘܢ . ܘܐܢܐ ܚܘܝܬ ܘܦܪܩܬ ܘܐܫܡܥܬ . ܗ̄ . ܠܥܒܕܘܬܐ ܕܫܥܒܕ ܐܢܘܢ ܡܛܠ ܥܘܠܝܗܘܢ . ܐܠܐ ܦܪܩ ܐܢܘܢ ܡܛܠ ܪܚܡܘܗܝ ܕܠܘܬܗܘܢ ܀

ܘܢܕܥܟܘܢ ܐܝܟ ܫܪܓܐ ܕܡܬܛܦܛܦ . ܗ̄ .

9. *Quis est in vobis qui hoc indicet, et priora enarret?* rursus ad probationem provocat eos.

10. *Vos estis testes, inquit Dominus.* Scilicet de justis dixit : *Vos estis testes mei dicit Dominus* (vers. 12).

13. *Et quod ego facio quis subvertet?* Loquitur de novissimis quæ promisit se eis præstiturum, nempe eos flamma non esse comburendos (vers. 2) ; loquitur etiam de ceteris promissionibus bonis.

9. *Producant testes suos* nempe Moysen, Aaron, Hur et Josue, per quos salvavit eos *et justificentur et annuntient*[1] *et dicant.*

14. *Propter vos misi Babylonem, et adduxi omnes Chaldæos qui in navibus gloriantur.* Quando ablatum fuit regnum Assyriorum propter eorum peccata et datum fuit Babyloniis, istos etsi parvos et despectos prævalere fecit Assyriis ut castigare possent Israel.

15. *Ego sum Dominus salvator vester*[2], *qui creavi Israel, rex vester. Et ego ostendi et salvavi et audire feci*[3], quod scilicet servituti eos subjecit propter eorum iniquitates et salvavit propter suam in eos misericordiam.

17. *Et extinguentur velut lu-*

[1] ܢܫܡܥܘܢ in forma Aphel.

[2] Versio simplex cum hebræo habet « Sanctus vester. »

[3] Hæc e vers. 11 adjecta sunt.

ܐܘ ܒ̈ܒܠܝܐ ܐܢܘܢ . ܐܘ ܠܗܘܢ ܡܢ ܠܗܘܢ
ܠܩܕ̈ܡܝܐ ܕܗܘܘ ܒܡܨܪܝܢ ܡܥܗܕ ܀

ܗܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܚܕܬܐ ܐܥܒܕ ܐܘܪܚܐ ܒܡܕܒܪܐ .
ܗ̄ . ܒܗܢܐ ܣܘܠܩܟܘܢ ܐܥܒܕ ܐܘܪܚܐ ܕܦܘܢܝܐ
ܒܡܕܒܪܐ ܀

ܢܫܒܚܘܢܢܝ ܚܝܘܬܐ ܕܕܒܪܐ . ܗ̄ . ܬܢ̈ܘܪܐ ܘܒܢܬ
ܝܥܢܐ . ܗ̄ . ܢܫܒܚܘܢܢܝ ܗܠܝܢ ܕܒܚܝܘܬܐ .
ܒܬܢ̈ܘܪܐ ܘܒܢܬ ܝܥܢܐ ܀

ܢܫܬܐ ܥܡܝ ܓܒܝܐ . ܗܢܘ ܗܘ ܕܓܒܝܬܘܢ
ܗܘܝܬܘܢ ܡܢ ܩܕܡ ܬܪܡܝܬܗ ܕܥܠܡܐ ܀

ܠܐ ܐܝܬܝܬ ܠܝ ܐܡܪ̈ܐ ܕܥܠܘܬܟ . ܗ̄ . ܕܠܦܬܟܪ̈ܝܟ
ܩܪܒܬ ܐܢܘܢ . ܐܦܠܐ ܐܢܐ ܫܥܒܕܬܟ ܒܩܘܪ̈ܒܢܐ .
ܗܘܐ ܐܠܐ . ܕܚܛܗܝܟ ܪ̈ܘܪܒܐ ܘܙܥܘ̈ܪܐ ܐܠܨܘܟ
ܠܡܩܪܒܘ . ܐܝܟ ܚܛܗ̈ܐ ܐܦ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܀

ܠܐ ܙܒܢܬܘܢ ܠܝ ܒܟܣܦܐ ܩܢܝܐ . ܕܠܥ̈ܓܠܐ
ܗܘ ܥܒܕܬܘܢ ܗܠܝܢ ܀
ܐܢܐ ܐܢܐ ܕܡܥܛܐ ܐܢܐ ܥܘܠܟ . ܗ̄ . ܡܛܠܬܝ
ܘܠܐ ܡܛܠ ܬܝܒܘܬܐ ܗܝ ܕܠܐ ܐܫܬܟܚܬ ܒܟ ..
ܘܚܛܗܝܟ ܠܐ ܐܬܕܟܪ . ܗ̄ . ܐܘ ܒܫܘܢܝܐ ܐܘ
ܒܡܓܪܬ ܪܘܚܐ ܕܡܘܣܦ ܀

ܢܬܕܝܢ ܐܟܚܕܐ . ܗ̄ . ܕܢܥܒܕ ܒܘܚܢܐ ܘܢܕܘܢ
ܚܕ ܥܡ ܚܒܪܗ ܐܢܐ ܘܐܢܬ . ܐܠܐ ܥܒܕܬ ܠܟ ܗܠܝܢ
ܐܝܣܪܐܝܠ ܀ ܫܐܘܠ ܐܒܘܟ ܚܛܐ . ܗ̄ . ܠܐ
ܗܘܐ ܚܕܐ ܙܒܢ ܚܛܐ . ܕܒܙܒ̈ܢܐ ܣܓܝ̈ܐܐ
ܚܛܐ ܀
ܫ̈ܠܝܛܢܝܟ ܐܥܠܘ ܒܝ . ܗ̄ . ܕܒܟܠ

cerna quæ crepitat. Hi sunt Babylonii, aut memorat hos ipsos antiquos qui fuerunt in Ægypto.

19. *Ecce ego faciam novum, faciam viam in deserto,* in hoc ascensu vestro faciam viam reditus in deserto.

20. *Laudabunt me bestiæ agri,* canes scilicet aurei et struthiones. Nempe laudabunt me qui per bestias, per canes aureos et struthiones figurantur.

21. *Bibet populus meus electus,* vos scilicet qui electi fuistis ante fundamenta mundi[1].

23. *Non attulisti mihi agnos holocaustorum tuorum*, quia scilicet idolis tuis obtulisti eos. *Non te servire feci in oblationibus,* non ego sed peccata tua magna et parva coegerunt te ad offerendas (idolis) oblationes. Peccatis conformes fuerunt oblationes.

24. *Non emistis*[2] *mihi argento calamum*, quia vitulis hæc fecistis.

25. *Ego ipse sum qui deleo iniquitatem tuam,* deleo scilicet propter me et non propter pœnitentiam quæ non est inventa in te. *Et peccatorum tuorum non recordabor,* quod addit aut per repetitionem aut per longanimitatem.

26. *Judicemur simul*, i. e. faciamus inquisitionem et judicemus invicem ego et tu. *Sed hæc fecisti tibi Israel. Pater tuus* Saul *peccavit.* Non una vice sed pluribus peccavit

27. *Principes tui prævaricati*

[1] Cfr. *Ephes* I, 4.

[2] Versio simplex cum hebræo « non emisti. »

ܕܝܪܒܥܡ ܘܐܚܐܒ ܘܡܫܡܫܢܝܗܘܢ ܐܥܠܘ ܒܝ ܀

ܪ̈ܘܪܒܢܝܟ ܛܡܐܘ ܡܩܕܫ. ܗ̄. ܕܒܝܬ ܡܢܫܐ ܛܡܐܘ ܡܩܕܫܐ ܒܨܠܡܐ ܕܐܪ̈ܒܥ ܐܦ̈ܝܢ. ܕܐܥܠܘ ܠܗ ܠܡܩܕܫܐ. ܘܡܛܠ ܗܠܝܢ ܘܝܬܝܪ ܡܛܠ ܗܝ ܕܡܢܫܐ. ܝܗܒܬ ܠܝܥܩܘܒ ܠܚܪܡܐ ܘܠܐܝܣܪܐܝܠ ܠܚܣܕܐ ܀

CAPUT XLIV.

ܫܡܥܝܢܝ ܝܥܩܘܒ ܕܓܒܝܬܟ ܘܣܒܪܬܟ ܒܡܕܒܪܐ. ܗ̄. ܗܘ ܕܝܥܩܘܒ ܘܕܥܣܘ ܡܥܗܕ ܀

ܐܬܠ ܡܝܐ ܒܐܬܪܐ ܨܗܝܐ ܘܐܫܘܕ ܪܘܚܝ ܥܠ ܙܪܥܟ. ܗ̄. ܦܘܢܝܐ ܠܨ̈ܗܝܐ ܠܚܐܪܘܬܐ ܀

ܘܢܦܩܘܢ ܡܢ ܒܝܬ ܥܣܒܐ. ܗ̄. ܡܢ ܒܝܬ ܕܪ̈ܐ ܕܥܒܪܝܢ ܐܝܟ ܥܣܒܐ ܀ ܐܝܟ ܚ̈ܘܒܐ ܕܥܠ ܝܒܠܐ. ܗ̄. ܡܢ ܒܝܬ ܚ̈ܘܒܐ ܕܕܢܚܝܢ ܢܦܩܘܢ ܫܠܝ̈ܚܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܀

ܗܢܐ ܢܐܡܪ ܕܡܪܝܐ ܐܢܐ. ܗ̄. ܗܢܐ ܕܝܢ ܕܪܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ ܢܐܡܪ ܕܡܪܝܐ ܐܢܐ ܀ ܘܗܢܐ ܢܬܩܪܐ ܒܫܡ ܝܥܩܘܒ. ܘܗܢܐ ܢܟܬܘܒ ܐܝܕܗ ܠܡܪܝܐ. ܗ̄. ܠܡܗܘܐ ܕܥܡܐ ܕܡܢ ܥܡ̈ܡܐ ܡܓܒܝܐ ܢܩܝܡ ܩܝܡܐ ܚܕܬܐ ܕܒܗ ܢܦܠܘܚ ܠܐܠܗܐ. ܚܠܦ ܥܡܐ ܕܕܓܠ ܠܩܝܡܐ ܕܗܘܐ ܒܚܘܪܒ ܀

ܘܒܫܡ ܐܝܣܪܐܝܠ ܢܬܟܢܐ. ܗ̄. ܘܒܫܡ ܐܝܣܪܐܝܠ ܗܘ ܕܙܩܦ ܠܡܫܝܚܐ. ܗܘ ܕܡܘܕܐ ܒܙܩܝܦܗ ܕܡܫܝܚܐ ܠܐܒܐ ܀ ܘܥܠܗ ܐܫܪܝ

sunt in me. Domus Jeroboam et Achab eorumque asseclæ prævaricati sunt in me.

28. *Magnates tui polluerunt sanctuarium.* Qui erant e domo Manassis polluerunt sanctuarium idolo quadrifaciei quod in sanctuarium introduxerunt. Propter quæ facinora, præsertim propter illud Manassis, *devovi Jacobum anathemati et Israelem opprobrio.*

CAPUT XLIV.

1. *Audi me Jacob quem elegi* et sustinui in deserto. Memoriam injicit Jacobi et Esau.

3. *Dabo aquas in loco sitienti, effundam spiritum meum super semen tuum,* scilicet præbebo reditum sitientibus liberationem.

4. *Et germinabunt inter herbas,* nimirum inter generationes quæ transeunt sicut herbæ. *Sicut salices juxta rivos,* nimirum inter salices exorientes germinabunt apostoli sancti.

5. *Iste dicet : Domini sum.* Hæc scilicet generatio apostolorum dicet : Domini sum. *Et ille appellabitur*[1] *nomine Jacob, et hic scribet manu : Domino*[2], quatenus scilicet populus e gentibus electus constituet fœdus novum quo Deum colat, vice populi qui irritum reddidit fœdus in Horeb sancitum.

6. *Et nomine Israel nuncupabitur,* nomine Israel qui cruci affixit Christum, qui in cruce sua profite-

1 Versio simplex cum hebræo et græco : « vocabit. »
2 Verba syriaca ambigua sunt. Sic redduntur in Polyglottis Londinensibus : « alius proprium chirographum Domino subscribet. »

ܠܒܪ ܡܢܝ . ܗܘ . ܠܐ ܐܝܬ ܕܡܨܐ ܢܒܛܠ ܐܝܟ
ܠܐܠܝܢ ܕܡܠܟܬ ܀

ܡܢ ܕܣܡܬ ܥܡܐ ܠܥܠܡ . ܗܘ . ܕܢܗܘܐ ܠܝ
ܥܡܐ ܠܥܠܡ ܀

ܘܐܫܡܥܬܟܘܢ ܡܢ ܩܕܡ . ܗ̄ . ܡܢ ܝܘܡܝ
ܡܘܫܐ ܐܘܕܥܬܟܘܢ ܀

ܠܝܬ ܝܘܬܪܢ ܒܥܒܕܝܗܘܢ ܕܨܒܘ ܠܡܥܒܕ .
ܕܠܛܫ ܦܪܙܠܐ ܢܓܪܐ . . ܘܒܡܩܒܐ ܡܫܘܝܘ .
ܘܒܡܣܪܐ ܢܓܪܗ ܘܒܩܝܣܐ ܕܒܩܗ . ܘܐܟܠܘ
ܘܣܒܥܘ ܘܐܦ ܫܚܢܘ . ܘܐܡܪܘ ܐܚܝܢ ܀
ܟܐܢ ܠܗܘܢ ܟܕ ܐܡܪ . ܕܒܬܪ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ
ܕܥܒܕܬ . ܥܒܕܬܘܢ ܠܟܘܢ ܥܓܠܐ ܘܦܬܟܪܐ .
ܕܥܒܘܕܝܗܘܢ ܘܐܘܡܢܝܗܘܢ ܡܣܗܕܝܢ ܐܢܘܢ ܥܠܝܗܘܢ .
ܕܥܒܕܘ ܐܢܘܢ . ܘܡܣܗܕܝܢ ܕܠܐ ܚܫܚܘ
ܐܢܘܢ ܀

ܪܥܐ ܗܘܐ ܒܩܛܡܐ ܠܒܗܘܢ . ܘܛܥܝܢ
ܛܥܝܢ ܘܠܐ ܡܦܨܝܢ ܢܦܫܗܘܢ . ܗ̄ . ܠܡܛܠ
ܕܒܬܪ ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܕܐܡܪܬ : ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܘܠܝܬ
ܐܚܪ . ܐܡܪܚܘ ܠܡܥܒܕ ܐܢܝܢ ܀

ܐܥܒܪܬ ܥܘܠܟ ܐܝܟ ܥܪܦܠܐ . ܗܘ . ܫܒܝܗܘܢ
ܘܐܘܠܨܢܗܘܢ ܀

ܫܒܚܘ ܫܡܝܐ . ܗܘ . ܒܦܘܪܩܢܢ ܗܘ
ܫܒܚܘ ܫܡܝܐ . ܗܘ . ܒܢܝ ܫܡܝܐ ܕܩܥܝܢ
ܗܘܘ ܒܚܕܘܬܐ . ܘܐܡܪܝܢ . ܬܫܒܘܚܬܐ
ܠܐܠܗܐ ܒܡܪܘܡܐ ܘܥܠ ܐܪܥܐ ܫܠܡܐ . ܘܣܒܪܐ
ܛܒܐ ܠܒܢܝܢܫܐ .. ܘܢܒܥܘ ܫܬܐܣܝܗ̇ ܕܐܪܥܐ .
ܗ̄ . ܒܩܝܡܬܐ ܕܡܝܬܐ ܕܗܘܬ ܒܙܒܢܐ
ܕܨܠܝܒܘܬܐ . ܘܐܬܦܨܚܘ ܛܘܪܐ ܒܬܫܒܘܚܬܐ .

batur se Christum appellari. *Et non est alius*[1] *præter me,* non est qui possit irrita reddere quæ promisi.

7. *Ex quo constitui populum in æternum,* ut scilicet sit mihi populus in æternum.

8. *Et jampridem narravi vobis* nimirum a diebus Moysi notum feci vobis.

9, 12, 16. *Non est utilitas in operibus quæ facere cupiverunt, quia ferrum exacuit faber lignarius, tum dolabra complanat illud et scalpro incidit et ligno* (?) *compingit.. Et comederunt et saturati sunt et calefecerunt se et dixerunt : Frater noster.* Reprehendit eos dicens : « Post hæc omnia quæ feci, fecistis vobis vitulos et idola quorum fabricatores contra se testantur se ea fecisse eaque prorsus inutilia esse. »

20. *Pascitur cinere cor eorum. Turpiter errant, non salvant animam suam* Quatenus, post hæc omnia quæ dixi « ego sum et non est alius, » ausi sunt ista idola facere.

22. *Amovi iniquitatem tuam ut caliginem,* eorum scilicet captivitatem et afflictiones.

23. *Laudate cœli;* in salute nostra laudaverunt cœli, angeli scilicet cœli qui cum gaudio clamabant : « *Gloria in excelsis Deo et in terra pax et bona spes hominibus*[2]. » *Et jubilate fundamenta terræ* in resurrectione mortuorum quæ facta est tempore crucifixionis. *Et exhilaramini montes laudatione ;* con-

[1] Versio simplex : *Et nullus est Deus.*

[2] *Luc.* II, 14.

ܟܝܬ ܕܐܬܟܪܝܘ ܗܘܘ ܒܓܘܕܦܐ ܕܥܠ ܐܠܗܐ ܀
ܘܚܘܪܫܐ ܘܟܠ ܐܝܠܢܐ ܕܒܗ ܃ ܕܐܬܦܨܝܘ ܡܢ ܒܣܡܐ
ܕܒܠܗ ܠܗܘ ܠܐܠܗܝܗܘܢ ܡܩܪܒܝܢ ܗܘܘ ܀

ܡܬܚܬ ܫܡܝܐ ܒܠܚܘܕܝ . ܘܪܩܥܬ ܐܪܥܐ ܡܢ
ܘܠܝ ܀ ܫܪܝ ܬܘܒ ܕܢܫܬܥܐ ܥܠ ܚܝܠܗ
ܐܘܚܕܢܐ . ܕܐܢܐ ܡܬܚܬ ܫܡܝܐ ܘܪܩܥܬ ܐܪܥܐ ܀

ܡܒܛܠ ܐܢܐ ܐܬܘܬܐ ܕܒܕܘ̈ܝܐ . ܘܩܨܡܝܗܘܢ
ܡܣܟܠ ܐܢܐ . ܗܘ . ܕܐܬܘܬܐ ܕܝܗܒܝܢ ܒܕܘ̈ܝܐ .
ܗ̄ . ܗܢܘܢ ܕܡܡܠܠܝܢ ܡܢ ܟܪܣܐ . ܘܩܨܡܝܗܘܢ
ܡܣܟܠ . ܗ̄ . ܒܗܦܟܐ ܕܡܗܦܟ ܟܠ
ܕܐܡܪܝܢ ܡܣܬܟܠܝܢ ܒܗܘܢ ܀ ܡܗܦܟ ܐܢܐ ܚܟܝܡܐ
ܠܒܣܬܪܗܘܢ . ܗ̄ . ܠܒܒܠܝܐ ܚܟܝܡܐ
ܠܒܣܬܪܗܘܢ .. ܘܝܕܥܬܗܘܢ ܡܣܟܠ ܐܢܐ .
ܗ̄ . ܕܝܢ ܟܠܕܝܘܬܐ ܡܣܟܠ ܐܢܐ ܀
ܡܩܝܡ ܡܠܬܐ ܕܥܒܕܗ . ܗ̄ . ܕܡܘܫܐ .
ܗܝ ܕܐܝܟ ܕܢܗܘܘܢ ܡܒܕܪܝܢ ܒܣܘܦܝ ܫܡܝܐ
ܘܫܪܟܐ ܀ ܘܡܪܥܝܬܐ ܕܡܠܐܟܘܗܝ ܡܫܠܡ .
ܗ̄ . ܕܟܠ ܡܣܒܪ̈ܬܐ ܛܒ̈ܬܐ ܕܐܝܬܝܘ ܠܟܘܢ
ܢܒܝ̈ܐ . ܕܐܝܟ ܡܠܐܟ̈ܐ ܩܝܡܝܢ ܒܝܬ ܠܝ
ܘܠܟܘܢ . ܡܫܠܡ ܐܢܐ ܀
ܕܐܡܪ ܠܥܘܡܩܐ ܚܪܘܒ .. ܗܘ ܗܘ ܕܢܚܪܘܒ
ܡܪܝܐ ܥܘܒ ܝܡܐ .. ܘܢܗܪ̈ܘܬܐ ܐܘܒܫ . ܗ̄ .
ܗܘ ܗܘ ܘܢܦܫܘܛ ܐܝܕܗ ܥܠ ܢܗܪܐ ܦܪܬ ܀
ܘܒܐܝܕܐ ܐܚܪܢܐ . ܕܢܚܪܘܒ ܡܪܝܐ ܠܐܟܠܩܪܨܐ .
ܘܠܛܥܝܘܬܗ ܕܗܘ ܕܒܓܘܗ ܐܝܟ ܕܒܝܡܐ ܡܛܒܥ
ܒܢ̈ܝܢܫܐ . ܘܢܗܪ̈ܘܬܐ ܕܡܘܒܫ . ܚܝ̈ܠܘܬܐ
ܡܪ̈ܘܕܐ ܕܐܣܛܘܬܗ ܀
ܐܡܪ ܠܟܘܪܫ ܪܥܝ . ܘܟܠܗ ܨܒܝܢܝ ܢܫܠܡ .
ܠܡܐܡܪ ܠܐܘܪܫܠܡ ܬܬܒܢܐ . ܘܠܗܝܟܠܐ ܬܬܟܠܠ ܀

tristati quippe fuerant blasphemiis quas impii evomuerant. *Et sylva et omnes arbores qui in ea sunt,* quia liberati sunt a suffitibus quos Diis offerebant sub arboribus.

24. *Extendi cælos solus, et terram per memetipsum et mihi firmavi.* Cœpit rursus narrare de potenti sua virtute: *ego extendi cœlos et firmavi terram.*

25. *Irrita facio signa ariolorum et divinationes eorum stultas reddo,* signa scilicet quæ dant arioli seu ventriloqui. *Et divinationes eorum stultas reddo,* prout subvertit omnia quæ dicunt. *Converto sapientes retrorsum,* sapientes Babylonios retrorsum ; *et scientiam eorum stultam reddo,* chaldaismum[1] eorum stultum reddo.

26. *Firmans verbum servi sui,* Moysi, quod scilicet dispergentur sub finibus cœli, etc. *Et consilium nuntiorum suorum perficiens,* i. e. quæcumque nuntia bona attulerint vobis prophetæ, qui tanquam nuntii stant inter me et vos, perficio.

27. *Qui dixit profundo : destruitor,* i. e. destruet Dominus sinum maris. *Et flumina arefaciam,* i. e. extendet manum suam super Euphraten. Aliter: destruet Dominus diabolum ejusque fallaciam, in quam velut in mare immergit homines. Et flumina quæ arefacit sunt nefarii ejus exercitus.

28. *Dixi*[2] *Cyro pastori meo ut omnem voluntatem meam perficiat, dicendo Jerusalem : ædificaberis*[3]*, et templo : coronaberis.*

[1] Astrologiam.
[2] Verbotenus : Dixit.
[3] Verbotenus : ædificabitur.

CAPUT XLV.

ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܠܡܫܝܚܗ ܠܟܘܪܫ . ܕܐܚܕܬ
ܒܐܝܕܗ ܕܝܡܝܢܐ . ܗ̄ܘ . ܒܐܝܕܗ ܕܗܢܐ ܕܗܘܐ
ܟܘܪܫ ܕܐܬܩܪܝ ܡܫܝܚܐ ܡܛܠ ܦܘܢܝܐ . ܘܪܥܝܐ
ܡܛܠ ܕܒܐܝܩܪܐ ܪܒܐ ܐܣܩ ܐܢܘܢ . ܒܐܝܕܗ
ܐܫܬܡܠܝ ܗܘܝ ܟܠܗܝܢ ܛܒܬܐ ܕܥܡܐ ܀

ܬܪܥܐ ܕܢܚܫܐ ܘܡܘܫܚܠܐ ܕܦܪܙܠܐ ܐܬܒܪ . ܗܢܘ
ܕܝܢ : ܬܪܥܐ ܘܡܘܫܚܠܐ ܕܦܪܙܠܐ ܕܐܬܬܒܪܘ .
ܗܢܘܢ ܕܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܠܩܘܒܠ ܢܒܝܘܬܐ ܕܒܗ ܟܬܝܒ
ܗܘܐ ܣܒܪܗ ܕܥܡܐ ܀
ܐܫܪܐ ܠܡܦܬܚ ܬܪܥܐ ܩܕܡܘܗܝ . ܗܘ . ܕܝܢ .
ܬܪܥܝ ܐܬܪܘܬܐ ܕܚܒܝܫܝܢ ܗܘܘ ܒܗܘܢ ܒܢܝ
ܐܝܣܪܝܠ ܀
ܩܪܝܬܟ ܡܫܝܚܝ ܘܠܐ ܝܕܥܬܢܝ . ܗ̄ܘ . ܟܕ
ܡܛܠ ܕܒܛܠ ܗܘܐ ܒܢܝܢ ܗܝܟܠܐ ܒܝܘܡܬܗ .
ܐܘ ܡܛܠ ܕܚܕܪ ܠܕܘܟܬܐ ܒܢܘܪܐ .
ܘܐܠܦ ܐܢܘܢ ܠܡܣܓܕ ܠܢܘܪܐ ܘܠܡܝܐ ܀
ܕܢܕܥܘܢ ܡܢ ܡܕܢܚܗ ܕܫܡܫܐ ܠܡܥܪܒܐ
ܠܡܥܪܒܘܗܝ ܕܠܝܬ ܠܒܪ ܡܢܝ . ܗ̄ܘ . ܚܝܠܗ
ܓܝܪ ܕܐܠܗܐ ܗܘܐ ܘܠܐ ܗܘܐ ܠܡܬܟܪܙܘ . ܐܝܟ ܕܢܕܥܘܢ
ܗܘܘ ܒܐܝܕܗ ܘܫܪܟܐ ܀
ܕܓܒܠ ܢܘܗܪܐ ܘܒܪܐ ܚܫܘܟܐ . ܗ̄ܘ . ܦܘܪܩܢ
ܡܨܪܝܢ ܘܫܘܥܒܕܐ ܕܒܒܠ ܀ ܥܒܕ ܫܠܡܐ
ܘܒܪܐ ܒܝܫܬܐ . ܗ̄ܘ . ܫܠܡܐ ܕܐܡܪ ܕܥܒܕ
ܦܘܪܩܢܐ ܗܘ ܕܒܝܕ ܟܘܪܫ . ܘܒܝܫܬܐ ܕܐܡܪ
ܕܒܪܐ . ܐܒܕܢܐ ܗܘ ܕܒܒܠܝܐ ܘܕܒܝܬ ܓܘܓ ܀

ܐܬܒܣܡܘ ܫܡܝܐ ܡܢ ܠܥܠ . ܗܢܘ ܕܝܢ .
ܒܦܘܪܩܢܐ ܕܥܡܡܐ . ܗܢܘܢ ܓܝܪ ܡܠܐܟܐ ܚܕܝܢ
ܒܚܛܝܐ ܚܕ ܕܬܐܒ ܀ ܘܡܛܠ ܕܒܪܝܢ

[1] ܡܫܝܚܐ verti potest Messias, Christus vel Unctus. Tria quippe hæc nomina idem significant.

CAPUT XLV.

1. *Sic dicit Dominus uncto*[1] *suo Cyro : apprehendi manum ejus dexteram,* manum scilicet hujus Cyri, qui Unctus appellatur propter reditum (Judæorum) et pastor quia magno cum honore eos ascendere fecit. Per ejus manum adimpleta sunt omnia populi bona.

2. *Portas æneas et vectes ferreos disrumpam.* Confractæ sunt portæ et vectes ferrei quæ opponebantur prophetiæ, in qua spes populi descripta erat.

1. *Incipiam aperire portas coram eo,* portas regionum in quibus inclusi erant filii Israel.

4. *Vocavi te unctum meum*[2] *et non cognovisti me,* forsan quia cessavit ædificatio templi in diebus ejus aut quia sepsit locum igne et docuit eos adorare ignem et aquam.

6. *Ut sciant ab ortu solis usque ad occasum ejus nullum esse præter me.* Nimirum potentia Dei erat prædicanda ut per eam scirent, etc.

7. *Qui formavit lucem et creat tenebras,* liberationem scilicet Ægypti et servitutem Babylonis. *Fecit pacem et creavit malum.* Pax quam se fecisse dicit liberatio est per Cyrum effecta, et malum quod se creasse dicit perditio est Babyloniorum et domus Gog.

8. *Lætamini cœli desuper,* in salute scilicet gentium. Gaudent quippe angeli super uno peccatore

[2] Vers. simplex cum hebræo: vocavi te nomine tuo.

ܙܕܝܩܘܬܐ . ܗܘ . ܒܚܛܝܐ ܕܬܝܒܝܢ ܙܕܝܩܘܬܐ .
ܥܢܢܐ ܐܝܟ ܕܡܪܣܣܝܢ ܙܕܝܩܘܬܐ ܫܠܝܚܐ
ܘܟܗܢܐ ܕܚܣܝܢ ܡܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܀ ܬܬܦܬܚ ܐܪܥܐ
ܘܬܣܓܐ ܦܘܪܩܢܐ . ܗܘ . ܬܬܦܠܚ ܙܕܝܩܘܬܐ
ܒܡܕܥܬܐ ܕܥܡܡܐ ܡܛܠ ܐܪܥܐ ܀ ܘܬܣܓܐ
ܦܘܪܩܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܬܪܘܬܐ ܀ ܘܙܕܝܩܘܬܐ ܬܢܒܘܥ
ܐܟܚܕܐ . ܗܘ . ܒܦܘܪܩܢܐ ܕܥܡܡܐ ܕܐܣܓܝܐܬ
ܣܓܝܐܬ ܙܕܝܩܘܬܗܘܢ . ܘܕܢܚܝܢ ܘܡܬܪܒܝܢ
ܬܪܬܝܗܘܢ . ܦܘܪܩܢܐ ܘܙܕܝܩܘܬܐ ܐܟܚܕܐ ܀

pœnitentiam agente[1]. *Et nubes stillent justitiam.* Nubes quæ stillant justitiam apostoli sunt et sacerdotes qui justificant per absolutionem quam dant e baptismo. *Aperiatur terra et multiplicetur salus.* Colatur justitia in populorum mente per terram figurata, et multiplicetur salus in omnes regiones. *Et justitia oriatur simul.* In salute populorum multiplicata est eorum justitia, et exoriuntur ac crescunt simul illa duo : salus et justitia.

ܘܝ ܠܡܢ ܕܕܐܢ ܥܡ ܓܒܘܠܗ . ܗܘ . ܡܫܟܢܘܬܐ
ܡܫܟܢܝܢ ܗܘܝܢ ܕܡܚܪܐ ܠܢ ܠܐ ܢܐܬܐ ܠܘܬܟ ܀ ܚܨܦܐ
ܡܢ ܚܨܦܐ ܕܐܪܥܐ ܀ ܚܨܦܐ ܗܘ ܐܢܬ ܐܝܟ ܡܢ
ܚܨܦܐ . ܠܐ ܬܬܚܪܐ ܕܠܡܢܐ ܐܬܒܪܝܬ ܚܨܦܐ
ܘܠܐ ܪܚܡܐ . ܐܝܟ ܕܠܐ ܟܣܐ ܚܨܦܐ ܠܦܚܪܐ .
ܐܦܠܐ ܚܨܦܐ ܢܟܣܐ ܠܐܠܗܐ ܀

9. *Væ*[2] *litiganti cum fictore suo.* Accusatione nos invicem accusavimus. Qui nos contendere fecit non veniat ad te. *Testa e testis terræ.* Testa quidem es e testis, non litiges (?) cur creatus es testa absque misericordia. Sicut non reprehendit testa figulum, sic non reprehendat testa Deum.

ܘܝ ܠܕܐܡܪ ܠܐܒܐ ܠܡܢܐ ܝܠܕܬ . ܗܘ . ܠܐܠܗܐ ܀
ܘܠܐܡܐ ܠܡܢܐ ܒܛܢܬ ܀

10. *Væ qui dicit patri,* i. e. Deo : *quare genuisti*[3]*? Et matri : quare concepisti ?*

ܫܐܠܘܢܝ ܐܬܘܬܐ ܥܠ ܒܢܝ . ܘܥܠ ܥܒܕ ܐܝܕܝ
ܦܩܕܘܢܝ . ܗܘ . ܚܪ . ܒܡܠܟܗ ܕܩܕܝܫܐ
ܕܩܒܥ ܙܒܢܐ ܠܥܩܬܐ ܘܠܦܘܢܝܐ ܀

11. *Petite a me signa de filiis meis. Et de opere manuum mearum examinate me.* Respicit consilium Sancti (Israel) quo constituit tempus adversitatis et reditus.

ܐܢܐ ܒܐܝܕܝ ܡܬܚܬ ܫܡܝܐ ܀ ܘܦܩܕܬ ܠܟܠܗ
ܚܝܠܗܘܢ . ܗܘ . ܐܬܥܝܪܬܗ ܒܙܕܝܩܘܬܐ ܀
ܒܥܐ ܕܢܚܘܐ ܕܚܕܐ ܗܝ ܐܝܕܐ ܕܡܬܚܬ ܫܡܝܐ : ܘܦܩܕܐ
ܠܟܠܗ ܚܝܠܗܘܢ . ܘܗܝ ܐܬܥܝܪܬܗ ܒܙܕܝܩܘܬܐ
ܠܟܘܪܫ ܕܫܒܝܬܐ ܢܫܪܐ ܘܠܡܕܝܢܬܐ ܢܒܢܐ ܀

12-13. *Ego manibus meis extendi cœlos, et mandavi omni exercitui eorum, exitavi eum in justitia.* Vult ostendere eamdem esse manum, quæ cœlos extendit eorumque exercitui leges imposuit, et quæ excitavit in justitia Cyrum ut captivitatem dimitteret et urbem ædificaret.

[1] *Luc.* XV. 10.

[2] ܘܝ = הוֹי. Pro quo Syri dicunt ܘܝ .

[3] Vers. simplex ܒܛܢܬܝ .

ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܡܛܫܝܐ ܦܪܘܩܗ ܕܐܝܣܪܝܠ.
ܒܗܬܘ ܘܐܬܟܠܡܘ ܘܡܗܠܟܝܢ ܒܒܗܬܬܐ. ܗ̄.
ܒܒܗܬܬܐ. ܒܗܬܘ ܟܠܗܘܢ ܕܓܠܦܝܢ ܦܬܟܪܐ
ܕܒܗܬܬܐ܀

ܠܐ ܗܘܐ ܣܪܝܩܐܝܬ ܒܪܝܗ̇. ܗ̄. ܠܐ ܗܘܐ ܠܡ
ܣܪܝܩܐܝܬ ܒܪܝܗ̇. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܚܛܝܢ ܘܡܣܬܪܩܐ
ܠܗܘܢ ܘܡܘܒܕܐ ܠܗܘܢ܀

ܠܐ ܗܘܐ ܒܛܘܫܝܐ ܡܠܠܬ. ܒܐܬܪܐ ܕܐܪܥܐ
ܚܫܘܟܬܐ. ܗ̄. ܐܝܟ ܗܢܘܢ ܕܥܒܕܝܢ ܚܪ̈ܫܐ
ܘܩܣܡܐ. ܘܡܫܐܠܝܢ ܠܡܝ̈ܬܐ ܥܠ ܚ̈ܝܐ܀

ܒܝ ܝܡܝܬ ܘܢܦܩܬ ܡܢ ܦܘܡܝ ܡܠܬܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ.
ܗ̄. ܕܢܚܘܐ ܕܥܠ ܙܕܝܩܘܬܐ ܘܡܛܠ ܙܕܝܩܘܬܐ.
ܒܙܕܝܩܘܬܐ ܝܡܐ. ܘܐܡܪ ܕܠܝ ܬܬܟܦܐ ܟܠ
ܒܘܪܟ. ܘܒܝ ܬܐܡܐ ܟܠ ܠܫܢ܀

15. *Coram Deo abscondito*[1] *Israelis salvatore, erubuerunt atque pudefacti sunt qui turpiter se gerunt,* nimirum pudore affecti sunt omnes qui sculpunt idola turpia.

18. *Non frustra creavit eam ;* utique non frustra creavit terram ; sed illi peccant et illa exinanit et disperdit eos.

19. *Non sum clam locutus in loco terræ tenebroso,* sicut qui faciunt xænia et divinationem et interrogant mortuos de vivis.

23. *Per me juravi et egressum est ex ore meo verbum justitiæ.* Voluit ostendere quod de justitia et propter justitiam juste juravit et dixit : *Mihi incurvabitur omne genu et per me omnis lingua jurabit.*

CAPUT XLVI.

ܢܦܠ (sic) ܒܠ ܘܐܬܬܒܪ ܢܒܘ. ܘܗܘܘ
ܦܬܟܪܝܗܘܢ ܓܠܝܦܘܗܘܢ ܛܥܢܐ ܝܩܝܪܐ. ܗ.
ܢܒܗܬܘܢ ܒܗܘܢ ܒܒܠܝ̈ܐ. ܟܕ ܚܙܝܢ ܠܗܘܢ
ܕܡܬܕܪܝܢ ܒܗ ܘܡܬܬܥܝܢܝܢ ܥܠ ܒܥܝܪܐ܀

ܐܬܕܟܪܘ ܩܕ̈ܡܝܬܐ ܕܡܢ ܥܠܡ. ܗ̄. ܟܠܗܝܢ
ܛܒ̈ܬܐ ܕܥܒܕܬ ܠܐܒܗ̈ܬܟܘܢ܀

ܡܚܘܐ ܐܢܐ ܡܢ ܪܫܝܬܐ ܐܚܪ̈ܝܬܐ. ܗ. ܠܫܢ̈ܐ
ܕܩܕܡ ܐܪܒܥܡܐܐ ܫܢ̈ܝܢ ܐܡܪ ܘܥܒܕ ܡܕܡ
ܕܐܫܬܘܕܝ ܠܗܘܢ܀

ܩܪܐ ܐܢܐ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܛܝܪܐ. ܗ. ܐܘ ܠܡܕܝ̈ܐ
ܩܪܐ ܛܝܪܐ ܕܢܚܪܒܘܢ ܠܗܘܢ ܠܒܒܠܝ̈ܐ. ܐܘ
ܠܗܘ ܠܐܝܣܪܝܠ ܩܪܐ ܛܝܪܐ. ܕܒܦܘܢܝܗܘܢ

CAPUT XLVI.

1. *Cecidit Bel et corruit Nabu, et sculpta eorum idola facta sunt sarcinæ ponderosæ.* Pudore afficientur in illis Babylonii videntes ea sustentata et imposita jumentis.

9. *Memores estote antiquorum quæ a sæculo facta sunt,* omnium scilicet bonorum quæ feci patribus vestris.

10. *Ostendo a principio novissima,* nimirum ante annos quadringentos dixit et fecit quod eis promiserat.

11. *Voco ab oriente avem*[2]*,* aut avem Medos vocat qui vastabunt Babylonios, aut avem appellat Israelitas qui in reditu suo Ara-

[1] Vers. simplex : Tu es Deus, etc.

[2] ܛܝܪܐ est proprie avis rapax.

ܠܐܪ̈ܘܡܝܐ ܘܠܝܘ̈ܢܝܐ ܘܠܒܝܬ ܓܘܓ ܚܪܒܘ
ܗܘܘ ܀

ܓܒܪܐ ܕܡܠܟܝ . ܗ̄ . ܙܘܪܒܒܠ ܀

ܩܪܒܬ ܠܗ ܙܕܝܩܘܬܝ . ܗ̇ ܕܝܢ . ܩܪܒܬ
ܠܗ ܬܒܥܬܐ ܕܗܘܝܐ ܒܒܒܠܝ̈ܐ ܀

CAPUT XLVII.

ܠܐ ܢܘܣܦܘܢ ܬܘܒ ܠܡܩܪܝܟܝ ܡܦܢܩܬܐ
ܘܡܥܕܢܬܐ . ܗ̄ . ܕܝܢ . ܡܚܘܐ ܬܘܒ
ܠܡܦܘܠܬܗ . ܕܒܒܠ ܡܦܢܩܬܐ ܘܓܐܝܬܐ ܀

ܣܒܝ ܪܚܝܐ ܛܚܘܢ ܩܡܚܐ . ܗ̄ . ܡܛܠ
ܕܠܡܕ̈ܝܐ ܛܚܢܬ ܟܕ ܦܠܚܐ ܥܒܕܘܬܐ . ܗܝ
ܕܠܟܠ ܥܡ̈ܡܝܢ ܐܛܚܢܬ ܒܫܡܫܬܐ
ܕܥܒܕܘܬܗ . ܓܠܝ ܣܘܪ̈ܬܟܝ . ܗ . ܡܛܠ
ܬܘܗܬܐ ܪܒܬܐ ܕܚܕܪܟܝ ܀

ܓܠܝ ܫܩ̈ܝܟܝ ܥܒܪܝ ܢܗܪ̈ܘܬܐ . ܗ . ܩܕܡ
ܫܒܝܐ . ܐܬܦܪܥ ܡܢܟܝ ܬܒܥܬܐ . ܗ̄ . ܐܥܒܕ
ܡܢܟܝ ܬܒܥܬܐ ܕܐܪܥܐ ܟܠܗ ܕܐܘܠܨܬܝ .
ܘܕܥܡܝ ܐܝܣܪܝܠ ܕܫܒܝܬܝ ܀

ܬܒܝ ܒܬܡܗܐ . ܗ̄ . ܡܛܠ ܕܠܐ ܝܕܥܘ ܟܠܕ̈ܝܐ
ܬܪܥܝܬܐ ܟܣܝܬܐ ܕܐܠܗܐ ܀ ܥܘܠܝ ܒܚܫܘܟܐ ܀

ܬܐܬܝܢ ܡܚ̈ܘܢ ܒܝܘܡܐ ܚܕ ܥܠܝܟܝ .
ܗ̄ . ܕܠܐ ܐܬܝܕܥ ܠܟܝ ܣܘܦܟܝ ܒܐܘܡܢܘܬܐ
ܕܟܠܕ̈ܝܟܝ ܀ ܬܟܠܐ ܘܐܪܡܠܘܬܐ ܬܟܣܝܢܟܝ .
ܗ̄ . ܥܩܪܘܬܐ . ܬܟܠܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܚܪܒܐ .
ܘܐܪܡܠܘܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܡܚܘܝܐ ܡܢ ܫܘܠܛܢܐ ܀

ܬܐܬܐ ܥܠܝܟܝ ܒܝܫܬܐ ܒܨܦܪܐ . ܗܢܘ ܕܝܢ
ܬܕܪܟܟܝ ܚܪܒܐ ܒܦܘܪܩܢܗ ܕܥܡܐ ܀

mæos[1] et Græcos et domum Gog vastarunt.

12. *Virum consilii mei,* i. e. Zorobabelem.

13. *Appropinquavit justitia mea,* scilicet appropinquavit vindicta quæ in Babylonios fiet.

CAPUT XLVII.

1. *Non amplius vocabunt te teneram ac delicatam.* Affirmat ruinam Babylonis delicatæ et voluptuosæ.

2. *Accipe molam, mole farinam.* Medis quippe moluit servitutem agens illa, quæ omnibus populis moluit in ministerio servitutis. *Tonde canos tuos* propter devastationem magnam quæ circumdedit te.

3. *Detege crura tua,* transi flumina ante captivos. *Sumam de te vindictam.* Faciam ex te vindictam universæ terræ quam afflixisti et populi mei Israel quem captivum fecisti.

5. *Sede in stupore,* quia non agnoverunt Chaldæi occultum Dei consilium. *Ingredere in tenebras.*

9. *Duæ plagæ una die venient super te,* quia artificio Chaldæorum tuorum decepta ignorasti finem tuum. *Orbitas et viduitas operient te*[2], i. e. sterilitas. Orbitas urbis destructionem notat, viduitas regni privationem.

11. *Superveniet tibi malum in matutino,* i. e. excidium attinget te in liberatione populi.

[1] ܐܪ̈ܘܡܝܐ pro ܪ̈ܗܘܡܝܐ. Hæc scriptio occurrit etiam *Ephr.* II, 88 ; et *II Reg.* XI, 1 ; *IV Reg.* V,2 ; IX, 15 ; XIII, 17.

[2] Vers. simpl. : venient super te.

ܩܘܡܝ ܠܐ ܒܥܘܫܢܐ ܕܚܪ̈ܫܝܟܝ ܘܕܐܫ̈ܦܝܟܝ. ܗܘ. ܩܘܡܝ ܐܡܪ ܘܐܬܟܬܫܝ. ܒܚܝܠܐ ܕܢܟܠܐ ܕܚܪ̈ܫܝܟܝ ܘܕܐܫ̈ܦܝܟܝ ܐܢ ܠܡܚܣܢ ܬܫܟܚܝܢ ܠܡܥܕܪܟܝ ܀

ܠܝܬ ܓܘܡܪ̈ܐ ܠܢܘܪܗܘܢ. ܗܘ. ܠܝܬ ܚܝܠܐ ܕܡܬ̈ܩܣܡܝܗܘܢ ܀

12. *Surge nunc cum multitudine magorum et incantatorum tuorum,* surge, inquit, et pugna vi fallaciarum magorum et incantatorum tuorum, forte proficere poteris.

14. *Non habet carbones ignis eorum,* i. e. nullam habent virtutem oracula eorum.

CAPUT XLVIII.

ܫܡܥܘ ܗܕܐ ܕܒܝܬ ܝܥܩܘܒ ܕܝܡܝܢ ܒܫܡܗ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܡܢ ܡܒܘܥܐ ܕܝܗܘܕܐ ܢܦܩܘ. ܗܘ. ܡܢ ܡܒܘܥܐ ܘܡܢ ܡܝ̈ܐ. ܕܡܬܩܪܝܢ ܒܫܡܗ ܕܐܝܣܪܝܠ ܟܕ ܠܐ ܫܘܝܢ. ܘܡܢ ܡܒܘܥܐ ܕܝܗܘܕܐ ܢܦܩܘ. ܗܘ. ܐܦ ܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܫܪܒܬܗ ܢܦܩܘ ܘܐܬܝܠܕܘ ܀

ܘܠܐܠܗܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܡܥܗܕܝܢ. ܗܘ. ܠܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܩܘܫܬܐ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܕܩܘܫܬܐ ܡܬܩܪܝܢ ܀ ܘܥܠ ܐܠܗܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܐܣܬܡܟܘ. ܗܘ. ܣܒܪܝܢ ܕܐܣܬܡܟܘ ܟܕ ܠܐ ܐܣܬܡܟܘ ܀

ܘܟܕ ܠܟ ܨܘܪܐ ܗܘ ܕܦܪܙܠܐ : ܘܒܥܬܐ ܕܢܚܫܐ. ܗܘ. ܡܟܣ ܠܗܘܢ ܒܗܠܝܢ ܠܥܘ̈ܠܐ ܡܬܠܐ. ܘܐܝܟ ܕܡܢ ܦܪܨܘܦܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܡܪ ܠܟܠܗܘܢ ܗܟܢܐ ܀

ܚܘܝܬܟ ܡܢ ܩܕܡ. ܗܘ. ܓܠܝܬ ܠܟ ܒܝܕ ܢܒܝ̈ܐ ܐܝܠܝܢ ܕܥܬܝ̈ܕܢ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܐܬ̈ܝܢ. ܕܠܐ ܬܐܡܪ ܕܦܬܟܪ̈ܝ ܡܟܟܘܢܝ. ܘܦܪܩܘܢܝ ܀

ܡܢ ܩܕܡ ܐܬܦ̈ܬܚ ܐܕܢ̈ܝܟ. ܗܘ. ܦܬܚܬ ܐܕܢ̈ܝܟ ܡܢ ܡܘܫܐ ܠܡܫܡܥ. ܘܐܢ ܬܐܡܪ ܕܡܢ ܩܨܘ̈ܡܐ ܫܡܥܬ ܠܗ̇. ܡܕܓܠ ܡܕܓܠܬ ܐܢܬ ܀ ܘܥܘܠܐ ܡܢ ܟܪܣܐ ܐܬܩܪܝܬ. ܗܘ.

CAPUT XLVIII.

1. *Audite hæc domus Jacob,* qui juratis[1] per nomen Israel. *De fonte Judæ exierunt,* i. e. de fonte et aquis Judæ (exierunt) qui vocantur nomine Israel, etsi indigni. *Et de fonte Judæ exierunt* etiam illi qui ex tribu ejus exierunt et nati sunt. *Et Deum Israel commemorant non autem veraciter. Quia etiam a civitate veritatis*[2] *denominantur.*

Et Deo Israel innixi sunt. Putant se innixos esse etsi revera innixi non sunt.

4. *Nervum habes ferreum et frontem æneum;* reprehendit hisce verbis impios et veluti e persona omnium loquitur ad omnes hoc modo.

5. *Ostendi tibi jam pridem;* revelavi tibi per prophetas quæ ventura sunt antequam evenirent. *Ne dicas idola mea humiliaverunt me et liberaverunt me.*

8. *Jampridem apertæ fuerant aures tuæ,* scilicet aperui aures tuas ut a Moyse audires. Quod si dicas: ab ariolis ea audivi certo mentiris. *Et iniquus ab utero*

[1] Vers. simpl. cum hebræo et aliis : « Qui vocamini, » quod et Ephræmus legit, ut patet e commentario adjecto.

[2] Vers. simpl. : a civitate sancta.

vocatus es. Peccatores quippe fuerunt jam quum exirent ex Ægypto.

9. *Propter nomen meum prorogabo iram meam ;* propter nomen meum quod invocatum est super eos iræ meæ immiscebo longanimitatem.

10. *Ecce purgavi te sed non argento,* paupertate, sed non morte.

11. *Et honorem meum alteri non dabo,* significat quod non adducet Christum ex alia tribu quam ex semine Abrahæ, aut quod ipsius solius est adoratio et imperium quæ ei ab omnibus debentur.

14. *Dominus amat efficere voluntatem suam in Babylonem,* i. e. opere perficere ea quæ contra eam per verbum suum decrevit.

16. *Et a tempore, quo facta est hæc plaga* in toto populo meo, *ibi eram.* Ut non spernantur ab incantatoribus ea quæ dixit, ostendit verba non esse prophetæ, sed Domini et Spiritus ejus qui prophetam misit ad hæc prædicanda. Dixit enim veluti ex persona ejus perspicue: « In omni populo meo ibi sum et dextera mea extendit cœlos[1]. »

17. *Doceo te ne inique agas* in me sicut Babylon quæ inique egit in me.

19. *Et erit semen tuum ut glareæ fluvii.* Promissio Abrahæ proteget eos in captivitate ut sedeant sub umbra ejus orbati liberis.

21. *Rupit petram et fluxerunt aquæ.* Eduxit eos e dura Babele et reduxit eos in terram eorum, quæ sitiebat eos.

[1] Supra vers. 13.

CAPUT XLIX.

ܫܡܥܘ ܓܙܪ̈ܬܐ ܘܨܘܬܘ ܥܡ̈ܡܐ ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܡܪܝܐ ܩܪܢܝ.. ܗܕܐ ܥܠ ܦܓܪܗ ܕܡܪܢ ܫܠܡܐ. ܡܛܠ ܕܒܐܒܪܗܡ ܘܒܙܪܥܗ ܡܬܥܒܪ ܗܘܐ ܀ ܠܟܪܣܐ ܕܒܡܥܒܪܬܐ ܕܐܡܗ ܐܬܝܗܒ ܫܡܗ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܘܐܬܩܪܝ ܝܫܘܥ ܀

ܥܒܕ ܦܘܡܝ ܐܝܟ ܣܦܣܪܐ ܚܪܝܦܐ. ܗܘ. ܒܥܕܢܐ ܕܕܐܢ ܡܝ̈ܬܐ ܘܚ̈ܝܐ ܀ ܥܒܕܢܝ ܐܝܟ ܓܐܪܐ ܓܒܝܐ. ܘܒܩܛܪܩܗ ܛܫܝܢܝ ܀ ܐܟܘܬ ܕܒܡܠܟܘܬܗܘܢ ܟܣܝܐ ܗܘܐ ܒܪ ܡܬܓܠܐ ܗܘܐ ܒܐܪ̈ܙܐ ܘܒܦ̈ܠܐܬܐ ܓܐܪܐ ܗܘ ܕܝܢ ܓܒܝܐ. ܕܒܗ ܐܬܡܚܝ ܀ ܗܘ ܗܘ ܕܡ̈ܚܝܢ ܗܘܐ ܒܓܐܪ̈ܘܗܝ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܀

ܥܒܕܝ ܐܢܬ ܕܒܟ ܡܫܬܒܚ ܐܢܐ. ܙܥܘܪܐ ܗܝ ܠܟ ܕܬܗܘܐ ܠܝ ܥܒܕܐ ܘܬܩܝܡ ܫܒܛܐ ܕܝܥܩܘܒ ܀ ܘܠܦܐܪܐ ܢܛܪܘܗܝ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܗܘ. ܕܒܗ ܐܢܫܘܬܐ ܕܢܣܒ ܘܕܡܘܬܐ ܕܥܒܕܐ ܕܐܬܠܒܫ. ܡܣܓܝܬ ܗܘܬ ܡܢ ܟܠ ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ. ܐܬܩܪܝ ܕܝܢ ܡܢ ܐܒܐ ܒܪܐ ܕܝܠܗ. ܥܒܕܐ ܀ ܒܝܕ ܕܢܣܒ ܕܡܘܬܐ ܕܥܒܕܐ. ܘܒܝܕ ܕܐܫܬܕܪ ܡܢ ܐܒܐ ܠܦܘܪܩܢܐ ܕܥܠܡܐ. ܕܢܦܢܐ ܠܝܥܩܘܒ ܘܠܐܝܣܪܝܠ ܕܐܠܗܐ ܀

ܝܗܒܬܟ ܩܝܡܐ ܠܥܡܐ ܘܢܘܗܪܐ ܠܥܡ̈ܡܐ. ܕܬܗܘܐ ܦܘܪܩܢܝ ܥܕܡܐ ܠܣܘܦ̈ܝܗ ܕܐܪܥܐ. ܗ̄. ܠܫܪܪܗܘܢ ܕܝܢ ܕܗܠܝܢ ܕܡܢ ܠܥܠ ܐܡܪ. ܕܝܗܒܬܟ ܢܘܗܪܐ ܠܥܡ̈ܡܐ ܘܕܫܪܟܐ ܀

ܠܕܡܫܬܛܝܐ ܢܦܫܗ.. ܬܘܒ ܥܠ ܡܪܢ ܫܠܡܐ. ܗܘ ܓܝܪ ܕܐܫܬܛܝ ܡܢ ܥܡܐ. ܘܐܬܕܚܝ ܡܢ ܒܝܬ ܦܪ̈ܝܫܐ ܘܟܗ̈ܢܐ ܚܣ̈ܡܐ ܐܝܟ ܥܒܪ ܥܠ ܢܡܘܣܐ ܀ ܡܠܟ̈ܐ ܢܚܙܘܢ

CAPUT XLIX.

1. *Audite insulæ et auscultate populi. A longinquo Dominus vocavit me.* Hoc in corpus Domini convenit; quia per Abraham et semen ejus traductus est usque in uterum matris ejus et tunc memoriæ traditum est nomen ejus ab angelo et vocatus est Jesus.

2. *Effecit os meum ut gladium acutum,* in tempore quo judicaturus est vivos et mortuos. *Fecit me ut sagittam electam, et in pharetra sua abscondit me,* quatenus in regno eorum absconditus erat et revelabatur tantum in sacramentis et figuris. Erat autem sagitta electa qua percussus fuit ille qui suis sagittis vulneraverat omnes gentes.

3, 6. *Servus meus es, in te gloriabor. Parum est tibi ut sis mihi servus et suscites tribum Jacobi et reducas virgultum Israëlis,* nempe per humanitatem quam suscepit et formam servi qua indutus est aucta maxime fuit gloria divinitatis. Appellatus est autem a Patre Filius ejus servus, quia accepit formam servi et quia missus est a Patre ad salutem mundi, ut convertat Jacobum et Israelem Dei.

8, 6. *Dedi te in fœdus populo et in lucem gentibus ut sis salus mea usque in fines terræ.* Hæc addit in confirmationem eorum quæ dixit: dedi te in lucem gentibus.

7. *Cujus anima despicitur.* Rursus hæc in dominum nostrum quadrant; ipse enim a populo contemptus est et repulsus a pharisæis et sacerdotibus invidis ut transgres-

sor legis. *Reges videbunt et surgent*, i. e. magi videbunt stellam ejus et surgent ac venient e regione sua. *Dedi te in fœdus populis ut restaures terram et accipias hæreditatem solitudinum*, ut restaures creaturam quæ velut terra a malo conculcata fuerat et animas quæ cognitione Dei privatæ erant. In hæreditatem suam acquisivit eas quando eas salvavit.

9. *Ut dicas vinctis : Egredimini.* Eos scilicet qui vincti erant errore et servitute diaboli eduxit. *Et carcere detentis : Revelamini.* Iis qui detenti erant in retibus diaboli dixit : Revelamini. *Super omnes*[1] *vias pascentur ;* nimirum ex omnibus viis in viam ejus gaudentes veniebant. *Et in omnibus semitis pascua ;* ex omnibus semitis idolorum ad Christum accedebant.

10. *Non esurient neque sitient ;* non esurient amplius cultum idolorum, et non sitient adorationem simulacrorum. *Neque nocebit eis æstus et sol ;* Deos eorum pristinos quos adorabant vocat æstum et solem. Quandoque etiam tentationes et persecutiones in nos immissas propter peccata nostra hujusmodi nominibus designat. *Quoniam qui miseretur eorum ducet eos et ad fontem aquarum adducet ;* i. e. ad Evangelium salvificum adducet eos ; hoc quippe fontem aquæ vivæ appellat.

11. *Efficiam omnes montes*

[1] Vers. simpl. omittit « omnes. »

[2] In textu mendose habetur. [illegible]

ܐܘܪ̈ܚܬܐ ܐܝܟ ܘܡܕܒܪܢܘܬܗܘܢ ܩܕܡܝܬܐ . ܕܒܚܝܠܗ ܕܨܠܝܒܐ ܡܬܕܝܫܢ ܬܚܝܬ ܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܕܒܬܘ̈ܠܐ ܀

ܗܠܝܢ ܐܬܝܢ ܡܢ ܓܪ̈ܒܝܐ . ܘܗܠܝܢ ܡܢ ܝܡܐ ܕܣܝܢܝܡ . ܗ̄ . ܗܕܐ ܗܝ ܒܥܒܕܐ ܡܬܚܙܝܐ . ܘܝܗܘ̈ܕܝܐ ܚܘܪܐ ܠܟܦܘܪ ܕܚܙܝܢ ܒܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܀

ܫܒܚܘ ܫܡܝܐ ܘܪܘܙܝ ܐܪܥܐ . ܗ̄ . ܒܝܘܡܐ ܕܗܠܝܢ ܢܗܘ̈ܝܢ ܠܥܡ̈ܡܐ ܀ ܘܐܬܦܨܚܘ ܛܘܪ̈ܐ ܒܬܫܒܘܚܬܐ . ܗ̄ . ܒܬܫܒܘܚܬܐ ܕܥܡܘܪ̈ܐ ܡܢ ܒܥܘܬܗܘܢ ܀ ܡܛܠ ܕܒܝܐܐ ܡܪܝܐ ܠܥܡܗ . ܗ̄ . ܠܥܡܐ ܕܡܢ ܥܡ̈ܡܐ ܀ ܕܒܝܐܐ ܐܢܘܢ ܒܥܕܬܗ ܀

ܫܒܩܢܝ ܡܪܝܐ ܘܡܪܝܐ ܛܥܝܢܝ . ܗ̄ . ܟܕ ܕܝܢ ܚܙܐ ܢܒܝܐ ܕܐܝܠܝܢ ܢܛܝܪ̈ܢ ܠܗ̇ ܠܥܕܬܐ . ܒܦܪܨܘܦ ܟܢܘܫܬܐ ܝܗܘܕܝܬܐ . ܐܡܪ ܗܘܐ ܕܫܒܩܢܝ ܡܪܝܐ ܘܛܥܝܢܝ ܀

ܐܢ ܛܥܝܐ ܐܢܬܬܐ ܥܘܠܗ ܘܠܐ ܡܪܚܡܐ ܥܠ ܒܪ ܟܪ̈ܣܗ ܀ ܐܢܐ ܠܐ ܐܛܥܝܟܝ . ܗ̄ . ܐܢ ܠܡܫܝܚܐ ܠܐ ܬܙܩܦܝܢ ܀

ܒܦܣ̈ܬܐ ܕܐܝܕ̈ܝ ܨܝܪܬܟܝ ܘܫܘܪ̈ܝܟܝ ܠܩܘܒܠܝ ܐܢܘܢ ܐܡܝܢܐܝܬ . ܗ̄ . ܦܣܬܐ ܥܕܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܘܫܘܪ̈ܝ ܡܕܝܢܬܟܝ ܕܒܢܐ ܐܢܐ ܠܡܒܢܐ ܀

ܥܓܠ ܒܢ̈ܝܟܝ ܡܣܚܦܢ̈ܝܟܝ ܡܚܪ̈ܒܢܝܟܝ ܡܢܟܝ ܢܦܩܘܢ . ܗ̄ . ܥܓܠ ܕܝܢ ܒܢ̈ܝܟܝ ܒܝܕ ܚܛܗ̈ܐ ܕܚܛܝܢ ܒܨܠܝܒܐ ܢܗܘܘܢ ܡܣܚܦܢ̈ܝܟܝ ܘܡܚܪ̈ܒܢܝܟܝ ܙܩܘ̈ܦܐ ܡܢܟܝ ܢܦܩܘܢ ܀

ܐܪܝܡܝ ܥܝ̈ܢܝܟܝ . ܠܚܕܪ̈ܝܟܝ ܘܚܙܝ ܕܟܠܗܘܢ ܡܬܟܢܫܝܢ ܠܟܝ . ܗ̄ . ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܠܟܢܘܫܝܘܬܗ

vias. Cupiditates significantur moresque eorum pristini, quæ virtute crucis calcantur sub pedibus ascetarum.

12. *Isti venient ab aquilone et illi a mari Senim*. Hoc reipsa nunc conspicitur, nec possunt Judæi negare quod suis oculis vident.

13. *Laudate cœli et exulta terra*, in die scilicet qua hæc fient populis. *Jubilate montes cum laudibus* quas incolæ emittunt. *Quia consolatus est Dominus populum suum*, populum e gentibus electum, quem in Ecclesia sua Dominus consolatus est.

14. *Dereliquit me Dominus et Dominus oblitus est mei*. Quando vidit propheta quæ in futurum reservata erant Ecclesiæ, in persona synagogæ dixit : *Dereliquit me Dominus et oblitus est mei*.

15. *Si obliviscitur mulier infantis sui et si non miseretur filii viscerum suorum, ego non obliviscar tui*, si Christum non crucifixeris.

16. *In palmis manuum mearum descripsi te, et muri tui coram me sunt semper*. Significatur ecclesia gentium et muri civitatis vestræ quos ædificaturus sum.

17. *Mox filii tui qui te destruunt et evertunt, ex te egredientur*; mox filii tui per peccata quæ in crucifixum committunt erunt destructores et eversores tui; crucifixores e te egredientur.

18. *Leva oculos tuos in circuitu tuo, et vide omnes ad te congre-*

ܒܒܢ̈ܝܐ ܫܦܝܪ̈ܐ ܕܒܝܘܡܝ ܙܘܪܒܒܠ ܢܗܘܘܢ
ܠܗ ܀

ܟܠܗܘܢ ܐܝܟ ܨܒܬܐ ܬܠܒܫܝܢ ܐܢܘܢ . ܘܬܬܟܠܠܝܢ
ܐܝܟ ܟܠܬܐ . ܗܿ . ܪܫܡ ܕܝܢ ܥܠ ܕܗܘܝܢ
ܠܗ ܒܡܦܩܢܗ ܕܡܢ ܒܒܠ ܀ ܡܛܠ
ܕܚܪ̈ܒܬܟܝ ܘܨܕܝܘܬܟܝ ܘܐܪܥܐ ܕܡܚܒܠܬܟܝ .
ܗܿ . ܣܟܠ ܕܒܗܬܬܐ ܟܣܝܬܐ ܕܐܚܪܒܘܟܝ
ܒܚܛܗ̈ܝܗܘܢ ܀ ܘܢܥܪܩܘܢ ܒܠܘ̈ܥܝܟܝ .
ܗܿ . ܥܡ̈ܡܐ ܣܢܐܝܟܝ ܀

ܗܐ ܡܪܝܡ ܐܢܐ ܐܝܕܝ ܥܠ ܥܡ̈ܡܐ . ܘܠܥܡ̈ܡܐ
ܐܪܝܡ ܐܬܐ . ܗܿ . ܠܐ ܗܘܐ ܕܢܐܬܘܢ ܠܫܒܝܐ
ܠܒܢ̈ܝܟܝ . ܘܢܕܒܪܘܢ ܐܢܘܢ ܒܪ̈ܓܠܝܗܘܢ .
ܐܠܐ ܕܢܝܬܘܢ ܠܒܢ̈ܝܟܝ ܘܠܒ̈ܢܬܟܝ ܥܠ
ܐܝܕܝܗܘܢ ܘܥܠ ܟܬܦ̈ܬܗܘܢ . ܐܝܟܢܐ ܕܢܫܬܡܠܘܢ
ܒܡܦܩܢܗܘܢ ܟܠܗܘܢ ܡܘܠܟܢܘܗܝ ܛܒ̈ܐ .
ܘܐܝܟܢܐ ܐܢܘܢ ܕܒܪ ܒܨܥܪܐ . ܢܗܦܟ ܐܢܘܢ
ܒܐܝܩܪܐ ܀ ܡܛܠ ܬܬܐܠܨܝ ܡܢ ܥܡܪܐ ܀

ܥܩܪܬܐ ܐܢܐ ܘܝܚܝܕܝܬܐ ܫܒܝܬܐ ܘܡܛܪܕܬܐ .
ܘܗܠܝܢ ܐܝܟܐ ܗܘܘ . ܗܿ . ܥܠ ܥܕܬܐ ܚܙܝܢ .
ܟܕ ܡܝܩܪܝܢ ܠܗ ܐܢ ܘܟܕ ܪܕܦܝܢ ܠܗ ܆
ܡܪܘܪܒܝܢ ܪܒܐܝܬ ܘܡܣܓܝܢ ܠܗ .
ܘܡܬܠܡܕܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܡܠܟ̈ܐ ܀

ܥܠ ܐܦ̈ܝܗܘܢ ܥܠ ܐܪܥܐ ܢܣܓܕܘܢ ܠܢܙܝܪ̈ܐ .
ܗܿ . ܠܟܘܡܪ̈ܐ ܕܒܓܘܗ ܀ ܢܗܘܘܢ ܡܠܟ̈ܐ
ܡܪ̈ܒܝܢܝܟܝ . ܘܥܦܪܐ ܕܪ̈ܓܠܝܟܝ ܢܠܚܟܘܢ .
ܗܿ . ܕܫܠܝܚ̈ܐ ܩܕܡܝ̈ܐ ܪ̈ܓܠܐ . ܘܠܬܠܡܝܕ̈ܝܗܘܢ

gari. Redit ad unionem ejus in pulchris filiis quos diebus Zorobabelis habebit.

19. *Omnibus tanquam ornamento vestieris et velut sponsa coronaberis.* Hisce designavit quæ fient ei in reditu e Babylone. *Quia solitudines tuæ et deserta tua et terra tua desolata ;* quia confusione operta fuisti ab antiquis qui peccatis suis te subverterunt. *Et fugient qui te deglutiunt,* populi scilicet qui te odio habent.

22. *Ecce extollo manum meam super populos et populis erigam signum ;* non ut veniant filios tuos in captivitatem abducturi et pedestri itinere eos deducturi, sed ut *afferant filios tuos ac filias super manus ac scapulas suas*[1], ut adimpleantur in reditu eorum omnes promissiones bonæ. Quum gentes abduxerint eos in humiliatione, Dominus reducet eos in gloria. *Igitur angustior eris pro habitatoribus.*

21. *Sterilis sum et solitaria, captiva et exagitata. Isti ubinam erant.* Hæc Ecclesiam respiciunt, sive enim eam revereantur sive persequantur valde magnificant et multiplicant eam edocti a principibus.

23. *Proni in terram adorabunt Nazareos*[2], i. e. sacerdotes qui in ea sunt. *Erunt reges educatores tui et pulverem pedum tuorum lingent ;* pedum scilicet apostolorum eorumque discipulorum qui præ-

[1] Vers. simpl. : afferant filios tuos super manus suas et filias tuas super humeros suos.

[2] Vox « Nazaræos » deest in vers. simpl. et in textu hebr.

ܕܡܫܪܪܝܢ ܩܘܫܬܐ . ܘܝܗܝܒܐ ܠܗܘܢ
ܡܘܗܒܬܐ ܕܐܣܝܘܬܐ ܀
ܠܡܢܐ ܡܬܢܣܒܐ ܕܒܙܬܗ ܕܓܢܒܪܐ . ܗܢܐ ܥܠ
ܡܪܢ ܦܪܩܗ ܕܐܚܕ ܫܒܝܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܡܢ
ܫܐܕܐ ܓܢܒܪܐ ܡܢ ܟܠ . ܫܒܝܬܗ ܠܗܘ
ܕܓܢܒܪܐ ܫܐܕܐ ܬܬܦܪܩ ܀
ܘܕܝܢܟܝ ܐܢܐ ܐܕܘܢ . ܗ̄ . ܘܕܝܢܟܝ ܕܡܢ
ܫܐܕܐ ܐܢܐ ܐܕܘܢ ܀
ܘܐܘܟܠ ܠܐܠܘܨܝܟܝ ܒܒܣܪܗܘܢ . ܗ̄ .
ܕܠܡܢܗܘܢ ܒܝܕ ܚܙܝܪ̈ܐ ܠܝܡܐ ܫܕܐ ܗܘܐ .
ܘܡܢܗܘܢ ܟܕ ܡܫܬܢܩܝܢ ܚܢܢܐ ܫܐܠܝܢ ܗܘܘ
ܡܢ ܝܫܘܥ . ܕܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟ ܠܐ ܬܫܢܩܢܝ ܀

dicant veritatem et habent sanandi donum.

24. *Quare aufertur præda gigantis?* Hoc respicit Christum qui eripuit populos captivos a dæmone, gigante fortissimo. Dæmonis quippe fortissimi præda eripietur.

25. *Et causas tuas ego judicabo;* tuas ex Satana causas judicabo.

26. *Efficiam ut oppressores tui carnem suam manducent.* Horum alios per porcos projecit in mare, alii autem, dum vexabantur, misericordiam implorabant dicentes: *Peto a te ne crucies me*[1].

CAPUT L.

ܐܝܢܘ ܟܬܒܐ ܕܫܘܒܩܐ ܕܐܡܟܘܢ ܐܝܟ ܕܠܥܠܡ .
ܗ̄ . ܬܘܒ ܐܡܪ ܥܠ ܟܢܘܫܬܐ . ܕܥܡܐ .
ܕܐܝܢܘ ܟܬܒܐ ܕܟܬܒܬ ܠܐܡܟܘܢ ܐܝܟ ܕܠܥܠܡ ܀
ܒܚܛܗܝܟܘܢ ܐܙܕܒܢܬܘܢ . ܗ̄ . ܐܫܬܒܝܬܘܢ
ܘܐܫܬܒܩܬ ܐܡܟܘܢ ܀

ܗܐ ܒܟܐܬܝ ܡܚܪܒ ܐܢܐ ܝܡܐ . ܘܥܒܕ ܐܢܐ
ܢܗܪܘܬܐ ܐܝܟ ܡܕܒܪܐ ܀ ܒܒܒܠ ܪܡܙ ܗܘ
ܠܒܒܠ ܦܠܐ ܒܝܡܐ . ܘܒܢܗܪܘܬܐ
ܠܚܝܠܘܬܗ ܀
ܐܠܒܫ ܐܢܐ ܠܫܡܝܐ ܚܫܘܟܐ . ܘܣܩܐ ܐܣܝܡ
ܐܢܐ ܠܟܣܝܘܬܗܘܢ . ܗ̄ . ܠܗܘ ܠܡܠܟܘܬܐ
ܕܒܒܠ ܕܡܫܬܦܠܐ . ܡܬܠܐ ܒܫܡܝܐ
ܕܡܬܟܡܪܝܢ . ܫܪܪܗ ܕܝܢ ܕܗܢܐ ܥܠ ܡܪܢ
ܡܫܝܚܐ . ܕܒܡܘܬܗ ܐܬܟܣܝܘ ܫܡܝܐ ܚܫܘܟܐ ܀
ܡܪܝܐ ܐܠܗܝ ܝܗܒ ܠܝ ܠܫܢܐ ܕܝܘܠܦܢܐ ܀

1. *Quisnam est libellus quo matrem vestram repudiaverim quasi in æternum?* Rursus de Synagoga populi Israel dicit: Quisnam est libellus quem scripsi matri vestræ quasi in æternum? *Ecce propter peccata vestra venditi estis,* i. e. facti estis captivi et mater vestra repudiata est.

2. *Ecce increpatione mea mare exhaurio et flumina in desertum converto.* Forte Babylonem per mare figurat et per flumina exercitus ejus.

3. *Cœlos tenebris induo et cilicium facio operimentum ejus.* Dejectum Babylonis regnum figurat per cœlos atros. Veritas autem hujus figuræ Christum respicit, cujus nece cœli tenebris operti fuere.

4. *Domine Deus meus*[2], *da mihi*

[1] *Marc.* V, 1, sqq.

[2] Vers. simpl.: Deus dedit.

ܥܠ ܡܢ ܗܘ ܡܠܦܢܐ ܐܝܟ ܗܘܐ ܀ ܗܘ
ܕܡܠܦܢܘܬܗ ܚܕܬܐ ܠܟܠ ܥܡܡܝܢ ܐܟܪܙ.
ܘܟܠ ܥܡܡܝܢ ܫܡܥܘܗ ܘܐܬܦܢܝܘ ܀

ܓܘܫܡܝ ܝܗܒܬ ܠܡܚܘ̈ܬܐ. ܗ̄. ܠܡܚ̈ܘܬܐ
ܕܦܪ̈ܓܠܐ. ܗܠܝܢ ܕܐܡܚܝ ܥܠ ܚܨܗ ܦܝܠܛܘܣ
ܒܝܕ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܥܘ̈ܠܐ. ܣܦܪ̈ܐ ܘܟܘܗ̈ܢܐ
ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ ܀ ܘܦܟ̈ܝ ܠܡܚܘ̈ܦܬܐ. ܗ̄. ܗܕܐ ܗܘ
ܗܟܘܬ ܣܝܒܪ ܝܗܘ̈ܕܝܐ. ܘܗܠܝܢ ܚܫ̈ܚܬܐ
ܣܒܠ ܡܛܠܬܗܘܢ ܕܥܡ̈ܡܐ ܀ ܐܦܝ ܠܐ
ܐܗܦܟܬ ܡܢ ܒܗܬܬܐ ܘܡܢ ܪܘܩܐ. ܗ̄. ܕܥܡܐ
ܥܡܐ ܝܗܘܕܝܐ ܥܘ̈ܠܐ. ܡܛܠ ܚܘܒܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܀

ܟܠܟܘܢ ܡܫܕܝ ܢܘܪܐ ܐܢܬܘܢ. ܗ̄. ܡܝܩܪܝ
ܚܛܗ̈ܐ ܐܢܬܘܢ ܀ ܗܠܟܘ ܒܙܠܓܐ ܕܢܘܪܟܘܢ.
ܘܒܨܡܘܚܘܬܐ ܕܫܠܗܒܝܬܟܘܢ. ܗ̄. ܗܠܟܘ
ܒܨܡܘܚܘܬܐ ܕܫܠܗܒܝܬܐ ܕܚܛܗ̈ܝܟܘܢ. ܡܛܠ
ܕܡܢ ܐܝܕܝ ܟܐܢܘܬܐ. ܗܘܝܐ ܠܟܘܢ. ܗܝ ܕܒܒܒܠ
ܒܟܐܢܘܬܐ ܬܕܡܟܘܢ ܀

linguam *doctrinæ*. Hoc etiam Christum respicit, qui novam suam doctrinam omnibus gentibus prædicavit. Omnes porro gentes audiverunt eam et conversæ sunt.

6. *Corpus meum dedi plagis,* plagis flagellorum, quibus percussit dorsum ejus Pilatus per ministerium impiorum, scribarum et sacerdotum Judæorum. *Et genas meas alapis.* Hæc similiter a Judæis sustinuit et passus propter gentes. *Faciem meam non averti ab ignominia et a sputo* populi scilicet Judæorum iniquorum propter amorem gentium.

11. *Omnes injectores ignis estis,* aggravatores peccatorum estis. *Incedite in fulgore ignis vestri et in nitore flammæ vestræ,* i. e. incedite in nitore flammæ peccatorum vestrorum, quia e manibus justitiæ accidet vobis ut in Babylone juste dormiatis.

CAPUT LI.

ܚܘܪܘ ܠܛܘܪܐ ܕܐܬܓܙܪܬܘܢ ܡܢܗ. ܘܠܓܘܡܨܐ
ܕܐܬܩܪܝܬܘܢ ܡܢܗ ܀ ܡܥܗܕ ܠܗܘܢ ܥܠ
ܐܒܪܗܡ ܐܒܘܗܘܢ. ܗܘ ܕܡܢ ܫܡܐ ܕܛܘܪܐ
ܪܡܙ. ܘܥܠ ܣܪܐ ܐܡܗܘܢ. ܗܝ ܕܪܡܙ ܠܗ
ܒܫܡ ܓܘܡܨܐ. ܐܝܟ ܕܗܘܐ ܣܒܪܐ ܐܦ
ܠܟܪܣܐ ܥܩܪܬܐ ܕܐܬܝܠܕܬܘܢ ܡܢܗ. ܗܟܢܐ ܢܗܘܐ
ܣܒܪܐ ܠܡܕܝܢܬܟܘܢ ܡܬܝܬܡܬܐ. ܘܒܗ ܐܝܟ
ܕܒܟܪܣܐ ܬܬܒܛܢܘܢ ܀

ܫܡܥܘܢܝ ܥܡܡܐ. ܘܨܘܬܘ. ܐܘ̈ܡܘܬܐ.
ܡܛܠ ܕܢܡܘܣܐ ܡܢ ܩܕܡܝ ܢܦܩ ܀ ܘܐܝܟܢܐ
ܗܘܐ ܢܦܩ ܀ ܠܝ ܗܘܐ ܗܘ ܩܕܡܐ. ܕܗܘܐ

CAPUT LI.

1. *Inspicite montem e quo excisi estis, et foveam e qua vocati estis*[1]. Memoriam ipsis ingerit Abrahæ, patris eorum, quem nomine montis designat, et Saræ, matris eorum, quam nomine foveæ significat. Sicut, inquit, fuit spes ventri sterili e quo nati estis, ita sit spes urbi vestræ incolis orbatæ, et in ea, sicut in ventre, concipiemini.

4. *Audite me populi, aures præbete mihi tribus, quia lex a conspectu meo exiit.* Et quomodo

[1] Vers. simpl. : effossi estis.

ܡܢ ܩܕܡ ܡܘܫܐ ܢܦܩ ܗܘܐ . ܐܠܐ ܓܠܝܐ
ܗܝ ܕܠܢܡܘܣܐ ܪܘܚܢܐ ܕܐܝܬܝܗ ܡܥܠܐ .
ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܝܐܬܩܐ ܚܕܬܐ ✣ ܘܕܝܢܝ
ܢܘܗܪܐ ܗܘ ܠܥܡܡܐ . ܗܢܘ ܕܝܢ ܗܘ ܐܪܙܐ
ܐܠܗܘܬܗܘܢ . ܘܠܘܬ . ܕܒܥܬܝܕ ܕܢܗܘܐ ܡܢ ܟܠ
ܐܠܗܝܢ ܕܡܣܬܠܩܝܢ : ܡܬܢܗܪܐ ܠܐܢܫܐ
ܚܫܘܟܐ ܕܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ✣

nunc exit si ipsa eadem sit quæ a diebus Moysi exiit ? Sed patet quod legem spiritualem, quæ est novum Testamentum, mystice inducit. *Et judicium meum lux est populis ;* idem est sacramentum. Significat etiam quod in futuro de omnibus diis reprobatis judicio illuminabitur sententia tenebris obvoluta omnium gentium.

ܩܪܒܬ ܙܕܝܩܘܬܝ . ܗ . ܕܝ ܡܙܕܕܩ ܐܢܐ
ܒܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ . ܘܕܪܥܝ ܥܡܡܐ
ܢܬܕܝܢܘܢ . ܗ . ܢܬܬܒܥܘܢ . ܠܝ ܢܣܟܘܢ
ܓܙܪܬܐ . ܘܫܪܟܐ . ܡܛܠ ܕܡܢ ܪܘܚܩܐ ܝܬܒܝܢ
ܗܘܘ ܥܡܡܐ ܥܠ ܣܒܪܐ ܕܦܘܪܩܢܗ ✣

5. *Approquinquavit justitia mea ;* quia justificor in omnibus gentibus. *Et brachiis meis populi judicabuntur,* i. e. vindicabuntur. *Me expectabunt insulæ,* etc., quia a longe sedebant populi in spe salutis ejus.

ܐܪܝܡܘ ܒܫܡܝܐ ܥܝܢܝܟܘܢ . ܘܚܘܪܘ ܐܦ
ܠܬܚܬ . ܗ . ܡܡܠܠ ܥܠ ܡܠܟܘܬܐ ܕܒܒܠ ܕܡܬܐܡܪܐ
ܒܫܡܝܐ . ܡܥܒܪ ܓܒܪܐ ܐܝܟ ܬܢܢܐ . ܡܛܠ
ܕܫܡܝܐ ܐܝܟ ܬܢܢܐ ܢܥܒܪܘܢ ܘܥܡܘܪܝܗ ܕܐܪܥܐ
ܐܝܟܘܬܗ ܢܗܘܘܢ . ܗ . ܕܡܕܝܢܬܗܘܢ ܐܝܟ
ܠܒܘܫܐ ܬܒܠܐ ✣ ܘܦܘܪܩܢܝ ܕܐܫܬܘܕܝܬ
ܠܥܠܡ . ܗ . ܫܒܥܐ ܫܒܘܥܝܢ ✣ ܘܙܕܝܩܘܬܝ
ܠܐ ܬܥܒܪ . ܗ . ܛܝܒܘܬܝ ܗܝ ܕܝܗܒܐ ܐܢܐ
ܠܗܘܢ ܠܐ ܬܥܒܪ ✣

6. *Elevate oculos vestros in cœlum et intuemini quoque deorsum.* Loquitur de regno Babylonis per cœlum figurato. Transit vir ut fumus; *cœli quippe ut fumus transibunt, et habitatores terræ sicut illa erunt,* i. e. urbs eorum sicut vestimentum consumetur. *Et salus mea quam promisi in æternum,* i. e. septem hebdomades. *Et justitia mea non transibit,* i. e. gratia mea quam illis impertior non transibit.

ܐܬܬܥܝܪܝ ܐܬܬܥܝܪܝ ܘܠܒܫܝ ܚܝܠܐ ܕܕܪܥܗ
ܕܡܪܝܐ . ܗܢܘ ܕܝ . ܦܘܪܩܢܐ ܕܟܣܐ ܒܝܡܝܢܗ
ܕܡܪܝܐ ✣ ܐܢܬ ܗܘ ܕܦܣܩܬ ܦܣܩܐ ܪܒܐ
ܒܝܡܐ . ܗ ܕܝ . ܕܩܛܠܬ ܠܦܪܥܘܢ .
ܐܢܬ ✣

9. *Evigila, evigila, et induere fortitudine brachii Domini,* i. e. salute latente in dextera Domini. *Tu es qui excidisti excisionem magnam in mare,* i. e. qui occidisti Pharaonem.

ܐܢܬ ܕܒܥܘܡܩܐ ܕܡܝܐ ܥܒܪܬ . ܗ .
ܕܥܒܕܬ . ܒܝܪܕܢܐ ܐܘܪܚܐ ܠܥܡܐ ✣ ܠܝ ܥܡܐ ✣

10. *Tu qui per profundum aquarum transisti,* qui per Jordanem fecisti viam populo.

ܗܠܝܢ ܕܐܫܬܘܕܝܬ ܠܐ ܛܥܝܬ . ܗ . ܡܢ
ܐܒܪܗܡ ܩܕܡ ܠܐ ܛܥܝܬ ܡܘܠܟܢܐ ܕܐܬ

13. *Horum quæ promisi non est oblita,* i. e. non est oblita promissionis Abrahæ factæ ante annos qua-

ܐܪܒܥܡܐܐ. ܐܝܟܢܐ ܩܕܡ ܕܡܠܟܬ ܠܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܛܥܝܐ ܗܘܬ ܀

ܠܡܢܐ ܗܘܟܝܠ ܕܚܠܬ ܡܢ ܒܪܢܫܐ ܕܡܝܘܬܐ ܀ ܗܘ. ܡܢ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܒܪܢܫܐ ܕܡܝܘܬܐ ܀

ܐܝܟܐ ܗܝ ܚܟܡܬܗ ܕܐܠܘܨܐ ܕܡܣܬܪܗܒ. ܗܘܐ ܠܚܣܝܢܐ ܠܡܘܒܕܘ. ܗ̄ܘ. ܐܝܟܐ ܗܝ ܚܟܡܬܗ ܕܡܨܪܝܐ. ܐܠܘܨܐ ܩܕܡܝܐ. ܟܕ ܕܝܢ ܠܗ ܠܢܒܘܟܕܢܨܪ ܡܥܒܪ ܡܢ ܩܕܡ ܕܢܫܒܐ ܠܗܘܢ. ܟܕ ܓܝܪ ܚܙܐ ܒܦܪܥܘܢ ܕܥܒܪ. ܒܢܒܘܟܕܢܨܪ ܕܠܐ ܝܠܝܕ ܡܣܬܟܠ ܗܘܐ ܀

ܐܢܐ ܐܢܐ ܕܓܥܪ ܒܝܡܐ ܘܫܠܝܢ ܓܠܠܘܗܝ. ܗܘ. ܕܐܢ ܓܠܠܐ ܕܝܡܐ ܡܫܠܐ ܐܢܐ: ܓܠ̈ܠܐ ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܟܡܐ ܝܬܝܪܐܝܬ ܡܫܬܩ ܐܢܐ ܀

ܘܣܡܬ ܡ̈ܠܝ ܒܦܘܡܟ. ܗܘ ܕܝܢ ܕܓܠܝܬ ܒܝܕ ܡܘܫܐ ܗܠܝܢ ܕܥܬ̈ܝܕܢ ܠܗ ܀ ܒܛܠܠܐ ܕܐܝܕܝ ܟܣܝܬܟ. ܗ̄ܘ. ܠܟܢܘܫܬܐ ܕܟܕ ܚܛܝܐ. ܐܝܕܗ ܦܨܝܐ ܗܘܬ ܥܠܝܗ ܀

ܐܬܬܥܝܪܝ ܐܘܪܫܠܡ ܕܐܫܬܝܬܝ ܟܣܐ ܕܪܘܓܙܗ ܡܢ ܐܝܕܗ ܕܡܪܝܐ. ܐܫܬܝܬܝ ܘܐܡܨܝܬܝ ܟܣܐ ܕܪܘܠܐ ܘܠܝܬ ܕܡܒܝܐܐ ܠܗ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܐ ܕܝܠܕܬ. ܗ̄ܘ. ܡܛܠ ܕܟܕ ܐܬܝ ܥܠܝܗ ܡܪ̈ܕܘܬܐ ܘܐܫܬܝܬ ܟܣܐ ܕܪܘܓܙܐ ܕܚܠܦ ܚܛܗ̈ܝܗ. ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܝܢ ܚܪܒܐ ܘܫܒܝܐ. ܠܐ ܐܫܬܟܚ ܒܒܢ̈ܝܗ ܕܢܣܟܘܢ ܠܬܘܪ̈ܥܐ ܕܒܢ̈ܝ ܥܡܗܘܢ. ܐܡܪ ܓܝܪ ܕܐܢ ܐܫܟܚ ܓܒܪܐ ܕܒܥܐ ܕܝܢܐ. ܐܫܒܘܩ ܠܗ ܀

ܬܪܬܝܢ ܐܢܝܢ ܦܓܥܢܟܝ. ܡܢܘ ܢܬܒܪ ܠܟܝ.

[1] Differt a vers. simplici.

dringentos, quomodo quæ promisi ad septuaginta annos est oblita ?

12. *Cur igitur times ab homine mortali*[1] *?* i. e. a Nabuchodonosore homine mortali.

13. *Ubi est sapientia*[2] *oppressoris qui festinat perdere fortes ?* i. e. ubi est sapientia Ægyptii oppressoris primi ? Forsan autem ad Nabuchodonosorem transit antequam ille Judæos captivos abduceret ; dum enim intuebatur Pharaonem transeuntem, Nabuchodonosorem nondum natum intuebatur.

15. *Ego sum qui increpo mare et sedantur fluctus ejus.* Quod si ego fluctus maris sedo, fluctus inimicorum quanto magis compescam ?

16. *Qui posui verba mea in ore tuo,* i. e. qui manifestavi per Moysen quæ evenient ei. *Sub umbra manus meæ tegi te.* Nimirum dum synagoga peccaret manus Dei eam protegebat.

17. *Evigila, Jerusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem furoris ejus, bibisti et suxisti calicem tremoris, et non est qui consoletur eam ex omnibus filiis quos peperit.* Etenim, cum venerunt super eam castigationes et bibit propter peccata sua calicem furoris, vastationem, inquam, et captivitatem, nemo ex filiis ejus inventus est qui reficeret scissuras suorum concivium. Dixit quippe : Si inveniat virum quærentem judicium dimittam ei.

19. *Duo contigerunt tibi : Quis*

[2] Vers. simplex : Ira.

ܒܢܝܟܝ ܛܥܝܢ ܘܪܡܝܢ ܒܪܝܫ ܟܠܗܘܢ
ܫܘܩܐ . ܗ̄ . ܚܪܒܐ ܘܐܬܝܬܡܘܬܐ ܡܢ ܒܥܡܘܪܐ .
ܘܒܢܝܟܝ ܡܒܕܪܝܢ ܘܙܪܝܩܝܢ ܒܫܘܩܐ ܕܥܠܡܐ
ܘܬܡܗܝܢ ܥܠ ܚܘܪܒܐ ܕܓܕܫ ܠܗܘܢ ܀

ܐܝܟ ܣܠܩܐ ܕܒܫܝܠ . ܗ . ܐܝܟ ܣܠܩܐ
ܕܒܫܝܠ ܠܝܬ ܒܗܘܢ ܚܝܠܐ ܠܡܩܡ ܀

contristabitur super te? Filii tui *attoniti jacent in compitis omnium platearum,* significantur vastatio et orbitas incolarum; filii autem tui disseminati et dispersi per plateas mundi obstupescunt de vastatione quæ accidit eis.

20. *Velut beta flaccida,* i. e. sicut beta flaccida sic vim standi non habent.

CAPUT LII.

ܐܬܢܦܨܝ ܡܢ ܥܦܪܐ ܩܘܡܝ ܬܒܝ ܐܘܪܫܠܡ .
ܗ̄ . ܩܘܡܝ ܬܒܝ ܥܠ ܟܘܪܣܝ ܡܠܟܘܬܟܝ
ܐܘ ܐܘܪܫܠܡ ܀ ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܘܣܦ ܠܡܥܠ
ܒܟܝ ܥܘܪܠܐ . ܗܢܘܢ . ܫܘܠܛܢܐ ܕܟܠܕܝܐ ܀

ܡܓܢ ܙܒܢ ܐܙܕܒܢܬܘܢ ܘܠܐ ܒܟܣܦܐ
ܬܬܦܪܩܘܢ . ܗ̄ . ܒܝ ܛܝܒܘܬܝ ܀

ܫܠܝܛܢܘܗܝ ܡܝܠܠܝܢ ܘܥܠ ܫܡܝ ܡܓܕܦܝܢ ܀
ܐܘ ܥܠ ܒܒܠܝܐ ܐܡܪ . ܐܘ ܥܠ ܡ̈ܠܟܐ
ܕܐܝܣܪܝܠ ܘܝܗܘܕܐ . ܕܗܘܘ ܒܗܘܢ ܓܒܪܝܢ
ܚܪܡܐ ܘܡܓܕܦܢܐ ܀

ܦܘܩܘ ܡܢ ܓܘܗ ܘܐܬܦܪܫܘ ܫܩܠܝ
ܡܐܢܘܗܝ ܕܡܪܝܐ . ܗ̄ . ܐܘ ܕܩܒܠܬܘܢ ܣܒܪܬܐ
ܡܚܕܝܢܝܬܐ ܀

ܠܐ ܕܝܢ ܒܥܘܪܩܐ ܬܦܩܘܢ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܀
ܡܛܠ ܕܡܪܝܐ ܐܙܠ ܩܕܡܝܟܘܢ . ܗ̄ . ܐܝܟ
ܕܐܡܝܪ ܕܪܟܒ ܠܡܥܪܒܐ ܡܪܝܐ ܫܡܗ ܀

ܗܐ ܡܣܬܟܠ ܥܒܕܝ . ܗ̄ . ܡܬܝܕܥ . ܗܢܐ
ܓܝܪ ܥܠ ܡܪܢ ܗܘ ܚܐܪ . ܗܘ ܓܝܪ
ܐܬܩܪܝ ܥܒܕܐ ܡܢ ܐܒܘܗܝ . ܚܕܐ ܡܢ .

CAPUT LII.

2. *Excute te a pulvere, et surge, sede Jerusalem,* i. e. surge, sede in throno regni tui, o Jerusalem, quia non amplius ingredietur in te præputiatus seu potestas Chaldæorum.

4. *Gratis venundati estis et absque argento redimemini,* scilicet per gratiam meam.

5. *Principes ejus ululant et nomen meum blasphemant.* Aut de Babyloniis loquitur aut de regibus Israel et Judæ, inter quos fuerunt viri execrabiles et blasphematores.

11. *Exite e medio ejus, separamini qui portatis vasa Domini;* qui accepistis nuntium lætificantem.

12. *Non autem exibitis præcipitanter* ex Ægypto, *quia præcedet vos Dominus,* juxta id quod dictum est: *qui ascendit ad occidentem Dominus nomen ejus*[1].

13. *Ecce sapiet servus meus* i. e. innotescet, hoc quippe Dominum nostrum respicit, ipse enim vocatus est servus a Patre suo, primo qui-

[1] Ps. LXII, 5.

ܡܛܠ ܕܐܫܬܕܪ ܡܢ ܐܒܐ ܕܢܫܡܫ ܨܒܝܢܗ
ܒܦܘܪܩܢܐ ܕܒܢ̈ܝܢܫܐ . ܘܐܚܪܢܐ ܡܛܠ ܕܗܘ
ܕܢܣܒ ܕܡܘܬܐ ܕܥܒܕܐ ܀ ܘܡܬܥܠܐ
ܘܡܫܬܩܠ ܘܡܫܬܒܚ . ܗܘ . ܒܝܕ ܚܝ̈ܠܘܗܝ
ܘܬܕܡܪ̈ܬܗ ܀

ܐܝܟ ܕܢܬܕܡܪܘܢ ܥܠܘܗܝ ܣܓܝ̈ܐܐ . ܗܟܢܐ
ܡܫܚܠܦ ܚܙܘܗ ܡܢ ܓܒܪ̈ܐ ܀ ܘܡܕܡܝܬܗ ܡܢ
ܒܢܝ̈ܢܫܐ . ܗܘ . ܐܘ ܡܛܠ ܙܝܘܐ ܕܩܒܠ
ܒܛܘܪܐ ܀ ܐܘ ܡܛܠ ܕܡ̈ܘܬܐ ܡܫܚ̈ܠܦܬܐ
ܕܢܣܒ ܗܘܐ ܀ ܡܛܠ ܡܘܟܟܐ ܕܝܠܗ ܡܛܠ
ܡܟܝܟܘܬܗ ܠܐ ܡܬܡܠܠܢܝܬܐ ܀

ܗܢܐ ܡܕܟܐ ܠܥܡ̈ܡܐ ܣܓܝ̈ܐܐ . ܗܘ . ܒܕܡܗ
ܩܕܝܫܐ . ܘܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܀

ܘܥܠܘܗܝ ܢܐܚܕܘܢ ܡܠܟ̈ܐ ܦܘܡܗܘܢ . ܗܘ .
ܢܫܬܠܩܘܢ ܐܝܟ ܒܥܘܬܗ ܕܟܝܢܗ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟ ܀
ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܫܬܥܝ ܠܗܘܢ ܚܙܘ . ܗܘ .
ܠܥܒܪ̈ܝܐ ܗܘ ܓܝܪ ܐܫܬܘܕܥ ܗܘܐ ܒܟܬ̈ܒܐ .
ܘܠܐ ܠܥܡ̈ܡܐ ܀ ܘܠܐ ܕܫܡܥܘ ܐܣܬܟܠܘ ܀

dem quia missus est a Patre ut voluntati ejus ministraret in salute hominum procuranda, secundo quia formam servi accepit. *Efferetur, attolletur, et tantopere exaltabitur* per virtutes suas et miracula.

14. *Ut multi obstupescant de eo, adeo immutata est species ejus a virili et aspectus ejus ab humano;* aut loquitur de splendore quem accepit in monte Thabor aut de variis formis quas accepit propter suam humiliationem ineffabilem.

15. *Hic mundabit gentes multas,* suo sanguine sancto et divino baptismo.

16. *Et super ipsum occludent reges os suum;* obmutescent ad inquisitionem naturæ ejus incomprehensibilis. *Quia quod non dictum fuerat illis viderunt;* Hebræis quippe, non gentibus, hoc in Scripturis indicatum fuerat. *Et quod non audiverant intellexerunt.*

CAPUT LIII.

ܡܢ ܗܝܡܢ ܠܫܡܥܢ . ܗܘ . ܩܕܡ ܕܢܐܬܐ ܗܘܐ
ܘܢܬܓܠܐ ܀ ܘܕܪܥܗ ܕܡܪܝܐ ܠܡܢ ܐܬܓܠܝ ܀
ܗܘ . ܠܡܢ ܡܢ ܡܢ ܥܡ̈ܡܐ ܐܬܓܠܝ ܗܘܐ
ܕܪܥܗ ܕܐܒܐ ܀

ܣܠܩ ܐܝܟ ܝܠܘܕܐ ܩܕܡܘܗܝ . ܗܘ . ܟܕ
ܩܪܒܗ ܫܡܥܘܢ ܣܒܐ ܒܗܝܟܠܐ ܐܝܟ
ܕܠܩܕܡ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܀ ܘܐܝܟ ܥܩܪܐ ܡܢ
ܐܪܥܐ ܨܗܝܬܐ . ܗܘ . ܡܢ ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ ܀
ܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܚܙܘܐ . ܗܘ . ܠܐ ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ
ܘܠܐ ܐܝܟ ܡܘܫܐ ܀ ܘܚܙܝܢܝܗܝ ܕܠܝܬ ܗܘܐ

CAPUT LIII.

1. *Quis credidit auditui nostro?* antequam veniret et revelaretur. *Et brachium Domini cui revelatum est?* Cuinam e gentibus revelatum fuerat brachium patris?

2. *Ascendit ut infans coram eo,* quando senex Simeon obtulit eum in templo veluti coram Deo Patre. *Et sicut radix de terra sitienti* de Maria virgine. *Non erat ei aspectus* non sicut angelo aut Moysi. *Et videntes eum non habere speciem inficiati sumus eum,* et videntes

ܠܗ ܚܙܘܐ ܘܪܓܝܢܢܝܗܝ . ܦ̄ . ܘܚܙܝܢܝܗܝ
ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܙܝܘܐ ܕܐܠܗܐ . ܘܪܓܝܢܢܝܗܝ ܕܠܘ
ܐܠܗܐ ܗܘ . ܗܠܝܢ ܟ̈ܠܗ ܡ̈ܠܐ ܐܝܟ ܕܡܢ
ܦܪܨܘܦ ܥܡܐ ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ ܢܦܩ̈ܢ .

ܫܝܛܐ ܘܡܟܝܟܐ ܕܐ̈ܢܫܐ . ܦ̄ . ܕܒܟܣܦ
ܪܫܐ ܐܬܟܬܒ ܗܘܐ ܀ ܓܒܪܐ ܗܘܐ ܕܟ̈ܐܒܐ
ܘܝܕܥ ܚܫ̈ܐ . ܦ̄ . ܕܝܕܥ ܡܢ ܚܫ̈ܐ ܕܣܒܠ
ܢܦܫܐ ܕܟܐܒܬܐ . ܘܐܗܦܟܢ ܐܦ̈ܝܢ ܡܢܗ . ܦ̄ .
ܡܢ ܗܘ ܕܐܗܦܟ ܟܠܗܝܢ ܐܦ̈ܐ ܠܘܬܗ ܀
ܘܫܝܛܢܝܗܝ ܘܠܐ ܚܫܒܢܝܗܝ . ܦ̄ . ܕܟܣܦܐ
ܘܟܣܦ ܪܫܐ ܕܝܗܒܝܢ ܒܘܟܪ̈ܐ ܓܒܝܢ ܡܢܗ
ܐܬܒܥܝܢܝܗܝ ܀

ܫܪܝܪܐܝܬ ܟܐ̈ܒܝܢ ܗܘ ܣܒܠ . ܦ̄ . ܒܚܫܐ
ܕܚܫ̈ܘܗܝ ܐܨܛܒܝ ܠܡܦܪܩ ܚܛܗ̈ܝܢ ܀ ܟܕ
ܝܗܒ ܢܦܫܗ ܚܠܦ ܚܘܒ̈ܝܢ ܀ ܘܚܢܢ
ܚܫܒܢܝܗܝ ܒܟܐܒܐ ܘܡܚܘܬܐ ܕܐܠܗܐ
ܘܡܟܝܟܐ . ܗܢܘ ܗܘ . ܕܠܐ ܫܦܝܪ ܐܡܪܝܢ
ܕܫܡܪܝܐ ܐܢܬ ܘܕܝܘܐ ܐܝܬ ܠܟ ܀

ܗܘ ܡܬܩܛܠ ܡܛܠ ܚܛܗ̈ܝܢ . ܦ̄ . ܕܢܦܪܘܩ
ܒܕܡܗ ܀ ܘܡܬܡܟܟ ܡܛܠ ܥܘܠܢ . ܦ̄ .
ܡܬܡܟܟ ܐܝܟ ܢ̈ܓܕܐ ܕܨ̈ܠܘܒܐ .
ܡܛܠ ܥܘܠܢ ܀ ܡܪܕܘܬܐ ܕܫܠܡܢ ܥܠܘܗܝ .
ܦ̄ . ܒܗܝ ܕܒܢܓܕܗ ܗܘ ܗܘܐ ܫܝܢܐ
ܒܝܬ ܥܡ̈ܡܐ ܘܡܠܐܟ̈ܐ ܀

ܟܠܢ ܐܝܟ ܥܢܐ ܛܥܝܢ . ܘܐܢܫ ܠܐܘܪܚܗ
ܦܢܝܢ . ܦ̄ . ܩܕܡ ܡܐܬܝܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܀
ܡܪܝܐ ܐܦܓܥ ܒܗ ܚܛ̈ܗܐ ܕܟܠܢ . ܦ̄ .
ܩܕܡ ܙܩܝܦܘܬܗ ܀

[1] Joan. VIII, 48.

cum non habere speciem Dei, inficiati sumus eum esse Deum. Istæ voces veluti e persona populi Judæorum prolatæ sunt.

3. *Despectus et vilissimus hominum,* utpote qui capitatione descriptus fuit. *Vir dolorum et sciens perpessiones,* scivit quippe perpessiones quas pertulit ejus anima dolorosa. *Et avertimus facies nostras ab eo,* ab eo qui convertit omnes facies ad se. *Et contempsimus eum et non reputavimus eum,* quia tributum et capitationem quæ dant primogeniti exegimus ab eo et a Simone.

4. *Vere passiones nostras ipse pertulit,* quia passionibus suis voluit redimere peccata nostra, quando dedit animam suam pro nobis. *Et nos reputavimus eum cruciatum et percussum a Deo et humiliatum.* Hinc dixerunt : *Nonne bene dicimus quia samaritanus es et dœmonium habes*[1].

5. *Ipse occiditur propter peccata nostra,* ut nos redimeret suo sanguine. *Et humiliatur propter scelus nostrum,* humiliatur sub tormentis crucifigentium propter scelus nostrum. *Castigatio pacis nostræ super eum,* juxta quod flagellatione ejus pax facta est inter gentes et angelos.

6. *Omnes nos sicut oves erravimus. Unusquisque in viam nos convertimus,* scilicet ante adventum Christi. *Dominus imposuit ei peccata omnium nostrum,* ante crucifixionem ejus.

ܐܝܟ ܐܡܪܐ ܠܢܟܣܬܐ ܐܬܕܒܪ . ܗ̄ܘ . ܠܩܕܡ
ܦܝܠܛܘܣ ܀ ܘܐܝܟ ܢܩܝܐ ܩܕܡ ܓܙܘܙܗ ܫܬܝܩ
ܗܘܐ . ܗ̄ܘ . ܩܕܡ ܗܪܘܕܝܣ ܀

ܡܢ ܐܣܘܪܐ ܘܡܢ ܕܝܢܐ ܐܬܕܒܪ . ܗ̄ܘ . ܡܢ
ܕܝܢܐ ܕܕܢܘܗܝ ܗܘܘ ܠܗ ܟܘܡܪ̈ܐ ܠܠܝܐ ܟܠܗ
ܐܬܕܒܪ . ܣܗܕ ܦܝܠܛܘܣ . ܘܣܗܕ ܬܪܥܐ
ܦܝܠܛܘܣ ܕܒܒܥܘܬܗ ܕܝܘܚܢܢ ܩܕܡ ܫܡܥܘܢ
ܐܬܦܬܚ ܗܘܐ ܀ ܘܠܕܪܗ ܡܢܘ ܢܫܬܥܐ .
ܕܪܗ ܕܨܒܐ ܚܫ̈ܐ ܡܪ̈ܝܪܐ ܠܡܚܫ ܘܠܡܣܒܠ
ܨܒܐ ܡܢܘ ܢܫܬܥܐ ܐܘ ܡܛܠ ܐܠܗܘܬܗ .
ܐܘ ܡܛܠ ܐܢܫܘܬܗ ܕܒܪ ܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܀
ܡܛܠ ܕܐܬܓܙܪ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܚ̈ܝܐ . ܗܕܐ ܐܘ
ܡܛܠ ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ ܐܝܟ ܚܝܐ ܡܢ ܚܝܐ .
ܐܘ ܡܛܠ ܕܐܬܬܪܝܡ ܡܢ ܐܪܥܐ ܚ̈ܝܐ ܒܝܕ
ܣܘܠܩܗ ܀ ܘܡܢ ܥܘ̈ܠܐ ܕܥܡܝ ܩܪܒܘ ܠܗ .
ܗ̄ܘ . ܠܡܪܩ ܒܦܪ̈ܨܘܦܘܗܝ ܘܠܡܫܢܩܘ ܠܗ ܀

ܝܗܒܘ ܪ̈ܫܝܥܐ ܩܒܪܗ . ܗ̄ܘ . ܡܘܬܗ
ܕܒܙܩܝܦܐ . ܘܥܬܝܪ̈ܐ ܒܡܘܬܗ ܐܙܕܕܩܘ . ܗ̄ܘ .
ܝܘܣܦ ܒܪ ܛܘܗܡܐ . ܘܦܝܠܛܘܣ .
ܘܢܝܩܕܝܡܘܣ ܀ ܥܠ ܕܠܐ ܥܒܕ ܥܘܠܐ . ܗ̄ܘ .
ܥܠ ܕܠܐ ܟܦܪ ܒܢܦܫܗ ܘܐܡܪ ܕܠܗ ܐܠܗܐ
ܐܝܬ . ܐܝܟ ܕܡܣܟܝܢ ܗܘܘ ܀

ܘܡܪܝܐ ܨܒܐ ܕܢܡܟܟܝܘܗܝ ܘܢܚܫܘܗܝ .
ܗ̄ܘ . ܗܢܘ ܗܘ ܕܟܣܐ ܕܝܗܒ ܠܝ ܐܒܝ ܠܐ
ܐܫܬܝܘܗܝ ܀ ܢܚܙܐ ܙܪܥܐ . ܗ̄ܘ . ܠܡܠܦܢܘܬܐ
ܕܥܕܬܗ ܀ ܘܢܘܪܟ ܝܘ̈ܡܘܗܝ . ܗ . ܗܝ ܗܝ
ܡܠܦܢܘܬܐ ܕܥܕܬܗ ܀ ܘܨܒܝܢܗ ܕܡܪܝܐ ܒܐܝܕܗ

7. *Tanquam agnus ad mactationem ductus est* coram Pilato, *et sicut ovis coram tonsore obmutuit* coram Herode.

8. *E carcere et judicio ductus est.* E judicio, quo judicarunt eum tota nocte sacerdotes, ductus est ad Pilatum. Testis est porta Pilati, quæ ad petitionem Joannis coram Simone aperta fuit. *Et quis narrabit generationem ejus,* generationem ejus qui has passiones acerbas pati et portare voluit quis enarrabit tum propter divinitatem, tum propter humanitatem filii Davidis regis? *Quia abscissus est de terra viventium.* Hoc dictum est aut quia ex Patre ortus est tanquam vivens e vivente, aut quia sublatus est e terra viventium per ascensionem suam. *Et ex iniquis populi mei accesserunt ad eum* ad conspuendum in faciem ejus et ad eum cruciatibus afficiendum.

9. *Dederunt impii sepulchrum ejus*[1], i. e. mortem ejus in cruce. *Et divites in morte ejus justificati sunt,* Josephus nimirum nobilis et Pilatus et Nicodemus. *Quia non fecit iniquitatem,* quia non abnegavit semetipsum dicendo se non esse Deum, ut expetebant.

10. *Et Dominus voluit eum humiliare atque doloribus afficere.* Nimirum, *calicem quem dedit mihi Pater non bibam illum*[2]? *Et videbit semen,* doctrinam Ecclesiæ suæ. *Et protrahet dies suos*, eamdem Ecclesiæ suæ doctrinam. *Et voluntas Domini per eum prospe-*

[1] Vers. simpl. « dedit impius. »

[2] *Joan.* XVIII, 11.

ܢܨܠܚ . ܗܘ . ܒܬܘܬܒܘܬܐ ܕܥܡܡܐ ܒܐܝܕܗ ܢܨܠܚ ܀

ܡܢ ܥܡܠܐ ܕܢܦܫܗ ܢܚܙܐ . ܗܘ . ܠܥܕܬܐ ܕܢܨܝܒܢ ܒܟܠ ܐܬܪ ܀ ܘܢܣܒܥ ܒܝܕܥܬܐ . ܗܘ . ܒܝܕܥܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܠܗ ܠܣܘܦܝ ܐܪܥܐ ܀ ܘܙܕܝܩܐ ܠܙܟܝܐ . ܗܘ . ܒܕܝܢܐ ܬܪܝܨܐ ܘܐܝܢܐ ܀ ܥܒܕܐ ܗܘܐ ܕܣܓܝܐܐ . ܗܘ . ܘܣܗܕܐ ܣܕܝܢܐ ܕܚܨܘܗܝ ܀ ܘܚܛܗܝܗܘܢ ܗܘ ܢܫܩܘܠ . ܗܘ . ܢܫܩܘܠ ܘܢܣܝܒܪ ܐܘ ܢܫܪܐ ܒܡܝܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ ܀ ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܦܠܓܝܘܗܝ ܒܣܓܝܐܐ . ܗܘ . ܒܣܓܝܐܐ ܐܟܠܝ ܦܓܪܗ ܘܫܬܝ ܕܡܗ ܀ ܘܥܡ ܥܫܝܢܐ ܢܦܠܓ ܒܙܬܐ ܀ ܢܦܢܐ ܠܥܡܡܐ ܒܙܬܐ ܕܐܬܚܛܦܬ ܡܢ ܐܒܘܗܘܢ ܒܦܪܕܝܣܐ . ܐܘ ܥܫܝܢܐ ܩܪܐ ܠܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܦܠܓ ܒܗܘܢ ܠܥܡܡܐ ܕܡܕܒܪܝܢ ܒܗܘܢ ܕܐܬܚܛܦܘ ܡܢ ܐܘܚܕܢܗ ܕܐܟܠܩܪܨܐ ܀ ܥܠ ܕܐܫܕ ܠܡܘܬܐ ܢܦܫܗ . ܗܘ . ܗܘ ܕܗܘܐ ܠܝ . ܥܠ ܕܐܫܠܡ ܢܦܫܗ ܥܠܝܢ ܠܡܘܬܐ ܀ ܘܥܡ ܥܘܠܐ ܐܬܡܢܝ . ܗܘ . ܥܡ ܓܝܣܐ ܀ ܘܚܛܗܐ ܕܣܓܝܐܐ ܫܩܠ . ܗܘ . ܒܡܘܬܗ ܀ ܘܦܓܥ ܒܥܘܠܐ . ܗܘ . ܒܗܢܘܢ ܕܙܩܦܘܗܝ ܀

rabitur, in conversione gentium per eum prosperabitur.

11. *E labore suo videbit* ecclesias ubique plantatas... *Et satiabit scientia*, scientia vera Evangelii sui fines orbis terræ. *Et justos insontes pronuntiabit* in judicio æquo et recto. *Servus fuit multorum,* teste sindone circa lumbos ejus. *Et eorum peccata ipse portabit*, portabit et sufferet aut absolvet in aquis baptismi.

12. *Et idcirco dispertiam eum inter multos,* inter multos edentes corpus ejus et bibentes ejus sanguinem. *Et inter robustos dividet spolia ;* restituet gentibus spolia rapta de patre eorum in paradiso, aut robustos appellat sanctos apostolos inter quos regendas divisit gentes ab ipso e potestate diaboli ereptas. *Pro eo quod tradidit animam suam in mortem,* eamdem quæ fiet mihi, quia tradidit animam suam pro nobis in mortem. *Et cum iniquis connumeratus est,* i. e. cum latronibus. *Et peccata multorum tulit* in morte sua. *Et obvius fuit iniquis,* qui eum crucifixerunt.

CAPUT LIV.

ܐܬܒܣܡܝ ܥܩܪܬܐ . ܗܘ . ܕܡܢ ܝܘܡܝ ܡܓܕܠܐ ܠܐ ܝܠܕܬ ܀ ܡܛܠ ܕܣܓܝܘ ܒܢܝܗ ܕܚܪܒܬܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܒܢܝܗ ܕܒܥܝܠܬܐ . ܗܘ . ܒܢܝ ܥܕܬܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܒܢܝܗ ܕܟܢܘܫܬܐ ܀

ܐܦܬܝ ܐܬܪܐ ܕܡܫܟܢܝܟܝ . ܗܘ . ܒܝܘܡܝ ܫܠܝܚܐ ܬܪܥܣܪ ܀ ܘܝܪܝܥܬܐ ܕܡܫܟܢܝܟܝ

CAPUT LIV.

1. *Lætare*[1] *sterilis quæ* a diebus turris *non peperisti. Quia multiplicati sunt filii desolatæ præ filiis conjugatæ* i. e. filii Ecclesiæ præ filiis synagogæ.

2. *Dilata locum tentoriorum tuorum* in diebus duodecim apos-

[1] Vers. simpl. : « lauda. »

ܐܪ̈ܟܝ ܘܠܐ ܬܚܘܣܝܢ . ܗ̄ . ܒܝܘ̈ܡܝ
ܫܒܥܝܢ . ܡܛܠ ܕܠܝܡܝܢܐ ܘܠܣܡܠܐ ܬܬܦܩܝܢ .
ܗ̄ . ܒܬܪ ܙܩܝܦܐ ܀

ܘܙܪܥܟܝ ܢܐܪܬ ܥܡ̈ܡܐ . ܗ̄ . ܕܒܝܕ ܡܠܦܢܘܬܐ
ܕܟܘ̈ܗܢܝܟܝ ܡܬܨܝܕܝܢ ܠܚܝ̈ܐ ܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܀

ܡܛܠ ܕܒܗܬܬܐ ܕܛܠܝܘܬܟܝ ܬܛܥܝܢ . ܗ̄ .
ܟܕ ܐܫܬܚܠܦܬܝ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܘܣܓܕܬܝ
ܠܦܬܟܪ̈ܐ ܛܥܝܢ ܀ ܘܚܣܕܐ ܕܢܣܒܬܝ ܡܢ ܙܕܝ̈ܩܐ
ܕܟܢܘܫܬܐ ܠܐ ܬܬܕܟܪܝܢ . ܗ . ܒܝܘ̈ܡܝ
ܐܪܡܠܘܬܟܝ ܠܐ ܬܬܕܟܪܝܢ ܥܕܡܐ ܠܡܐܬܝܬܐ
ܐܚܪܝܬܐ ܀ ܘܐܠܗܐ ܢܬܩܪܐ . ܗ̄ . ܠܐ ܕܐܘܪܫܠܡ
ܒܠܚܘܕ : ܐܠܐ ܐܠܗܐ ܕܟܠܗ ܐܪܥܐ ܀

ܗܕܐ ܐܝܟ ܝܘ̈ܡܝ ܢܘܚ ܗܝ . ܐܝܟ ܕܝܡܝܬ
ܕܠܐ ܢܥܒܪܘܢ ܡ̈ܝܐ ܕܢܘܚ ܥܠ ܐܪܥܐ . ܗ̄ .
ܗܢܐ ܩܝܡܐ ܠܘ ܐܝܟ ܗܘ ܕܗܘܐ ܒܚܘܪܒ
ܘܐܬܒܛܠ ܒܚܛ̈ܗܝܗܘܢ ܕܥܡܐ ܀ ܡܛܠ
ܕܡܪܟܝ ܥܒܕ ܠܟܝ ܗܟܢܐ . ܗܟܢܐ ܝܡܝܬ ܕܠܐ
ܐܪܓܙ ܥܠܝܟܝ ܘܠܐ ܐܟܐܐ ܒܟܝ ܀ ܠܡܗܘܐ
ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܬܘܒ ܦܘܪܫܢܐ ܒܝܬ ܢܡܘܣܐ
ܠܢܡܘܣܐ . ܐܘ ܡܢ ܩܝܡܐ ܠܩܝܡܐ . ܐܘ
ܗܕܐ ܘܐܚܪܬܐ . ܐܝܟ ܕܡܢ ܟܢܘܫܬܐ
ܠܥܕܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܀

ܡܟܝܟܬܐ ܘܡܫܬܓܫܬܐ ܕܠܐ ܡܬܒܝܐܐ . ܗ̄ .
ܕܐܬܡܟܟܬ ܒܥ̈ܓܠܐ ܘܐܬܕܠܚܬ ܒܩܨܘ̈ܡܐ .
ܘܐܦ ܡܢ ܢܒ̈ܝܐ ܘܦܪ̈ܘܩܐ ܠܐ ܐܫܟܚܘ
ܠܡܒܝܐܘܬܗ ܀ ܗܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܒܦܝܠܘܢ
ܟܐ̈ܦܝܟܝ . ܘܐܫܬܐܣ ܫܬܐܣ̈ܝܟܝ ܒܣܦܝܠܐ .

tolorum. *Et cortinas tentoriorum tuorum extende et non parcas* in diebus septuaginta discipulorum. *Quia ad dextram et ad sinistram multiplicaberis* post crucifixionem.

3. *Et semen tuum possidebit gentes*, quia per doctrinam sacerdotum tuorum irretiuntur ad salutem omnes gentes.

4. *Nam verecundiæ pueritiæ tuæ oblivisceris*, quando oblivisceris te quoad Deum mutatam esse teque idola adoravisse. *Et probri*, quod tulisti a justis synagogæ *non recordaberis, in diebus viduitatis tuæ non recordaberis* usque ad adventum novissimum. *Et Deus vocabitur* non Jerusalem tantum, sed *totius terræ.*

9. *Ut in diebus Noe istud est; sicut juravi non transituras ultra aquas diluvii super terram,* i. e. hoc fœdus non erit ut illud quod in Horeb sancitum fuit et peccatis populi irritum factum est. Quia Dominus tuus fecit tibi sic. *Sic juravi quod non irascar contra te neque reprehendam te*[1], ut non fiat amplius distinctio inter legem et legem, fœdus et fœdus, hanc et alteram, synagogam et Ecclesiam

11. *O humiliata, procellis agitata, consolatione destituta*: quæ humiliata fuit vitulis (aureis) et exagitata ab ariolis. Et nemo e prophetis vel liberatoribus potuere consolari eam. *Ecce facturus sum lapides tuos beryllos et fundamenta tua firmaturus sum lapidibus saphyri.*

[1] Vers. simpl: « nocebo tibi »

ܘܐܒܢܐ ܐܣܬ̈ܝܟܝ ܒܟܐܦܐ ܕܝܐܣܦܝܣ .
ܘܬܪ̈ܥܝܟܝ ܒܟܐܦܐ ܕܩܪܘܣܛܠܠܘܣ ܀

ܘܟܠ ܕܡܬܦܢܝܢ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝ ܢܐܬܘܢ ܠܟܝ .
ܗܠܝܢ ܡܢ ܪ̈ܘܚܢܝܬܐ ܐܢܝܢ ܘܐܦ ܠܥܕܬܐ ܝܘܡܢ ܚܙܝܐ
ܣܡܝܐ . ܘܩܕܡ ܗܘܝ ܐܬܡܬܠ ܗܘܝ
ܒܨܒ̈ܘܬܐ ܡܝܩܪ̈ܬܐ ܕܐܪܥܐ ܀

ܐܢܐ ܒܪܝܬ ܢܦܚܐ ܕܢܦܩ ܡܐܢܐ ܠܥܒܕܗ . ܗ̄ .
ܐܢܐ ܓܒܝܬ ܠܫܠܝ̈ܚܐ . ܘܠܬܠܡ̈ܝܕܝ ܫܠܝ̈ܚܐ .
ܕܓܡܪܝܢ ܠܟܠܗ ܠܡܪܕܘܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ .
ܒܝܘܠܦܢܐ ܫܪܝܪܐ ܀ ܘܐܦ ܒܪܝܬ ܠܡܚܒܠܢܐ .
ܗ̄ . ܠܐ ܟܠܝܬ ܐܝܟ ܠܫܠܝ̈ܚܐ ܕܕܓܠܘܬܐ
ܘܠܪ̈ܕܘܦܐ ܕܢܩܘܡܘܢ ܠܘܩܒܠ ܥܕܬܐ ܀

ܟܠ ܡܐܢ ܕܡܬܛܒܝ ܥܠܝܟܝ ܠܐ ܢܦܩ ܠܣܘܦ .
ܗ̄ . ܠܣܘܦܐ ܕܟܠ ܡܠܟܘ ܕܩܐܡ ܥܠܝܟܝ .
ܠܐ ܢܦܩ ܒܥܒܕܗ ܠܣܘܦ . ܗܢܘ ܗܘ ܕܡܘܟ̈ܠܝܗ
ܕܫܝܘܠ ܠܐ ܢܚܣܢܘܢ ܀ ܘܟܠ ܠܫܢܐ
ܕܢܩܘܡ ܥܡܟܝ ܒܕܝܢܐ ܬܚܝܒܝܘܗܝ ܀ ܗܢܘ
ܗܘ ܕܐܬܠ ܠܟܘܢ ܦܘܡܐ . ܕܠܐ ܢܙܟܘܢ
ܒܥܠܕܒ̈ܒܝܟܘܢ ܠܡܙܟܝܟܘܢ ܀

CAPUT LV.

ܬܘ ܟܠ ܕܨܗܐ ܐܙܠܘ ܠܡ̈ܝܐ ܀ ܗܢܘ ܗܘ ܕܟܠ
ܕܢܫܬܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܡ̈ܝܐ ܠܐ ܢܨܗܐ ܠܥܠܡ ܀
ܘܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܟܣܦܐ ܙܒܢܘ ܘܐܟܘܠܘ ܘܠܐ
ܟܣܦܐ ܘܠܐ ܛܝܡܐ ܀ ܗܢܘ ܗܘ ܕܠܐ ܬܦܠܚܘܢ
ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܐܒܕܐ ܘܡܫܪܝܐ ܀ ܚܡܪܐ ܘܚܠܒܐ .
ܗ̄ . ܚܡܪܐ ܕܝܢ ܘܚܠܒܐ ܚܕܐ ܗܝ ܡܘܗܒܬܐ
ܡܚܘܝܐ ܒܬܪ̈ܬܝܗܝܢ ܀
ܠܡܢܐ ܬܬܩܠܘܢ ܐܝܟ ܟܣܦܐ ܕܠܐ ܠܚܡܐ .

[1] *Matth.* XVI, 19, juxta vers. simpl.
[2] *Joan*, IV. 13.

12. *Et parietes tuos constructurus sum lapidibus jaspidis, et portas tuas lapidibus crystalli.*

15. *Et omnes qui recesserunt e manibus meis ingredientur ad te.* Hæc spiritualia sunt et ad Ecclesiam hodie pertinent et antea per res terræ pretiosas figurata sunt.

16. *Ego creavi fabrum qui perficit vas in opus suum,* i. e. ego elegi apostolos et discipulos apostolorum qui doctrina veritatis perficiunt omnem disciplinam populorum. *Ego etiam creavi destructorem ;* non impedivi scilicet apostolos mendacii et persecutores insurgere contra Ecclesiam.

17. *Omne vas quod aptatur contra te non perducetur ad finem;* omne regnum tibi oppositum non perducet opus suum ad finem, id est, *vectes inferni non prævalebunt adversus te*[1]. *Et omnem linguam quæ tecum steterit in judicio convinces*, idem est ac dabo vobis os ut nequeant adversarii vestri vos superare.

CAPUT LV.

1. *Omnes sitientes venite, pergite ad aquas*, idem est ac *omnis qui biberit ex istis aquis non sitiet in æternum*[2]. *Et qui non habetis pecuniam, providete vobis, comedite absque pecunia et sine pretio* idem est ac *operamini non cibum perditionis*[3], etc. *Vinum et lac.* Vino et lacte idem donum significat.

2. *Cur appenditis pecuniam*

[3] *Joan.* VI, 27.

ܘܥܡܠܟܘܢ ܕܠܐ ܡܣܒܥܐ . ܗ̄ . ܠܟܘ̈ܢܐ
ܕܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܠܦܬܟܪ̈ܐ ܡܫܘܕܥ ܒܗܠܝܢ ܀

ܛܝܒܘܬܗ ܕܕܘܝܕ ܡܗܝܡܢܬܐ ܀ ܗܝ ܗܝ
ܕܐܡܪ ܒܬܪܗ ܕܗܘܐ . ܕܬܩܪܐ ܠܥܡ̈ܡܐ ܕܠܐ ܝܕܥ
ܐܢܬ ܀ ܘܥܡ̈ܡܐ ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܠܟ ܥܕܠܐ
ܬܐܬܐ ܀ ܠܘܬܟ ܢܗܦܟܘܢ . ܡܐ ܕܐܬܝܬ ܀

ܬܪ̈ܥܝܬܝ ܠܐ ܗܘܝ̈ ܐܝܟ ܬܪ̈ܥܝܬܟܘܢ . ܗ̄ .
ܠܗܢܐ ܕܢܦܩ ܐܝܟ ܬܪ̈ܥܝܬܗ ܒܪ̈ܚܡܐ ܀
ܘܬܠܝܢ ܐܝܟ ܒܚܢܢܐ ܀

ܐܝܟܢܐ ܕܪܡܐ ܫܡܝܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܀ ܐܝܟ ܕܢܚܬܐ
ܡܛܪܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܘܠܬܡܢ ܠܐ ܗܦܟ . ܗ̄ .
ܐܡܬܠ ܠܡܠܬܗ ܡܨܒܬ ܒܢ̈ܝܢܫܐ
ܒܝܘܬܪ̈ܐ . ܒܡܛܪܐ ܡܨܒܬ ܠܐܪܥܐ ܒܟܠ ܦܐܪ̈ܐ ܀

ܢܕܘܨܘܢ ܕܝܢ ܛܘܪ̈ܐ ܒܬܫܒܘܚܬܐ . ܘܐܝܠܢܐ
ܘܟܠ ܐܝܠܢܐ ܕܒܗ . ܥܠ ܒܪ̈ܝܬܐ ܕܡܣܟܝܢ
ܗܘܝ̈ ܠܦܘܪܩܢܗ ܟܕ ܪܚܝܩ ܗܘܐ . ܘܥܠܝܗ̇
ܕܠܦܘܪܩܢܗ ܡܫܬܡܥܢ ܗܘܝ̈ ܟܕ ܩܪܝܒ
ܗܘܐ ܀ ܚܠܦ ܚܘܚܐ ܢܣܩ ܒܪܘܬܐ . ܘܚܠܦ
ܙܘܦܐ ܬܐܬܐ ܐܣܐ . ܗ̄ . ܐܪ̈ܙܐ ܕܗܠܝܢ ܥܠ
ܫܘܚܠܦܐ ܕܝܘܬܪ̈ܐ ܕܢܦܩܘ ܘܦܪܥܘ ܒܡܐܬܝܬܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܀ ܕܢܦܩܘ ܒܥܡ̈ܡܐ ܕܗܝܡܢܘ ܒܗ .
ܕܚܠܦ ܟܘ̈ܒܐ ܕܡܬܕܡܝܢ ܠܚܛܗ̈ܐ . ܘܚܠܦ ܙܘܦܐ
ܣܦܝܩ ܡܢ ܦܐܪ̈ܐ . ܢܣܩܘ ܒܪܘܬܐ ܘܐܣܐ
ܒܣܡܝܢ ܐܣܐ ܀ ܕܡܬܕܡܝܢ ܒܥܒ̈ܕܐ ܕܝܘܬܪ̈ܢܘܬܐ
ܘܕܟܝܘܬܐ ܘܩܕܝܫܘܬܐ ܕܡܬܩܒܠܢ ܘܡܒܣܡܢ
ܠܐܠܗܐ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܦ ܒܬܪܟܢ ܐܡܪ ܗܘ
ܢܒܝܐ . ܛܘܒܘܗܝ ܠܓܒܪܐ ܕܥܒܕ ܗܕܐ ܀
ܘܠܒܪܢܫܐ ܕܐܚܝܕ ܒܗ̇ . ܘܢܛܪ ܐܦ ܫܒܬܐ
ܕܠܐ ܢܛܘܫܗ . ܫܒܬܐ ܓܝܪ ܠܫܒܬܐ ܡܘܕܐ .

absque pane[1], *et laborem vestrum absque saturitate.* Placentas quas idolis faciebant hisce verbis significat.

3. *Gratiam Davidis fidelem.* Idem est quod mox addit : *Vocabis populos quos non nosti, et gentes, quæ te non noverunt* antequam venires, *ad te convertentur* quando veneris.

8. *Consilia mea non sunt sicut consilia vestra,* nimirum ejus consilia e misericordia procedunt et in gratiam vergunt.

9-10. *Sicut cœlum terra sublimius est... Sicut pluvia e cœlo descendit et illuc non redit.* Per pluviam quæ omnibus frugibus terram exornat figurat verbum homines virtutibus exornans.

12. *Exultent montes laudibus et sylva et omnes arbores quæ in ea sunt.* Hæc dicta sunt de creaturis quæ expectabant liberationem ab eo quando procul aberat; eadem quoad ejus redemptionem audita fuerunt dum prope aderat. *Pro spinis orietur*[2] *abies et pro hyssopo germinabit myrtus.* Sacramentum horum verborum est de mutatione morum qui exorti sunt et germinaverunt in adventu Christi in populis ejus fidem amplexis. Pro spinis peccata figurantibus et pro hyssopo fructibus orbato exortæ sunt abies et myrtus suaveolentes, figuræ actionum virtutis, puritatis et sanctitatis quæ Deo gratæ sunt illumque oblectant. Idcirco etiam postea propheta dixit : *Beatus vir qui*

[1] Vers. simplex : « non pro pane » erraverit in nostro codice amanuensis.

[2] Pro ܬܐܬܐ cod. habet ܬܐܬܝ

ܘܒܒܪܢܫܐ ܐܝܢ ܕܒܗ̇ ܡܬܚܣܢ ܕܢܛܪ ܫܒܬܐ ܕܠܐ ܢܛܡܝܗ̇ . ܡܛܠ ܫܒܘܥܐ ܗܘܐ ܪܡܙ ܠܗ ܠܥܠܡܐ ܕܦܫܝܛ ܠܐܟܘܬ . ܕܢܪܗܛܘܢܝܗܝ ܟܠܗ ܥܠܡܐ ܘܫܢܐ ܕܐܝܟ ܒܝܘܡܬܐ ܛܒܐ . ܘܠܐ ܢܣܚܦܘܢܝܗܝ ܐܘܟܝܬ ܢܫܚܩܘܢܝܗܝ . ܒܢܝܚܐ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ ܀ ܘܬܘܒ . ܚܠܦ ܚܘܒܬܐ ܬܐܪܐ ܒܪܘܬܐ . ܘܚܠܦ ܙܘܦܐ ܐܣܐ ܢܦܘܩ . ܗ̄ . ܠܥܒܕܐ ܕܚܠܦ ܚܪ̈ܐ ܡܡܪܓܙܢܐ . ܗܦܟܝܢ ܘܦܪܥܝܢ ܒܒܪܢܫܘܗܝ ܓܘܝܐ ܘܒܪܝܐ . ܥܒ̈ܕܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ ܘܦܐܪ̈ܐ ܕܡܝܬܪܘܬܐ ܀

fecerit hanc (justitiam) *et homo qui illa roboratur et sabbatum servaverit ne profanet illud.* Sabbatum quippe hebdomadam notat, et sæculum velut in typo sabbati per septem decurrit. Oportet igitur nos Deo placentes sæculum hoc decurrere toto vitæ spatio in vita bona, non autem illud profanare aut terere in voluptatibus. Rursus : *Pro spinis germinabit abies et pro hyssopo orietur myrtus.* Pro operibus iram provocantibus redeunt et germinant in homine interiore et exteriore opera justitiæ et fructus virtutum.

CAPUT LVI.

ܘܠܐ ܢܐܡܪ ܒܪ ܢܘܟܪܝܐ ܕܡܬܢܩܦ ܠܡܪܝܐ . ܕܡܦܪܫ ܦܪܫ ܠܝ ܡܪܝܐ ܡܢ ܥܡܗ . ܗ̄ . ܘܠܐ ܢܐܡܪ ܒܪܢܘܟܪܝܐ ܕܡܢ ܥܡ̈ܡܐ : ܗܢܘܢ ܕܢܩܝܦܝܢ ܠܒܢܝ ܝܗܘܕܝܐ ܗܘܘ . ܕܡܦܪܫ ܦܪܫ ܠܝ ܡܪܝܐ ܡܢ ܥܡܗ . ܟܕ ܕܣܠܩܬ ܀

ܡܛܠ ܡܗܝܡܢ̈ܐ ܕܢܛܪܝܢ ܫ̈ܒܬܝ ܘܡܬܚܝܠܝܢ ܒܩܝܡܝ ܐܬܠ ܫܡܐ ܠܥܠܡ . ܗ̄ . ܟܒܪ ܕܝܢ ܥܠ ܕܢܝܐܝܠ ܘܚܒܪܘܗܝ ܐܡܪ ܀

ܘܠܒ̈ܢܝ ܢܘܟܪܝܐ ܕܡܬܢܩܦܝܢ ܠܡܪܝܐ . ܐܝܬܐ ܐܢܘܢ ܠܛܘܪܐ ܩܕܝܫܐ . ܘܐܚܕܐ ܐܢܘܢ ܒܒܝܬܐ ܕܨܠܘܬܝ . ܡܛܠ ܕܒܝܬܝ ܒܝܬ ܨܠܘܬܐ ܢܬܩܪܐ ܠܥܡ̈ܡܐ . ܗ̄ . ܗܕܐ ܥܠ ܥܕܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܦܫܩܗ̇ . ܐܝܟ ܕܗܘ ܡܪܢ ܠܝܗܘܕܝܐ ܦܫܩܗ̇ ܗܘܐ : ܘܟܬܝܒܐ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ ܀

3. *Neque vero dicat filius alienigenarum qui adjungitur Domino : plane separavit me Dominus a populo suo,* i. e. nec dicat filius alienigenarum seu ethnicorum illorum qui adhærent viris Judæis : plane separavit me Dominus a populo suo quando ascendi.

4. *De Eunuchis qui servant sabbata mea et firmiter tenent fœdus meum... dabo nomen æternum.* Forsan de Daniel et sociis ejus locutus est.

6-7. *Et filios alienigenarum qui Domino se adjunxerunt adducam in montes sanctos meos, et lætificabo eos in domo orationis meæ, quoniam domus mea domus orationis vocabitur unctis (gentibus).* Hoc ad ecclesiam gentium refertur, sicut ipse Dominus noster explicavit Judæis, et scriptum est in Evangelio[1].

[1] *Marc.* XI, 17.

ܟܠ ܚܝܘܬܐ ܕܕܒܪܐ ܬܐ ܐܟܘܠܘ ܠܟܠܗ̇ ܚܝܘܬܐ
ܕܥܒܐ . ܦ̄ . ܒܡܕܝ ܐܘ ܠܡܕܝ̈ܐ ܐܪܝܡ ܥܠ
ܒܒܠܝ̈ܐ . ܐܘ ܠܝܘܢܝ̈ܐ ܥܠ ܥܒܪ̈ܝܐ ܀

ܟܠܗܘܢ ܥܘܝܪ̈ܐ ܘܠܐ ܝܕܥܝܢ . ܦ̄ . ܡܛܠ
ܕܠܐ ܝܕܥܝܢ ܡܕܡ ܕܚܙܝܢ . ܩܪܐ ܐܢܘܢ ܥܘܝܪ̈ܐ ܀
ܟܠܒ̈ܐ ܐܢܘܢ ܟܠܗܘܢ ܚܪ̈ܫܐ ܘܠܐ ܡܫܟܚܝܢ
ܠܡܢܒܚ . ܚܙܝܢ ܡܬܦܢܩܝܢ ܘܕܡܟܝܢ ܘܪ̈ܚܡܝܢ ܠܡܕܡܟ .
ܦ̄ . ܡܛܠ ܕܠܐ ܥܝܪܝܢ ܡܬܒܝܢܝܢ ܠܡܚܙܝܗܘܢ
ܠܬܕܡܪ̈ܬܐ . ܩܪܐ ܐܢܘܢ ܟܠܒ̈ܐ ܚܪ̈ܫܐ ܀

9. *Omnes bestiæ agri venite, devorate omnes bestias sylvæ.* Hisce aut Medos excitat contra Babylonios aut Græcos adversus Hebræos.

10. *Omnes cæci et ignari.* Quia ignorant quod vident vocavit eos cæcos. *Canes muti sunt omnes; nec possunt latrare ; indulgent voluptati, recumbunt et amant dormire.* Quia non evigilant ad videnda miracula vocat eos canes mutos.

CAPUT LVII.

ܗܐ ܙܕܝܩܐ ܐܒܕ . ܘܠܝܬ ܕܣܐܡ ܥܠ ܠܒܗ .
ܡܛܠ ܕܡܢ ܩܕܡ ܒܝܫܬܐ ܡܬܕܒܪ ܙܕܝܩܐ .
ܗܘ ܕܝܢ . ܕܒܝܫܬܐ ܕܐܬܝܐ . ܡܛܠ ܕܡܢ ܩܕܡ
ܒܝܫܬܐ ܡܬܕܒܪ ܙܕܝܩܐ . ܡܬܟܣܐ ܒܗܘܢ
ܘܐܡܪ ܕܓܒܪ̈ܐ ܩܕܝ̈ܫܐ ܡܬܕܒܪܝܢ ܘܠܐ
ܒܗܘܢ ܡܣܬܟܠ . ܦ̄ . ܕܡܢ ܒܝܫܬܐ ܗܝ
ܕܥܬܝܕܐ ܒܝܕ ܡܘܬܐ ܥܪܩܝܢ ܀

ܢܟܣܝܢ ܛܠܝ̈ܐ ܒܢܚܠܐ . ܦ̄ . ܬܚܝܬ ܫܘܥܐ ܀

ܘܥܠ ܛܘܪ̈ܐ ܪܡܐ ܥܪܣܟܝ ܣܡܬܝ . ܗ̇ .
ܒܢܘܪ̈ܐ ܕܢܝܚܘܬܐ ܕܠܠܝܐ ܕܥܒܕܬܝ ܀

ܡܛܠ ܕܡܢ ܠܘܬܝ ܣܠܩܬܝ ܘܐܬܪܚܡܬܝ
ܐܘܣܥܬܝ ܡܫܟܒܗܘܢ . ܦ̄ . ܗܘܝܬܝ
ܠܒܝ ܣܛܪܝܗܘܢ ܕܦܬܟܪ̈ܐ ܀

ܘܐܫܬܒܚܬܝ ܠܡܠܟ̈ܐ ܒܡܫܚܐ . ܦ̄ . ܕܡܫܕܪܐ
ܗܘܝܬܝ ܠܗܘܢ ܠܡܬܓܘܣܘ ܒܗܘܢ ܀ ܘܡܫܕܪܬܝ
ܐܝܙܓܕ̈ܝܟܝ ܠܪܘܚܩܐ . ܠܡܬܓܘܣܘ ܒܡܠܟ̈ܐ
ܕܥܡ̈ܡܐ . ܦ̄ . ܠܡܬܓܘܣܘ ܒܡܠܟ̈ܐ
ܕܥܡ̈ܡܐ . ܐܘ ܐܝܟ ܕܚܙܩܝܐܝܠ ܐܡܪ . ܕܐܦ
ܒܐܠܗ̈ܝܗܘܢ ܕܥܡ̈ܡܐ ܡܙܢܝܐ ܗܘܝܬܝ ܀ ܡܦܢܩܬܐ

1. *Ecce justus perit et nemo est qui animum adjiciat... Quia a conspectu malitiæ rapitur justus,* malitiæ scilicet advenientis. Quia a conspectu malitiæ rapitur justus, reprehendit eos et dicit : *Viri sancti rapiuntur, et non intelligunt* illos per mortem fugere a futura malitia.

5. *Necavistis pueros in fluviis sub rupibus.*

7. *Super montes altos posuisti cubile tuum,* quod in (offerendis) placentis nocturnis faciebas.

8 *Quia a me recessisti et ascendisti et amavisti*[1] *cubile eorum,* i. e. fuisti a partibus idolorum.

9. *Et laudata fuisti a regibus propter unguentum,* quod illis mittebas quando ad eos confugiebas. *Et misisti nuntios tuos longe* confugiens ad reges gentium, aut, ut Ezechiel ait, cum Diis gentium te constuprans. *Voluptuosa et de-*

[1] Vers. simpl. : « extendisti. »

ܘܡܦܢܩܬܐ . ܗ̄ . ܝܐܝܬܐ ܘܡܠܝܐ ܒܒܣܝܡܘܬܐ
ܘܦܘܢܩ̈ܐ ܀

licata[1], i. e. formosa et plena deliciis ac voluptatibus.

ܘܢܐܡܪܘܢ ܐܪܝܡܘ ܬܘܩܠܬܐ ܡܢ ܐܘܪܚܗ ܕܥܡܝ .
ܗ̄ . ܟܒܪ ܕܝܢ ܥܠ ܛܢܢ̈ܐ ܕܝܗܘܕܝ̈ܐ ܐܡܪ .
ܕܩܛܠܘ ܠܒܢ̈ܝ ܥܡܗܘܢ . ܕܐܣܛܝܘ ܘܗܘܘ
ܬܘܩܠܬܐ ܠܒܢ̈ܝ ܩܪܝܬܗܘܢ ܒܝܘܡ̈ܝ ܝܘܢܝ̈ܐ ܀

14. *Et dicent : Auferte offendicula a via populi mei.* Forsan hæc dixit de Judæorum zelatoribus, qui interfecerunt populares suos eo quod ad idola defecerant et offendiculo fuerant concivibus suis in diebus Græcorum.

ܡܢ ܡܢ ܐܬܕܚܠܬܝ ܕܟܕܒܬܝ ܒܝ ܀

11. *A quo perterrita fuisti ut me abnegares ?*

ܠܡܟܝ̈ܟܐ ܘܠܬ̈ܒܝܪܝ ܪܘܚܐ . ܗ . ܕܒܝܘܡ̈ܝ
ܡܟܒܝ̈ܐ ܀ ܠܡܚܝܘ ܪܘܚܐ . ܗ̄ . ܠܡܦܪܩܘ
ܪܘܚܐ ܠܡܟܝ̈ܟܐ ܀

15. *Humiles et afflictos mente* qui fuerunt in diebus Machabæorum. *Ad vivificandum spiritum,* ad salvandum spiritum humilium.

ܒܥܘܠܐ ܕܢܟܠܗ ܪܓܙܬ ܘܡܚܝܬܗ . ܗ̄ .
ܡܛܠ ܥܘܠܐ ܘܢܟܠܐ ܕܠܒܗ ܐܫܠܡܬܗ ܒܐܝ̈ܕܝ
ܒܥܠܕܒܒ̈ܘܗܝ ܀ ܘܐܬܦܢܝܬ ܘܪܓܙܬ ܘܐܙܠܬ
ܬܢܚܬܗ ܒܐܘܪܚܐ ܕܠܒܗ . ܗ̄ . ܕܐܙܠܬ
ܥܡܗ ܬܢܚܬܐ ܒܐܘܪܚܐ ܕܠܒܗ ܟܕ ܢܚܬܐ .

17. *Propter crimen fraudis ejus iratus sum et percussi eam.* Propter ejus iniquitatem et fraudem cordis ejus tradidi eam in manus inimicorum ejus. *Et conversa est et irata est*[2], *et abiit suspirium ejus in via cordis ejus.* Ivit cum ea suspirium cordis ejus quando descendit.

ܐܠܐ ܐܬܦܢܝܬ ܘܚܙܝܬ ܐܘܪ̈ܚܬܗ ܡܫܪ̈ܬܐ ܀
ܘܐܣܝܬܗ ܘܒܝܐܬܗ . ܘܦܪܥܬ ܒܘܝܐܐ ܠܗ
ܘܠܐܒܝ̈ܠܘܗܝ . ܗ̄ . ܒܛܒ̈ܬܐ ܒܝܐܬܗ ܠܗ
ܘܠܐܒܝ̈ܠܘܗܝ ܀

18. *Sed conversus sum et vidi vias virtutum ejus. Et sanavi eam et consolatus sum et rependi consolationem ipsi et lugentibus ejus ;* i. e. beneficiis consolatus sum eam et lugentes ejus.

ܒܪܐ ܡܡܠܠܐ ܕܣܦܘ̈ܬܐ . ܗ̄ . ܠܐ ܠܡܩܛܪܓܘ
ܠܐܠܗܐ . ܐܠܐ ܠܫܘܒܚܗ ܀ ܫܠܡܐ ܠܪ̈ܚܝܩܐ
ܘܠܩܪ̈ܝܒܐ . ܗ̄ . ܠܡܒܕ̈ܪܐ ܘܠܡܟܢ̈ܫܐ ܀

19. *Creatus est sermo labiorum* non ad accusandum sed ad laudandum Deum. *Pacem longinquis et propinquis,* i. e. dispersis et congregatis.

ܠܝܬ ܫܠܡܐ ܠܪ̈ܫܝܥܐ . ܗ̄ . ܠܝܘ̈ܢܝܐ .
ܕܡܬܕܠܚܝܢ ܒܩܪܒܐ ܕܥܡ ܝܗܘܕܐ ܀

21. *Non est pax impiis,* Græcis scilicet qui exagitantur bello Judææ.

[1] Supra XLVII, 1.

[2] Vers. simpl. : « et conversus sum et iratus sum. »

CAPUT LVIII.

ܩܪܝ ܒܓܓܪܬܟ. ܘܠܐ ܬܚܘܤ ܘܚܘܝ ܠܥܡܝ ܣܟܠܘܬܗܘܢ ܀ ܦܩܕ ܠܢܒܝܐ ܕܢܩܥܐ ܘܢܟܪܙ ܒܐܕܢܝܗܘܢ ܕܟܠܗܘܢ ܘܠܐ ܢܚܘܤ ܟܕ ܡܟܪܙ ܠܗܘܢ ܓܘܙܡܐ ܕܡܢ ܐܠܗܐ . ܕܢܚܪܡ ܐܢܘܢ ܘܦܪܣܐ ܠܣܟܠܘܬܗܘܢ . ܐܝܟܢܐ ܕܢܕܥܘܢ ܕܟܐܢܐܝܬ ܣܝܒܪܝܢ ܗܠܝܢ ܕܐܬܝܢ ܠܗܘܢ ܀

ܠܡܢܐ ܨܡܢ ܘܡܟܟܢ ܢܦܫܢ ܘܠܐ ܝܕܥܬ . ܗ̄ . ܗܟܢܐ ܐܟܦܢܝ ܠܝ ܕܐܥܒܕ ܠܗܘܢ ܦܘܪܥܢ ܙܕܝܩܘܬܗܘܢ ܀ ܒܝܘܡܐ ܓܝܪ ܕܨܘܡܟܘܢ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܨܒܝܢܝܟܘܢ ܒܝܫܐ . ܗ̄ . ܐܟܣܢ ܐܢܘܢ ܒܝܕ ܢܒܝܐ . ܕܚܙܝܬ ܐܡܪ ܠܐ ܦܪܥܬܟܘܢ ܀ ܘܡܩܪܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܦܬܟܪܝܟܘܢ ܀ ܗ̄ . ܥܒܕܝܟܘܢ ܒܝܫܐ ܡܬܝܠܝܢ ܒܦܬܟܪܐ ܀

ܠܐ ܬܨܘܡܘܢ ܐܝܟ ܕܝܘܡܢܐ ܘܬܫܡܥܘܢ ܩܠܟܘܢ ܠܪܘܡܐ . ܠܘ ܓܝܪ ܗܢܘ ܨܘܡܐ ܕܓܒܝܬ . ܗ̄ . ܠܐ ܠܗܢ ܬܨܘܡܘܢ ܐܝܟ ܕܠܡܫܡܠܘ ܨܒܝܢܝܟܘܢ ܒܝܫܐ . ܐܝܟ ܕܒܢܕܪܐ ܡܕܡ ܀ ܕܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܗܢܐ ܐܘ ܗܢܐ ܀ ܘܕܢܬܓܕܫܢ ܠܒܥܠܕܒܒܝܟܘܢ ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ ܓܝܪ ܨܘܡܐ ܘܒܨܠܘܬܐ ܢܝܚܐ ܐܡܪ . ܕܨܒܝܢܝܟܘܢ ܒܥܝܢ ܐܢܬܘܢ . ܘܠܐ ܕܝܠܝ . ܘܩܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܪܘܡܐ ܟܕ ܡܫܝܛܝܢ ܐܢܬܘܢ ܀ ܕܨܡܢ ܘܡܟܟܢ ܢܦܫܢ ܘܠܐ ܝܕܥܬ ܀

ܗܢܘ ܓܝܪ ܨܘܡܐ ܕܓܒܝܬ . ܕܢܟܦ ܐܝܟ ܢܦܫܗ ܐܝܟ ܚܘܠܐ . ܗ̄ . ܒܦܘܠܚܢܐ ܐܝܟ ܚܘܠܐ ܀ ܘܐܦ ܒܡܘܟܟܐ ܕܬܝܒܘܬܐ ܀ ܘܣܩܐ ܘܩܛܡܐ ܢܫܘܐ ܠܗ . ܗ̄ . ܕܢܬܟܣܐ

CAPUT LVIII.

1. *Clama ex gutture tuo et non parcas et ostende populo meo iniquitatem suam.* Mandat prophetæ ut clamet et prædicet in auribus omnium, nec parcat proclamans comminationes Dei: quod scilicet Deus eos internecioni traditurus est eorumque iniquitatem propalaturus, ut agnoscant se juste pati quæ ipsis sunt obventura.

3. *Quare jejunamus et humiliamus animas nostras et tu ignoras?* Sic exorant me ut faciam eis retributionem justitiæ eorum. *In die enim jejunii vestri facitis voluntates vestras malas.* Reprehendit eos per prophetam; quia vidi, inquit, non retribui vobis. *Et affertis idola vestra,* i. e. opera vestra reproba idolis significata.

4-5. *Ne jejunetis ut hodie ut audiri faciatis vocem vestram in excelso. Non enim istud est jejunium quod elegi.* Ne jejunetis tanquam ad perficiendas voluntates vestras malas, quasi votum quoddam feceritis ut fiat vobis hoc vel illud, et mala eveniant inimicis vestris. Hujusmodi enim jejuniis et orationibus, inquit, quæritis oblectamentum voluntatum vestrarum et non meæ, et, quia me contemnitis, clamatis in excelso: *Jejunavimus et humiliavimus animas nostras.*

5. *Hoc est enim jejunium quod elegi ut homo se humiliet tanquam hamum,* opere ut hamum et etiam humiliatione pœnitentiæ. *Et sacco et cinere humiliet se,* i. e. sacco

ܨܘܡܐ . ܐܘ ܕܢܠܒܫ ܣܩܐ ܘܩܛܡܐ ܢܬܦܪܫ .
ܗܢܘ ܬܘܒ ܨܘܡܐ ܕܓܒܝܬ . ܕܬܫܪܐ ܩܛܪ̈ܐ
ܕܚܛܝܬܐ ܡܢ ܠܒܟ . ܗܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ
ܡܚܫܒ̈ܬܐ ܒܝܫ̈ܬܐ . ܘܪܘܓܙܐ ܘܒܥܠܕܒܒܘܬܐ
ܕܠܘܬ ܩܪܝܒܐ . ܘܢܟܠܐ ܘܡܣܒ ܒܐܦ̈ܐ .
ܘܩܫܝܘܬܐ ܐܘ ܠܐ ܡܪܚܡܢܘܬܐ . ܘܐܝܟ
ܕܗܠܝܢ ܕܕܡܝܢ . ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܩܛܪ̈ܐ ܘܐܣܘܪ̈ܐ
ܕܚܛܝܬܐ ܘܕܢܟܠܐ . ܗܠܝܢ ܡܠܦ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܕܢܥܒܕܘܢ . ܐܝܟ ܕܐܠܘ ܥܒܕܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ .
ܠܐ ܐܝܟ ܠܐ ܚܣܕܝܢ ܡܫܬܡܛܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ .
ܗܢܘ ܠܡ ܨܘܡܐ ܕܒܥܐ ܐܢܐ . ܗܘ ܕܡܐ ܕܨܐܡ
ܐܢܬ ܫܪܐ ܐܢܬ ܡܢ ܠܒܟ ܚܡܬܐ ܘܪܘܓܙܐ
ܕܠܘܬ ܩܪܝܒܟ . ܘܠܐ ܕܬܨܘܡ ܕܢܒܐܫ
ܠܩܪܝܒܟ . ܐܘ ܕܬܬܝܗܒ ܠܟ
ܫܘܠܛܢܐ ܐܘ ܥܘܬܪܐ . ܗܠܝܢ ܕܐܢ ܩܢܝܬ
ܗܘܝܢ ܗܘܘ ܢܟܝܢ ܗܘܘ ܠܟ ܀

induatur vel in sacco et in cinere se prosternat. *Rursus hoc est jejunium quod elegi*, *ut solvas de corde tuo peccati vincula*, quæ sunt cogitationes malæ, ira, inimicitia in proximum, fraus, acceptio personarum, crudelitas seu immisericordia, et his similia. Ista sunt vincula et ligamina peccati ac fraudis. Hoc eos facere docebat, quod, si fecissent, probro affecti non fuissent tanquam qui id neglexissent. *Hoc est porro jejunium quod requiro*, illud scilicet quo, dum jejunas, solvis e corde tuo passionem et iram contra proximum tuum; non vero jejunes ut male sit proximo tuo, vel ut concedantur tibi principatus ac divitiæ, quæ si haberes damnosa tibi forent.

CAPUT LIX.

ܐܬܬܟܠܘ ܥܠ ܣܪܝܩܘܬܐ . ܗ̇ . ܦܣܩܘ
ܣܒܪܗܘܢ ܘܐܬܬܟܠܘ ܥܠ ܣܪܝܩܘܬܐ
ܕܦܬܟܪ̈ܐ ܀ ܘܡܠܠܘ ܫܘܐܝܘܬܐ . ܗ̇ . ܟܘܐܒܐ .
ܐܝܟ ܗܘ̇ ܕܐܡܪ ܠܡܢܐ ܠܐ ܚܙܝܬ . ܘܐܝܟ ܗܘ̇
ܕܡܟܝܠ ܠܐ ܬܘܒ ܢܬܪܨ ܠܘܬܟ ܀

ܒܢ̈ܬܐ ܕܠܝܛܐ ܦܠܚܘ . ܗ̇ . ܒܥ̈ܐ ܕܐܟܕܢ̈ܐ
ܒܙܥܘ . ܗ̇ . ܗܘ ܕܗܝ ܡܠܬܐ ܡܚܒ̈ܠܬܐ
ܐܦܩܘ ܡܢ ܠܒܗܘܢ . ܘܐܘܠܕܘ ܚܘܪ̈ܡܐ
ܠܝܛܐ ܥܡ ܥܒ̈ܕܝܗܘܢ ܒܝܫ̈ܐ ܘܠܐ ܡܘܬܪ̈ܢܐ
ܘܩܘܪܐ ܕܥܟܒܝܬܐ ܐܙܩܘ . ܪܡܙ ܠܬܘܟܠܢܗܘܢ ܣܪܝܩܐ
ܕܥܠ ܦܬܟܪ̈ܝܗܘܢ . ܘܥܠ ܥܡ̈ܡܐ ܕܠܐ
ܡܘܬܪܝܢ ܠܗܘܢ ܘܠܐ ܩܝܡܝܢ ܩܕܡܝܗܘܢ ܟܕ
ܡܚܝܠܝܢ ܐܝܟ ܩܘܪܐ ܕܥܟܒܝܬܐ ܕܠܐ ܫܟܚ
ܠܡܩܘܡ ܩܕܡ ܦܘܚܐ ܙܥܘܪܐ ܀ ܘܐܦܠܐ
ܠܡ ܡܢ ܥܒ̈ܕܝܗܘܢ ܢܬܟܣܘܢ . ܘܠܒܘܫܐ ܡܢܗܘܢ

CAPUT LIX.

4\. *Confisi sunt in inanitate ;* abjecta spe, confisi sunt in inanitate idolorum. *Et locuti sunt vanitatem*, i. e. reprehensibilia, ut hoc : « cur non consideras nostrum jejunium ? » et illud : « gressus noster non amplius dirigetur ad te. »

5\. *Filias maledicti disruperunt* i. e. ova aspidum perforarunt, scilicet sermonem noxium protulerunt e corde suo et generarunt aspides execrandas cum operibus suis malis et inutilibus. *Et telam araneæ texuerunt ;* designat vanam eorum confidentiam in idolis suis et in gentibus quæ non prosunt illis et nec consistunt coram eis, quum debiles sint, ut tela araneæ quæ resistere nequit etiam minimæ

ܚܘܝܐ . ܘܡܗܝܡܢ ܘܐܡܪ ܐܝܟ ܡ̈ܠܝܗܘܢ ܡܐܬ
ܒ̈ܚܛܗܝܗܘܢ . ܘܥܒܕ ܐܝܟ ܥܒ̈ܕܝܗܘܢ
ܡܫܟܚ ܚܘܝܐ . ܗ̄ . ܡܪܝܪܘܬܐ ܀

ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܬܪܚܩ ܡܢܢ ܕܝܢܐ ܀ ܘܙܕܝܩܘܬܐ
ܠܐ ܐܕܪܟܢ . ܗ̄ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܗܘܬ ܠܢ
ܬܒܥܬܐ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܝܢ . ܘܠܐ ܐܬܦܪܩܢ ܀
ܣܟܝܢ ܠܢܘܗܪܐ ܘܗܘܐ ܠܢ ܚܫܘܟܐ . ܡܫܢ
ܐܣܬܐ ܐܝܟ ܥܘܝܪܐ . ܐܬܬܩܠܢ ܒܛܗܪܐ ܐܝܟ
ܕܒܪܡܫܐ . ܘܐܬܬܢܚܢ ܐܝܟ ܗܢܘܢ ܕܩܪܝܒܝܢ
ܠܡܘܬܐ ܀

ܢܗܡܢ ܟܠܢ ܐܝܟ ܕܒܐ . ܘܐܝܟ ܝ̈ܘܢܐ ܢܗܘܡ .
ܘܚ̈ܛܗܝܢ ܣܗܕܘ ܒܢ . ܗ̄ . ܠܦܘܪܩܢܐ ܕܣܟܝܢ
ܠܫܒܝܬܐ ܘܐܬܐ ܥܠܝܢ . ܥܡ ܫܪܟܐ ܕܐܡܪ
ܡܢܐ ܘܡܝܬܐ ܕܣܒܠܘ ܒܙܒܢ ܫܒܝܗܘܢ ܀ ܘܟܕ
ܢܚܬܘ ܠܒܒܠ ܀ ܐܡܪ ܓܝܪ ܢܒܝܐ . ܕܡܛܠ
ܕܡܠܠܢ ܥܘܠܐ ܀ ܥܠ ܐܠܗܐ . ܘܡܪܕܢ
ܒܗ ܀

ܡܛܠ ܕܐܬܬܩܠܬ ܩܘܫܬܐ ܒܐܘܪܚܬܐ[1] . ܗ̄ .
ܒܢܡܘܣܗ ܕܐܠܗܐ ∴ ܘܡܟܣܢܘܬܐ
ܘܦܘܪܥܢܘܬܐ ܣܒܪܘ ܕܠܐ ܡܫܟܚܐ ܠܡܐܬܐ ܀
ܘܗܘܬ ܩܘܫܬܐ ܟܣܝܬܐ . ܗ̄ . ܕܕܚܠܘ
ܠܡܡܠܠܘܗ̇ ܓܠܝܐ ∴ ܐܝܟ ܫܒܥܐ ܐܠ̈ܦܝܢ
ܕܒܝܘܡܝ ܐܝܙܒܠ ܀
ܘܚܙܐ ܡܪܝܐ ܘܠܝܬ ܕܥܒܕ ܕܝܢܐ . ܗ̄ . ܐܝܟ
ܗܝ ܕܐܡܪ ܠܗ ܠܐܪܡܝܐ ܒܙܒܢ ܫܒܝܗܘܢ ∴
ܕܠܐ ܬܒܥܘܢ ܚܕ ܕܥܒܕ ܕܝܢܐ ܐܫܟܚܘ ܠܗ ܀

rei eam attingenti. *Qui comederit ex ovis eorum morietur et qui fregerit unum ex eis reperiet anguiculum.* Qui credit et loquitur juxta eorum verba morietur in peccatis suis, et qui agit conformiter ad eorum opera inveniet anguiculum seu amaritudinem.

9-10. *Idcirco recessit a nobis judicium et justitia non veniet ad nos;* i. e. propterea non habuimus vindictam de inimicis nostris nec salvati sumus. *Expectavimus lucem et factæ sunt tenebræ. Palpavimus parietem ut cæci; impegimus ipso meridie non secus ac vespertino tempore; et suspiravimus sicut hi qui morti proximi sunt.*

11-13. *Rugiimus omnes tanquam ursi et tanquam columbæ gemuimus, et peccata nostra contestati sunt.* Expectavimus salutem et attigit nos captivitas, cum reliquis quæ recitat et adducit quæ sustinuerunt tempore captivitatis et quando descenderunt Babylonem. Dicit quippe propheta: *Quia locuti sumus injurias* contra Deum *et rebellavimus* in eum.

14. *Quia impegit veritas in viis*[1] in lege Dei, et putaverunt *increpationem* et retributionem *non posse venire.*

15. *Quia etiam veritas abdita fuit,* eo quod timuerunt *eam publice eloqui* sicut septem millia tempore Jezabelis.

16. *Et vidit Deus et nemo erat qui faceret judicium.* Simile quid dixit ad Jeremiam tempore capti-

1 Pro ܐܘܪܚܬܐ Vers. simpl. habet ܐܘܪܝܬܐ.

ܘܚܙܐ ܕܠܝܬ ܐܢܫ . ܘܐܬܕܡܪ ܕܠܝܬ ܕܥܕܪ .
ܘܦܪܩܗ ܕܪܥܗ ܘܙܕܝܩܘܬܗ ܗܝ ܣܡܟܬܗ .
ܗ̄ . ܬܡܝܗܐ ܕܢܒܥܐ ܗܘܐ . ܕܒܣܕܘܡ
ܕܒܝܫܐ ܥܣܪܐ ܥܠܐ ܒܗ ܘܒܐܘܪܫܠܡ ܕܟܗܢܐ
ܘܕܢܒܝܐ ܚܕ ܠܐ ܐܫܬܟܚ ܒܗ . ܘܡܛܠ ܗܢܐ
ܒܪܚܡܐ ܘܒܛܝܒܘܬܐ ܕܝܠܗ ܦܪܩ ܘܥܕܪ .
ܘܠܐ ܒܒܥܘܬܐ ܕܟܗܢܐ ܘܠܐ ܒܨܠܘܬܐ ܕܙܕܝܩܐ ܀

ܠܒܫ ܙܕܝܩܘܬܐ ܐܝܟ ܫܪܝܢܐ . ܗ̄ . ܠܡܩܪܒܘ
ܥܡ ܒܢܝ ܥܡܗ . ܘܠܒܫ ܠܒܘܫܐ
ܕܦܘܪܥܢܐ ܕܢܫܒܐ ܐܢܘܢ ܀

ܢܐܬܐ ܠܨܗܝܘܢ ܦܪܘܩܐ . ܗ̄ . ܙܪܘܒܒܠ ܀
ܘܨܗܝܘܢ ܗܝ ܡܬܝܕܥܢܝܬܐ ܘܪܡܬܐ ܕܚܙܘܐ
ܐܘ ܕܓܠܝܢܐ . ܥܕܬܐ ܐܝܬܝܗ . ܦܪܘܩܐ
ܕܝܢ ܕܐܬܐ ܠܗ . ܐܝܬܘܗܝ ܡܫܝܚܐ ܙܪܘܒܒܠ
ܗܘ ܪܒܐ ܀ ܗܢܐ ܩܝܡܝ ܕܥܡܟܘܢ . ܗ̄ .
ܗܘ ܕܐܩܝܡܬ ܥܡ ܐܒܗܝܟܘܢ ܒܛܘܪܐ . ܕܠܐ
ܢܬܢܕܘܢ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܙܪܥܟ ܠܥܠܡ ܀

vitatis eorum: *Si invenias unum qui faciat judicium dimittam ei*[1]. Et vidit neminem adesse, et miratus est non adesse adjutorem, *et salvavit eum brachium ipsius ejusque justitia fulcivit eum.* Vere mirum fuit Deum in Sodomis pessimis decem quæsivisse, et in Jerusalem, sacerdotum et prophetarum urbe, ne unum quidem inventum esse, et idcirco sua misericordia et gratia salvavisse atque adjuvisse sine sacerdotum precibus et sine justorum orationibus.

17. *Induit justitiam velut loricam,* ad præliandum cum filiis populi sui, et induit vestem retributionis ut traderet eos in captivitatem.

20. *Sioni veniet salvator*[2], scilicet Zorobabel. Sion autem spiritualis et collis visionum seu revelationum Ecclesia est. Salvator autem qui ad eam venit est Christus, Zorobabel ille magnus. *Hoc est fœdus meum vobiscum,* quod constitui cum patribus vestris in monte, ut non deficiant (verba mea) ex ore posterorum tuorum in æternum.

CAPUT LX.

ܩܘܡܝ ܢܗܘܪܝ ܡܛܠ ܕܡܛܐ ܢܘܗܪܟܝ .
ܗ̄ . ܥܠ ܥܕܬܐ ܗܘ ܚܐܪ ܦܣܘܩܐ ܗܢܐ .
ܕܡܦܠܐ ܗܘܐ ܘܡܡܟܟܐ ܠܛܘܥܝܢ ܀ ܩܘܡܝ
ܠܟܝ ܢܗܘܪܝ ܐܘ ܝܬܒܬܐ ܒܚܫܘܟܐ . ܡܛܠ
ܕܡܛܐ ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܡܢܗܪܢܟܝ ܀ ܘܐܝܩܪܗ
ܕܡܪܝܐ ܥܠܝܟܝ ܢܬܓܠܐ ܀ ܒܪܡ ܢܣܬܟܠ
ܕܐܦ ܒܡܘܠܟܢܐ ܐܚܪܢܐ ܕܐܬܡܠܟܘ

CAPUT LX.

1. *Surge, illuminare, quia venit lumen tuum.* Hæc sectio respicit Ecclesiam quæ destruit et deprimit errores. Surge, illuminare, quæ sedisti in tenebris quia venit Christus illuminator tuus, *et majestas Domini super te revelabitur;* porro intelligas promis-

[1] *Jerem.* V, 1.
[2] Pro ܦܪܘܩܐ legendum esse ܦܪܘܩܐ cum versione simplici contextus probat.

ܠܒܘܝܐܐ ܕܒܢܬܗ . ܙܢ̈ܝ ܠܗܝܢ ܦܘܪܩܢܐ
ܕܐܬܡܠܟ ܗܘܝ ܠܥܕܬܐ ܀

ܘܢܐܬܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܠܢܘܗܪܐ ܕܣܒܪܬܟܝ . ܗܘ .
ܠܛܒܐ ܕܦܘܪܩܢܟܝ ܕܡܢ ܒܒܠ ܀

ܩܘܡܝ ܢܘܗܪܝ ܀ ܡܛܠ ܡܘܟܟܗ ܘܥܘܡܪܗ
ܕܒܒܠ ܀ ܡܛܠ ܕܗܐ ܚܫܘܟܐ ܢܟܣܐ
ܠܐܪܥܐ . ܗ̄ . ܠܥܡܡܐ ܕܡܬܚܪܒܝܢ
ܗܘܝܢ ܡܐ ܕܡܬܦܪܩܝܢ ܐܘ ܥܠ ܙܕܝܩܐ ܕܡܬܟܢܫܝܢ
ܡܢ ܟܠ ܥܡ̈ܡܐ . ܘܡܚܫܟܝܢ ܠܗܘܢ ܠܥܡ̈ܡܐ
ܕܡܢܗܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ . ܐܝܟ ܕܠܫܪܓܐ
ܕܢܗܪ ܒܚܫܘܟܐ . ܘܟܕ ܡܫܬܩܠ ܡܢܗ
ܫܪܓܐ : ܦܫ ܚܫܘܟܐ ܒܣܢܝܐܘܬܗ ܀
ܢܐܬܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܠܢܘܗܪܟܝ . ܗ̄ . ܠܛܒܐ
ܕܦܘܪܩܢܟܝ ܕܡܢ ܒܒܠ . ܘܙܟܘܬܟܝ ܕܡܢ
ܒܒܠ ܀

ܒܢ̈ܝܟܝ ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܢܐܬܘܢ . ܘܒܢܬܟܝ ܥܠ
ܟܬܦܬܐ ܢܬܛܥܢܢ .. ܥܠ ܥܪ̈ܣܬܐ ܢܬܪ̈ܒܝܢ ܀
ܗܝܕܝܢ ܬܚܕܝܢ ܘܬܢܗܪܝܢ ܘܬܚܙܝܢ ܘܢܦܬܐ
ܠܒܟܝ ܀ ܗܕܐ ܥܠ ܙܕ̈ܝܩܘܗ̇ ܕܟܢܘܫܬܐ ܩ̈ܢܝܢ
ܘܡܬܟܢܫܝܢ ܘܐܬܝܢ ܠܘܬܗ̇ ܐܡܪ . ܒܪܡ ܕܝܢ ܗܘܐ
ܘܒܢ̈ܬܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ . ܥܡܡܐ ܐܡܪ
ܛܥ̈ܝܐ . ܗܠܝܢ ܕܪܚܝܩܐ ܗܘܘ ܛܒ ܡܬܪܚܩܝܢ
ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܡܢ ܐܠܗܐ . ܘܟܢܫܗ ܐܢܘܢ
ܡܣܒܪܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܬܟܪܙܬ ܠܗܘܢ ܒܝܕ
ܫܠܝ̈ܚܐ ܩܕ̈ܝܫܐ . ܗܢܘܢ ܕܐܝܟ ܕܥܠ ܟܬܦܬܐ
ܕܝܠܗܘܢ . ܛܥܢܘ ܘܐܥܠܘ ܐܢܘܢ ܠܛܝܪܐ ܕܥܕܬܐ
ܐܡܐ ܕܝܠܗܘܢ ܀

ܫܦܥܐ ܕܓܡ̈ܠܐ ܢܚܦܘܢܟܝ . ܒܘܟܪ̈ܐ ܕܡܕܝܢ
ܘܥܝܦܐ . ܟܠܗܘܢ ܕܡܢ ܫܒܐ ܢܐܬܘܢ ܠܟܝ .

siones terrenas synagogæ abolitæ factas figuram esse rerum spiritualium Ecclesiæ promissarum.

3. *Et venient populi ad lucem annuntiationis tuæ, ad famam liberationis tuæ e Babylone.*

Surge, illuminare. Hoc dicit propter humiliationem synagogæ et habitationem ejus in Babylone. *Quia ecce tenebræ operient terram.* Hoc dicit de gentibus quæ destruuntur dum Judæi liberantur, aut de justis qui e gentibus colliguntur et eo ipso tenebris obvolvunt gentes quas illuminabant, veluti lampas quæ in tenebris lucet, si aufertur inde lampas, tenebræ remanent in odiosa sua caligine. *Venient populi ad lumen tuum,* ad nuntium liberationis tuæ e Babylone et triumphi tui de illa.

4-5. *Filii tui de longe venient, et filiæ tuæ super humeros portabuntur*[1]*... super grabatis nutrientur. Tunc gaudebis et illuminaberis et videbis et dilatabitur cor tuum.* Hoc dicit de justis synagogæ, qui ex omnibus finibus congregantur et veniunt ad eam; in figura autem designantur filii Ecclesiæ sanctæ, populi, inquam, errantes, qui longe erant et valde remoti a Deo; congregavit autem eos Evangelium Christi illis prædicatum per sanctos apostolos, qui eos suis veluti humeris portarunt et introduxerunt in caulam Ecclesiæ eorum matris.

6-7. *Agmen camelorum operiet te, primogeniti Madian et Epha,*

[1] Verba « Super humeros portabuntur » desunt in vers. simplici et in hebræo, adduntur e vers. LXX.

ܘܕܟܪܐ ܕܢܒܝܘܬ ܢܫܡܫܘܢܟܝ ܀ ܗܠܝܢ
ܩܘܪܒܢܐ ܐܢܘܢ ܕܥܡܡܐ ܕܢܣܒܘ
ܥܒܪ̈ܝܐ ܚܠܦ ܥܘܠܐ . ܘܚܠܦ ܒܙܬܐ ܕܐܬܒܙܘ
ܡܢ ܡܫܒܝܢܝܗܘܢ . ܐܝܟ ܕܢܣܒܘ ܠܗܘܢ ܡܢ
ܢܦܩܘ ܡܢ ܡܨܪܝܢ . ܡܬܚܙܝܐ ܕܝܢ ܗܕܐ ܡܬܚܫܒܐ
ܐܦ ܠܥܕܬܐ . ܕܡܢ ܟܠ ܦܢܝܢ ܐܬܝܢ ܥܡ̈ܡܐ
ܠܣܓܕܬܗ ܀ ܟܕ ܡܝܬܝܢ ܩܘܪܒܢܐ
ܕܡܪܥܝܢܘܬܐ . ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܗܠܝܢ ܪܘܚܢܝܐ
ܕܬܘܕܝܬܐ ܘܨܒܝܢܐ . ܐܠܐ ܘܗܠܝܢ ܛܘܦܣܝܐ
ܡܚܣܝܢܐ . ܗ̄ܘ . ܒܣܡܐ ܒܣܝܡܐ ܘܠܡܦܐܕܐ .
ܘܠܒܘ̈ܫܐ ܐܘ ܟܘܣܝܬܐ ܝܩܝܪܬܐ ܠܨܒܬܗ ܀

omnes oves Cedar congregabuntur ad te ; arietes Nabuoth servient tibi. Hæ sunt oblationes gentium, quas acceperunt Hebræi in compensationem injuriæ sibi illatæ et spoliorum ipsis ereptorum, quando in captivitatem abducti sunt, sicut compensationem sumpserant quando egressi sunt ex Ægypto. Apparet autem hæc etiam respicere Ecclesiam, quum ex omnibus partibus populi veniant ad eam venerandam portantes oblationes reconciliationis, non solum oblationes spirituales confessionis et voluntatis, sed etiam hæc typica piacularia : incensum suave, lampades, et vestes seu indumenta pretiosa ad ornamentum ejus

ܘܒܝܬܐ ܕܬܫܒܘܚܬܝ ܐܫܒܚ . ܗ̄ܘ ، ܕܫܘܒܚܐ
ܡܝ̈ܬܪ ܐܚܪܝܐ ܡܢ ܩܕܡܝܐ . ܗܕܐ ܐܦ ܠܥܕܬܐ
ܦܐܝܐ . ܗܝ ܗܝ ܓܝܪ ܫܪܝܪܐܝܬ ܒܝܬܐ
ܕܬܫܒܘܚܬܗ ܕܐܠܗܐ ܀

7. *Et domum gloriæ meæ gloriosam reddam.* Quod gloria novissima præstabit gloriæ primæ hoc etiam Ecclesiæ convenit. Ipsa quippe vere domus est gloriæ Dei.

ܡܢ ܐܢܘܢ ܗܠܝܢ ܕܐܝܟ ܥܢܢܐ ܦܪܚܝܢ . ܗܘ .
ܟܕ ܕܝܢ ܚܙܐ ܢܒܝܐ ܒܓܠܝܢܗ . ܠܪܒܘܬܗܘܢ
ܘܠܫܘܒܚܗܘܢ . ܕܬܝܒܝܢ ܘܡܬܦܢܝܢ ܐܡܪ ، ܡܢ
ܐܢܘܢ ܗܠܝܢ ܕܐܝܟ ܥܢܢܐ ܦܪܚܝܢ ܘܐܝܟ ܝܘܢܐ
ܠܟܘܘܝܗܘܢ . ܥܢܢܐ ܕܝܢ ܘܝܘܢܐ ܠܙܕܝܩܐ ܘܙܕܝܩܬܐ
ܡܫܡܗ . ܟܘܐ ܕܝܢ ܠܒܝܬ ܓܘܣܐ ܪܡܙܝ ܀

8. *Qui sunt isti qui ut nubes volant ?* Videns propheta per revelationem majestatem et gloriam eorum qui convertuntur dixit : *Qui sunt isti qui ut nubes volant et ut columbæ ad fenestras suas ?* Nubes et columbas justos et justas appellat. Fenestræ autem domum refugii repræsentant.

ܡܛܠ ܕܠܝ ܢܣܟܘܢ ܓܙܪ̈ܬܐ . ܘܐܠܦܐ ܕܬܪܫܝܫ
ܐܝܟ ܕܒܩܕܡܝܬܐ ܀ ܐܦܢ ܩܪܝܢܐ ܗܢܐ ܠܟܢܘܫܬܐ
ܟܠ ܒܐܪܙܐ . ܕܐܬܦܢܝܬ ܡܢ ܬܪܫܝܫ
ܒܬܪ ܡܦܘܠܬܗ ܕܓܘܓ . ܐܝܟ ܕܐܬܦܢܝܘ
ܒܩܕܡܝܬܐ ܟܕ ܣܠܩܝܢ ܡܢ ܒܒܠ . ܐܠܐ ܠܘܬ
ܥܕܬܐ ܗܘ ܦܘܠܚܢܐ ܗܢܐ : ܠܘܬ ܕܪ̈ܚܝܩܝܢ
ܗܘܘ ܡܢ ܐܠܗܐ ܀

9. *Quia me expectabunt insulæ et naves Tharsis, ut ab initio.* Etsi hæc lectio synagogæ mystice conveniat quæ rediit e Tharsis post ruinam Gog, sicut redierat primum quando ascendebant e Babylone. Tamen Ecclesiam respicit quia gentes a Deo procul aberant.

ܢܦܬܚܘܢ ܬܪ̈ܥܝܟܝ ܐܡܝܢܐܝܬ ܒܐܝܡܡܐ ܘܒܠܠܝܐ
ܘܠܐ ܢܬܐܚܕܘܢ. ܗܘ. ܠܨܠܘܬܐ ܕܒܟܠ ܙܒܢ܀

ܘܢܐܬܘܢ ܠܘܬܟܝ ܟܕ ܡܬܟܟܝܢ ܒ̈ܢܝ
ܡܡܟܟܢܝܟܝ܀ ܗܢܐ. ܥܠ ܒ̈ܢܝ ܪ̈ܕܘܦܐ
ܕܡܬܬܝܒܝܢ ܘܗܘܝܢ ܣܓܘ̈ܕܐ ܐܡܪ܀

ܚܠܦ ܕܗܘܝܬܝ ܫܒܝܩܬܐ ܘܣܢܝܬܐ ܡܢ ܐܠܗܐ
ܡܢ ܟܕ ܐܬܒܢܝ ܡܓܕܠܐ ܘܠܗܠ܀ ܐܣܝܡܟܝ ܚܕܘܬܐ
ܠܥܠܡ܀

ܚܠܒܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܬܐܢܩܝܢ. ܗܘ. ܩܘܪ̈ܒܢܝܗܘܢ
ܕܥܡ̈ܡܐ ܬܩܒܠܝܢ܀

ܚܠܦ ܢܚܫܐ ܐܝܬܐ ܕܗܒܐ. ܗܘ. ܕܚܠܦ
ܡܣܬܠܝܬܐ ܘܡܫܬܕ̈ܝܢܬܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܟܘܢ ܟܕ
ܠܦܬܟܪ̈ܐ ܣܓܕܝܢ ܗܘܝܬܘܢ. ܪ̈ܘܚܢܝܬܐ
ܘܫܡܝ̈ܢܝܬܐ ܢܬܝܗܒܢ ܠܟܘܢ ܒܗ̇ ܒܥܕܬܐ܀
ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܠܟܝ ܫܡܫܐ ܠܢܘܗܪܐ ܕܐܝܡܡܐ.
ܗܘ. ܕܠܐ ܬܘܒ ܬܬܟܠܝܢ ܥܠ ܟܘܟ̈ܒܐ
ܕܩܪܝܐ ܗܘܝܬܝ ܠܗܘܢ ܐܠܗ̈ܐ܀

ܘܢܘܗܪܗ ܕܣܗܪܐ ܠܐ ܢܢܗܪ ܠܟܝ. ܡܛܠ
ܕܡܪܝܐ ܢܗܘܐ ܠܟܝ ܢܘܗܪܐ ܠܥܠܡ܀ ܗܠܝܢ
ܢܗܘܝܢ ܠܥܕܬܐ. ܒܝܕ ܢܨܒܬܐ ܕܢܨܒܬ
ܒܫܒܛܐ ܕܝܗܘܕܐ܀

ܙܥܘܪܐ ܢܗܘܐ ܠܐܠܦܐ܀ ܙܥܘܪ̈ܐ ܗܘܘ
ܘܗܘܘ ܠܐܠܦ̈ܐ. ܒܫܘܪܝܐ ܙܥܘܪ̈ܐ ܗܘܘ
ܘܗܘܘ ܒܙܒܢܐ ܩܠܝܠ ܠܥܡܐ ܪܒܐ܀
ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܒܙܒܢܗ ܢܛܪܬܗ ܠܡܒܝܐܘ
ܠܟܠܗܘܢ ܐܒܝ̈ܠܐ. ܚܠܦ ܩܛܡܐ ܡܫܚܐ
ܒܣܝܡܐ. ܚܠܦ ܐܒܠܐ ܬܫܒܘܚܬܐ.
ܘܚܠܦ ܪܘܚܐ ܟܪܝܬܐ. ܢܬܩܪܘܢ ܕܟܪ̈ܐ
ܕܟܐܢܘܬܐ܀ ܗܘ ܗܘ ܡܪܢ ܕܟܪ̈ܐ ܕܢܒܝ̈ܐ
ܕܢܫܠܡ ܐܬܐ ܗܘܐ ܒܚܪܬܐ ܕܙܒܢ̈ܐ.
ܟܕ ܐܒܐ ܢܛܪ ܠܗ ܠܙܒܢܐ ܕܦܘܪܩܢܐ.

11. *Apertæ semper erunt januæ tuæ die noctuque et non claudentur* orationi omni tempore.

14. *Et venient ad te humiliati filii humiliantium te.* Hoc dicit de filiis persecutorum qui sua conversione adoratores efficiuntur.

15. *Pro eo quod fuisti derelicta et exosa* Deo a tempore ædificationis turris et deinceps, faciam te lætissimam in æternum.

16. *Lac gentium suges ;* oblationes gentium accipies.

17. *Pro ære adducam aurum ;* pro rebus contemptibilibus et rejiciendis, quas adorantes idola habebatis, spirituales et cœlestes dabuntur vobis in Ecclesia.

19 *Non erit tibi sol in lucem diurnam.* Non amplius sedebis confisa in astris quæ invocabas ut Deos.

20. *Et lux lunæ non illuminabit te, quia Dominus erit tibi lux in æternum.* Hæc fient Ecclesiæ per *surculum quem plantasti in tribu Judæ.*

22. *Minimus erit in millenos,* pauci erant et facti sunt in millia ; initio pauci erant et brevi tempore facti sunt in populum ingentem. *Ego Dominus ad tempus ejus servavi eum ad consolandos omnes lugentes. Pro cinere unguentum suave, pro luctu amictus laudis et pro spiritu dolente vocabuntur arietes justitiæ.* Significatur Dominum prophetarum ad adimplendos omnes prophetas in fine temporum venturum esse. Illum servat Pater in tempus saluti opportunum. Et

ܠܐܒܝܠܘܬܐ . ܘܠܝܬ ܕܦܪܩ . ܘܟܕ ܦܪܩ
ܐܢܘܢ ܠܥܡܡܐ . ܐܝܟ ܕܡܫܦ̈ܠܐ ܘܡܬܒ̈ܪܐ
ܘܚܝ̈ܒܐ ܒܦܘܠܚܢ ܛܥܝܘܬܐ ܀ ܡܫܚ ܘܐܪܘܚ
ܐܢܘܢ ܒܡܫܚܐ ܡܢܝܚ ܠܠܐܐ . ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ
ܡܫܚܐ ܕܡܫܝܚܘܬܐ . ܘܐܠܒܫ ܐܢܘܢ ܐܣܛܠܐ
ܚܘܪܬܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ . ܘܐܪܘܚ ܠܗܘܢ ܡܢ
ܟܐܒ̈ܝܗܘܢ . ܘܐܩܝܡ ܐܢܘܢ ܕܟܪ̈ܐ ܢܨܝܚܐ
ܒܦܘܠܚܢ ܙܕܝܩܘܬܐ ܀

venit *consolari lugentes* (LXI, 2) nempe justos qui lugebant perditionem mundi ab errore. *Et non est qui salvavit.* Et postquam salvavit gentes quæ quodammodo demissæ, disjectæ et reæ erant cultus falsi, unxit et lenivit eas oleo fessos recreante, quod est oleum unctionis et induit eas stola candida baptismi et recreavit eas a doloribus effecitque arietes cultu justitiæ illustres.

CAPUT LXI.

ܪܘܚܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܥܠܝ . ܕܡܫܚܢܝ
ܠܡܣܒܪܘ ܀ ܗܢܘ ܕܡܫܚܗ ܒܪܘܚܐ
ܕܩܘܕܫܐ . ܕܗܟܢ ܕܐܬܓܫܡ ܘܦܓܪܐ ܐܢܫܝܐ
ܐܬܠܒܫ ܐܡܪ ܕܢܣܒ ܪܘܚܐ ܘܐܬܡܫܚ
ܒܪܘܚܐ . ܟܕ ܚܠܦܝܢ ܗܘ ܢܣܒ ܗܘܐ ܪܘܚܐ
ܘܠܢ ܒܗ ܡܫܚ ܗܘܐ ܀

ܪܘܚܗ ܠܗ ܕܡܪܝܐ ܥܠܝ . ܗܘ ܕܡܢ ܐܒܐ
ܢܦܩ . ܒܐܘܣܝܐ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܒܝ . ܘܡܛܠ
ܡܠܬܐ ܕܐܒܐ ܐܢܐ ܘܡܛܠ ܕܐܬܓܫܡܬ .
ܡܫܝܚܘܬܐ ܢܣܒܬ ܡܕܒܪܢܝܬ ܀ ܪܘܚܗ
ܕܡܪܝܐ ܥܠܝ . ܗܢܘ ܕܡܛܠܗܢ ܡܫܚܢܝ ܡܪܝܐ .
ܠܡܣܒܪܘ ܠܡܣܟ̈ܢܐ ܫܕܪܢܝ . ܠܗܢܘܢ ܓܝܪ
ܕܚܣܝܪܐ ܕܐܠܗܐ ܡܣܟܢܝܢ ܘܒܚܛ̈ܗܐ ܥܬܝܪ̈ܐ
ܡܟܪܙ ܗܘܐ ܟܕ ܐܡܪ . ܬܘܒܘ ܩܪܒܬ ܠܗ
ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ . ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܠܬܒܝܪ̈ܝ ܠܒܐ
ܐܣܝ . ܘܠܫܒܝ̈ܐ ܐܟܪܙ ܫܘܒܩܢܐ . ܟܕ
ܐܣܪܗ ܠܚܣܝܢܐ ܘܦܪܩ ܠܢ . ܘܠܣܡ̈ܝܐ
ܚܙܝܐ ܝܗܒ . ܟܕ ܕܝܢ ܠܗܢܘܢ ܕܒܚܫܘܟܐ

CAPUT LXI.

1. *Spiritus Domini Dei super me, eo quod unxit me ad evangelizandum,* i. e. unxit eum Deus Spiritu sancto. Etenim incarnatus et corpore humano indutus dicitur accepisse Spiritum et unctum esse Spiritu, quum pro nobis Spiritum acceperit et illo nos unxerit.

1. *Spiritus Domini super me,* ille Spiritus qui a Patre procedit et sua essentia est in me qui Verbum et Filius Patris sum et propter meam incarnationem unctionem accepi œconomiæ. *Spiritus Domini super me. Propterea quod unxit me Dominus, ad evangelizandum pauperibus misit me.* Iis enim qui scientia Dei egebant et peccatis divites erant prædicabat dicens : *Pœnitentiam agite, appropinquavit regnum Dei*[1]. Sic etiam confractos corde sanavit et captivis prædicavit dimissionem quando alligavit Fortem et liberavit nos. Et cæcis visum largitus

[1] *Matth.* IV, 17.

ܘܠܐ ܝܕܥܬܐ ܘܒܛܠܠܐ ܕܡܘܬܐ ܝܬܒܝܢ ܀

ܘܦܫܝܛܐܝܬ ܠܡܐܡܪ . ܕܐܟܪܙ ܫܢܬܐ ܡܩܒܠܬܐ
ܘܪܓܝܓܬܐ ܠܡܪܝܐ . ܗܝ ܕܒܗ ܕܟܠܗܝܢ ܒܚܕܐܝܬ
ܛܒܬܐ ܘܡܥܠܝܬܐ ܡܠܝܐ ܀ ܠܡܣܒܪܘ
ܠܡܣܟܢܐ . ܗ̄ . ܠܡܟܝܟܐ ܪܘܡܪܡܐ ܀
ܘܐܐܣܘܐ ܠܬܒܝܪܝ ܠܒܐ . ܗ̄ . ܒܫܘܒܩܢܐ ܀
ܐܟܪܙ ܚܐܪܘܬܐ ܠܫܒܝܐ . ܗ̄ . ܚܐܪܘܬܐ ܠܐܝܠܝܢ
ܕܫܒܝܢ ܒܚܛܝܬܐ ܀ ܘܫܪܝܐ ܠܐܣܝܪܐ : ܠܐܝܠܝܢ
ܕܐܣܝܪܝܢ ܒܥܝܕܐ ܒܝܫܐ . ܘܐܟܪܙ ܫܢܬܐ ܪܓܝܓܬܐ
ܠܡܪܝܐ ܀ ܗܘ ܗܘ ܕܒܬܪ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܢܦܩ
ܠܡܐܣܝܘ ܘܠܡܟܪܙܘ ܣܒܪܬܐ ܚܕܬܐ
ܘܠܡܒܝܐܘ ܠܐܒܝܠܐ ܀ ܗ̄ . ܒܝܕ ܡܘܠܟܢܘܗܝ
ܫܡܝܢܐ ܀

est quando velut Oriens ortus est iis qui in tenebris ignorantiæ et in umbra mortis sedebant.

2. Ad loquendum simpliciter: *ut proclamem annum acceptabilem et jucundum Domino*, scilicet annum omnium conjunctim bonorum et virtutibus plenum. *Ad evangelizandum pauperibus*, humilibus nempe exaltationem. *Et consolidem confractos corde* per condonationem. *Proclamem libertatem captivis*, libertatem iis qui captivi sunt in peccato. *Et solutionem in carcere detentis*, iis qui vinculis pravarum consuetudinum detinentur. *Et proclamem annum jucundum Domino*. Significat Messiam post baptismum egressurum esse ad sanandum et prædicandum novam Evangelii doctrinam et ad lugentes consolandos per promissiones cœlestes.

ܘܐܢܬܘܢ ܟܗܢܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܬܬܩܪܘܢ ܀
ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܐܠܗܐ . ܗܕܐ ܥܠ ܕܒܛܠܬ ܗܘܬ
ܟܘܡܪܘܬܗܘܢ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ ܐܡܪ . ܐܬܚܙܝܬ
ܕܝܢ ܕܐܬܐ ܥܠ ܥܕܬܐ ܕܡܢ ܥܡܡܐ . ܗܝ
ܕܡܢ ܒܬܪ ܕܐܬܓܫܡ ܘܐܬܡܫܚ ܡܕܒܪܢܐܝܬ
ܒܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܒܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܒܝܘܪܕܢܢ : ܘܐܣܝ
ܠܟܪܝܗܐ ܘܚܝܠ ܠܬܒܝܪܝ ܠܒܐ ܘܟܪܙ ܚܐܪܘܬܐ
ܘܝܗܒ ܫܘܒܩܢܐ . ܐܩܝܡ ܒܗ ܒܥܕܬܐ ܕܡܢ
ܥܡܡܐ ܗܢܘܢ ܕܦܪܩ ܟܗܢܐ ܘܪܒ ܒܬܐ .
ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ . ܕܐܢܬܘܢ ܬܬܩܪܘܢ ܟܗܢܘܗܝ
ܕܡܪܝܐ ܀ ܢܟܣܝܗܘܢ ܕܥܡܡܐ ܬܐܟܠܘܢ . ܗ̄ .
ܩܘܪܒܢܝܗܘܢ ܘܕܒܚܝܗܘܢ ܀

6. *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini et ministri Dei.* Hoc dicit quia cessaverat sacerdotium eorum per septuaginta annos. Convenit autem Ecclesiæ e gentibus collectæ, quia, postquam incarnatus est et providentialiter Spiritu sancto unctus est in baptismo in Jordane ægrotosque sanavit et contritos corde confortavit ac libertatem prædicavit atque remissionem peccatorum largitus est, constituit intra Ecclesiam e gentibus quas salvavit collectam sacerdotes et œconomos et dixit ad eos: vos vocabimini: sacerdotes Domini. *Opes gentium comedetis,* oblationes eorum et sacrificia.

ܝܘܪܬܢܐ ܬܢܝܢܐ ܬܐܪܬܘܢ ܒܐܪܥܐ . ܗ̄ . ܚܠܦ

7. *Duplicem hæreditatem possi-*

ܣܚܦܢܘܢ ܘܟܘܢܦܝܐ ܕܒܦܬܟܖ̈ܐ. ܥܦܝܦܬܐ
ܝܪܬܘܬܐ ܬܐܪܬܘܢ ܒܐܪܥܐ ܀ ܘܒܦܠܓܘܬܗܘܢ
ܬܫܬܒܗܪܘܢ. ܦ̄. ܫܠܡܐ ܢܗܘܘܢ ܘܠܐ
ܢܬܦܠܓܘܢ ܠܬܪܝܢ ܥܡ̈ܡܝܢ ܐܝܟ ܒܝܘ̈ܡܝ
ܪܚܒܥܡ ܘܝܘܪܒܥܡ ܀

ܡܬܒܣܡܘ ܐܬܒܣܡ ܒܡܪܝܐ ܀ ܗܕܐ ܥܠ
ܥܕܬܐ ܐܡܪ ܕܡܬܒܣܡܐ ܒܡܪܝܐ ܀ ܒܘܣܡܐ
ܕܝܢ ܕܒܡܪܝܐ ܕܐܬܝܗܒ ܠܥܕܬܐ ܐܪܙܐ ܦܓܪܗ
ܩܕܝܫܐ ܐܝܬܘܗܝ ܀ ܘܬܪܘܙ ܢܦܫܝ ܒܐܠܗܐ.
ܗܘܝܘ ܗܢܘ ܗܘ ܕܗܘܐ ܠܥܕܬܗ ܕܝܠܗ ܡܬܦܨܚܢܘܬܐ
ܘܒܘܣܡܐ ܘܚܕܘܬܐ ܕܪܘܚ ܀ ܘܪܘܙܐ ܥܕܬܐ ܒܐܠܗܗ.
ܦ̄. ܗܘܐ. ܕܐܠܒܫܢܝ ܠܒܘܫܐ ܕܦܘܪܩܢܐ.
ܗܢܘ ܕܐܠܒܫܗ ܐܣܛܠܐ ܕܫܘܒܚܐ.
ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ. ܗܝ ܓܝܪ ܫܪܝܪܐ ܠܒܘܫܐ
ܕܦܘܪܩܢܐ. ܘܐܣܛܠܐ ܚܘܪܬܐ ܕܫܘܒܚܐ ܀
ܘܥܒܕܢܝ ܐܝܟ ܚܬܢܐ ܡܫܒܚܐ. ܦ̄. ܕܝܢ .
ܒܫܘܒܩܢܐ ܀ ܘܐܝܟ ܟܠܬܐ ܡܨܒܬܐ.
ܟܠܬܐ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗ ܥܕܬܐ ܕܡܨܒܬܐ ܒܫܘܦܪܐ
ܕܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ. ܘܨܒ̈ܬܐ ܐܝܠܝܢ ܕܨ̈ܒܬܐ
ܕܡܨܒܬܝܢ ܠܗ ܠܥܕܬܐ ܗܠܝܢ. ܕܟܝܘܬܐ.
ܘܟܐܢܘܬܐ. ܘܩܕܝܫܘܬܐ. ܢܟܦܘܬܐ.
ܒܣܝܡܘܬܐ. ܠܐ ܦܪܨܘܦܘܬܐ. ܡܟܝܟܘܬܐ.
ܡܚܒܘܬܐ. ܡܪܚܡܢܘܬܐ. ܘܐܝܟ ܗܠܝܢ
ܕܕܡܝܢ ܀

ܘܐܝܟ ܐܪܥܐ ܕܡܦܩܐ ܨܡܚܐ. ܗܘ. ܨܡܚܐ
ܕܠܐ ܙܪܥ ܒܗ. ܠܥܡܐ ܗܘ ܕܝܢ ܕܢܡܘܣܐ
ܨܝܪ ܗܘܐ ܒܓܢܬܐ. ܘܠܥܡ̈ܡܐ ܕܠܐ ܢܡܘܣܐ
ܒܐܪܥܐ ܕܡܦܩܐ ܨܡܚܐ ܀ ܗܟܢܐ ܢܦܩ ܡܪܝܐ
ܙܕܝܩܘܬܐ ܩܕܡ ܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܀ ܙܕܝܩܘܬܐ
ܕܐܡܪ ܕܡܦܩܐ ܡܢ ܩܕܡ ܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ.
ܣܒܪܬܐ ܚܕܬܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܐܬܟܪܙ ܠܟܠܗܘܢ

debunt in terra. Pro ignominia vestra et pudore in (colendis) *figmentis* duplicem *hæreditatem possidebitis in terra De portione eorum gloriabimini.* Concordes erunt et non dividentur in duos populos ut in diebus Roboam et Jeroboam.

10. *Valde delectabor in Domino.* Hoc dicit de Ecclesia quæ delectatur in Domino. Delectamentum autem in Domino Ecclesiæ datum sacramentum est sancti ejus corporis. *Et exultabit anima mea in Deo.* Hoc ipsum est quod Ecclesiæ ejus contigit, exultatio scilicet, oblectamentum et lætitia spiritus. Exultat Ecclesia in Deo suo, quia *induit me vestimento salutis*, id est stola gloriæ baptismi; illa quippe est verum salutis vestimentum et candida gloriæ stola. *Et fecit me tanquam sponsum gloriosum* per absolutionem. *Et tanquam sponsam ornatam.* Sponsa Ecclesia est quæ exornata est pulchritudine omnium populorum. Ornamenta autem quæ Ecclesiam exornant sunt hæc : puritas, innocentia, sanctitas, honestas, jucunditas, mansuetudo, pacis amor, humilitas, misericordia et his similia.

11. *Et sicut terra producens plantam,* plantam scilicet in ea absque semine productam. Populum autem legis figuravit per hortum, populos vero absque lege per terram plantas producentem. *Ita producet Dominus justitiam coram omnibus populis.* Justitia quam dicit produci coram omnibus populis nova est annuntiatio Evangelii

ܠܥܡ̈ܡܐ ܀ ܙܠܘ ܠܟܘܢ ܬܠܡܕܘ ܘܐܥܡܕܘ
ܠܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܀

CAPUT LXII.

ܘܢܬܩܪܐ ܠܟܝ ܫܡܐ ܚܕܬܐ . ܗ̄ . ܥܕܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܀ ܕܦܘܡܗ ܕܡܪܝܐ ܢܫܡܝܘܗܝ ܀
ܗܘ ܗܘ ܕܥܠ ܗܕܐ ܟܐܦܐ ܐܒܢܝܗ̇ ܠܥܕܬܝ .
ܘܡܘܟܠܐ ܕܫܝܘܠ ܠܐ ܢܚܣܢܘܢܗ̇ ܀

ܘܠܘܬ ܠܐ ܬܬܩܪܝܢ ܫܒܝܩܬܐ ܀ ܘܐܪܥܟܝ ܠܐ
ܬܬܩܪܐ ܨܕܝܬܐ . ܗ̄ . ܠܫܒܩܘܬ ܕܠܐ ܬܘܒ
ܡܫܬܒܩܐ . ܡܛܠ ܕܒܢ̈ܝ ܨܒܝܢܐ ܥܠܝܐ ܒܟܠ
ܙܒܢ̈ܝܢ ܗܘܬ ܦܪܝܐ ܘܠܐ ܨܕܝܢ ܡܫܟܢ̈ܘܗ̇ ܀
ܡܛܠ ܕܨܒܐ ܒܟܝ ܡܪܝܐ . ܐܠܐ ܬܬܩܪܝܢ
ܨܒܝܢܝ ܀ ܗ̄ . ܕܨܒܐ ܒܟܝ ܡܪܝܐ ܀ ܗܘ
ܕܡܗܦܟ ܗܘܐ ܠܗ ܐܦ̈ܘܗܝ ܡܢܟܝ ܀
ܘܐܪܥܟܝ ܠܬܒܥܠܐ . ܗ̄ . ܐܪܥܟܝ ܕܨܕܝܐ .
ܡܟܝܠ ܠܬܒܥܠܐ ܀

ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܥܠܝܡܐ ܠܒܬܘܠܬܐ ܕܡܟܠ
ܢܬܒܥܘܢܟܝ ܒܢ̈ܝܟܝ ܀ ܒܢ̈ܝܐ ܕܥܕܬܐ ܠܫܠܝ̈ܚܐ
ܘܟܗ̈ܢܐ ܘܙܕ̈ܝܩܐ ܡܫܡܗ . ܗܢܘܢ ܕܩܝܡܝܢ
ܪܫܐ ܠܦܓܪܗ̇ ܕܥܕܬܐ ܐܝܟ ܒܥܠܐ ܪܫܐ
ܐܢܬܬܐ . ܗܢܘܢ ܒܥܠܝܢ ܠܗ̇ ܠܥܕܬܐ
ܒܡܠܦܢܘܬܗܘܢ . ܘܡܛܠ ܐܦ ܡܘܠܕܝܢ
ܠܗ̇ ܒܢ̈ܝܐ ܪ̈ܘܚܢܐ . ܐܡܪ ܓܝܪ ܕܘܝܕ ܡܛܠ
ܥܕܬܐ ܘܡܛܠ ܫܠܝ̈ܚܐ ܕܚܠܦ ܐܒܗ̈ܬܟܝ
ܠܥܡ̈ܡܐ ܛܥ̈ܝܐ . ܢܗܘܘܢ ܠܟܝ ܒܢ̈ܝܟܝ .
ܗ̄ . ܫܠܝ̈ܚܐ . ܘܠܘܬ ܡܪܝܐ ܐܗܦܟ ܡܠܬܐ
ܪܘܚܐ ܡܙܡܪܢܝܬܐ . ܡܛܠܬܗܘܢ ܕܫܠܝ̈ܚܐ ܒܢ̈ܝܗ̇
ܕܥܕܬܐ . ܕܥܒܕ ܐܢܘܢ ܫܠܝ̈ܛܐ ܒܟܠܗ̇ ܐܪܥܐ .
ܕܢܥܒܪ ܫܡܟ ܒܐܪ̈ܥܬܗܘܢ ܟܠ ܕܪ ܘܕܪ ܀

[1] Matth. XXVIII, 19.
[2] *Matth.* XVI, 18.

quod omnibus populis annuntiatum fuit: juxta illud: *Ite, docete et baptizate omnes gentes*[1].

CAPUT LXII.

2. *Et vocaberis nomine novo* Ecclesia sancta. *Quod* (nomen) *os Domini imponet*, dicens: *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam et vectes inferni non superabunt eam*[2].

4. *Et non vocaberis amplius « Repudiata, » et terra tua non vocabitur deserta.* Non amplius « Repudiata » quia filios voluntatis supernæ omni tempore producet et deserta non erunt palatia ejus. *Quia Dominus sibi in te complacet. Sed vocaberis Voluntas mea,* quia sibi in te complacuit Dominus, cujus facies a te aversa erat. *Et terra tua Maritata*, terra tua quæ deserta erat ex nunc maritata erit.

5. *Quia sicut adolescens virginem uxorem ducit*, ita *filii tui te requirent*. Filios Ecclesiæ apostolos, sacerdotes et justos appellat, qui constituunt caput corporis Ecclesiæ sicut maritus caput est mulieris. Hi velut mariti sunt Ecclesiæ per doctrinam suam et constanter ei filios spirituales generant. Dixit enim David de Ecclesia et apostolis: *Pro*[3] *Patribus tuis* populi errantes. *Erunt tibi filii tui* seu apostoli. Et ad Dominum convertens sermonem spiritus psalmistæ de apostolis Ecclesiæ filiis ait: *Fac eos principes super omnem*

[3] In cod. ܚܠܦ

ܘܐܝܟ ܕܚܕܐ ܚܬܢܐ ܒܟܠܬܐ . ܗܟܢܐ ܚܕܐ ܡܪܝܐ ܒܟܝ . ܗܘ . ܒܡܬܦܢܝܢܟܝ ܀

terram, *ut prædicetur per eos nomen meum in generationem et generationem*[1]. *Et quemadmodum sponsus oblectatur sponsa, ita te oblectabitur Dominus,* propter conversionem tuam.

ܥܠ ܫܘܪܝܟܝ ܐܘܪܫܠܡ ܐܩܝܡܬ ܢܛܘܪܐ ܀ ܕܐܘܪܫܠܡ ܗܕܐ ܕܒܢܝ ܝܣܪܝܠ ܀ ܢܒܝܐ ܘܙܕܝܩܐ ܗܘܘ ܢܛܘܪܐ . ܕܐܘܪܫܠܡ ܕܝܢ ܡܬܝܕܥܢܝܬܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ : ܪܫܐ ܟܘܡܪܐ ܘܟܘܡܪܐ ܐܬܬܩܝܡܘ ܢܛܘܪܝܗ ܘܡܕܒܪܢܝܗ ܡܢ ܐܠܗܐ ܀

6. *Super muros tuos Jerusalem constitui custodes.* Istius Jerusalem populi Israelitici custodes fuerunt prophetæ et justi, Jerusalem autem spiritualis seu Ecclesiæ sanctæ custodes et rectores a Deo constituti sunt summi sacerdotes et sacerdotes.

ܠܐ ܢܫܬܩܘܢ ܘܠܐ ܢܫܠܘܢ ܡܥܗܕܢܐ ܥܕܡܐ ܕܢܩܝܡܘܢܟܝ . ܗܘ . ܥܠ ܗܢܐ ܕܒܟܠ ܙܒܢ ܡܬܟܫܦܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܦܘܪܩܢܗ . ܘܗܠܝܢ ܥܠ ܦܘܢܝܐ ܗܘ ܕܥܡܐ ܚܝܪܝܢ ܀

ܥܒܪܘ ܥܒܪܘ ܦܢܘ ܐܘܪܚܐ ܠܥܡܐ . ܕܪܫܘ ܫܒܝܠܐ ܘܓܒܘ ܟܐܦܐ . ܗܘ . ܦܘܪܥܢܘܬܐ ܗܝ ܕܐܕܘܡܝܐ . ܥܠ ܕܐܡܪܘ ܥܪܘ ܥܪܘ ܥܕܡܐ ܠܫܬܐܣܬܗ . ܚܝܪ ܕܝܢ ܐܦ ܗܢܐ ܠܡܕܒܪܢܐ ܕܥܕܬܐ ܕܐܬܗܝܡܢܘ ܡܠܬܐ ܕܚܝܐ . ܕܦܩܕܐ ܠܗܘܢ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܠܡܚܘܝܘ ܠܥܡܐ ܐܘܪܚܐ ܕܫܪܪܐ . ܘܢܕܪܫܘܢ ܫܒܝܠܐ ܕܦܘܪܩܢܐ . ܘܢܫܪܘܢ ܘܢܕܥܟܘܢ ܟܠ ܡܠܬܐ ܕܬܘܩܠܬܐ ܘܕܘܠܚܐ ܀

7. *Non tacebunt neque silebunt commemoratores*[2] *donec stabiliat te.* Etenim omni tempore deprecabantur pro Israelis liberatione. Hæc igitur reditum populi respiciunt.

10. *Transite, transite, restituite viam populo, terite semitas, purgate lapides.* Retributio est Edomitarum eo quod dixerint : *Nudate, nudate, usque ad fundamentum in ea*[3]. Respicit etiam hic locus præpositos Ecclesiæ quibus creditum est verbum salutis, quia verbum Dei eis mandat ut ostendant populo viam veritatis, ut terant semitas salutis, solvant et extinguant omne verbum scandali et perturbationis.

CAPUT LXIII.

ܡܢܘ ܗܢܐ ܕܐܬܐ ܡܢ ܐܕܘܡ ܀ ܡܫܐܠ ܠܗ ܠܢܦܫܗ ܘܗܘ ܦܢܐ ܠܗ . ܘܐܡܪ ܀ ܐܢܐ ܡܡܠܠ ܐܢܐ ܙܕܝܩܘܬܐ . ܗܘ . ܘܡܢܐ ܗܝ ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܡܡܠܠ ܐܢܬ ܀ ܕܦܫܛ ܠܟܠܗ

1. *Quis est iste qui venit de Edom ?* Interrogat semetipsum et sibi respondet dicens : *Ego loquor justitiam.* Et quænam est, Domine, justitia quam loqueris? *Cal-*

[1] *Psal.* XLIV, 17-18.
[2] Cod. ܡܥܗܕܢܐ
[3] *Psalm.* CXXXVI, 7.

ܒܪܘܓܙܝ. ܦ. ܡܛܠ ܕܐܬܥܠܝܘ ܥܠ ܥܡ̈ܡܐ
ܒܙܒܢ ܪܘܓܙܝ ܀

ܡܥܨܪܬܐ ܕܫܬ ܒܠܚܘܕܝ. ܘܐܢܫ ܡܢ ܥܡ̈ܡܐ
ܠܝܬ ܥܡܝ. ܦ. ܡܛܠ ܕܐܝܣܪܝܠ ܗܘ
ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܚܪܒ ܐܢܘܢ ܒܬܪ ܦܘܢܝܐ ܀

ܡܛܠ ܕܝܘܡܐ ܕܬܒܥܬܐ. ܦ. ܕܗܘܐ ܒܒܢ̈ܝ
ܐܕܘܡ ܒܠܒܝ ܣܝܡܐ ܀ ܘܝܘܡܐ ܕܦܘܪܩܢܐ.
ܦ. ܦܘܪܩܢܐ ܕܗܘܐ ܠܥܡܝ ܡܛܐ ܠܗ ܀

ܚܪܬ ܒܝܪ ܘܠܝܬ ܕܡܥܕܪ. ܦ. ܚܪܬ ܒܝܪ
ܒܐܕܘܡܝܐ ܕܕܡܐ ܐܝܬ ܒܗܘܢ ܚܐܪܐ ܕܢܬܚܢܢܘܢ
ܒܟܠܗܘܢ. ܘܠܐ ܐܫܬܟܚ ܒܗܘܢ ܕܡܥܕܪ ܀

ܘܕܫܬ ܐܢܘܢ ܒܪܘܓܙܝ. ܘܕܘܫܬ ܐܢܘܢ
ܒܚܡܬܝ. ܘܐܚܬܬ ܠܐܪܥܐ ܠܥܫܝܢܘܬܗܘܢ ܀ ܗܢܘ
ܗܘ ܕܐܢ ܬܬܪܝܡ ܘܒܝܢܬ ܟܘܟ̈ܒܐ ܬܣܝܡ
ܩܢܟ ܡܢ ܬܡܢ ܐܚܬܟ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܀

ܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܝܐ ܐܬܕܟܪ ܀ ܡܬܡܠܠܐ ܡܘܕܝܬܐ
ܛܝܒܘܬܐ ܕܥܠ ܩܕܡܝܬܐ. ܦ. ܛܝܒܘܬܗ
ܕܡܪܝܐ ܐܬܕܟܪ. ܗܕܐ ܠܡܘܡܠܠ ܗܝ ܕܥܠ
ܡܛܠ ܐܛܥܝܬܢ ܡܪܝܐ ܡܢ ܐܘܪܚܟ. ܕܐܬܡܠܝܘ
ܟܘܣܝܐ ܕܥܠ ܐܚܪ̈ܝܬܐ ܀

ܘܡܠܐܟܐ ܕܐܦܘܗܝ ܦܪܩ ܐܢܘܢ. ܦ. ܒܟܠܗ
ܕܒܟܠ ܚܛܗܝܗܘܢ ܠܐ ܬܒܥ ܐܢܘܢ. ܡܛܠ
ܡܘܫܐ ܕܥܒܕ ܒܐܦܘܗܝ ܕܠܐ ܢܘܒܕ ܐܢܘܢ ܀
ܘܐܪܝܡ ܐܢܘܢ ܘܢܛܠ ܐܢܘܢ ܒܟܠܗܘܢ ܝܘܡ̈ܬܗ
ܕܥܠܡܐ. ܦ. ܒܝܕ ܢܨܚܢܐ ܕܒܐܝܕ ܐܝܟ ܒܝܕ
ܢܒܝ̈ܐ ܗܘܝܢ ܗܘܘ ܠܗܘܢ ܀

ܘܗܢܘܢ ܡܪܡܪܘ ܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܝܠܗ.

cavi populos in ira mea[1]; etenim extulerunt se contra gentes tempore iræ meæ.

3. *Torcular calcavi solus et nemo ex populis aderat mihi;* Israel quippe solus vastavit Edomitas post reversionem.

4. *Quia dies ultionis,* quæ fiet in Edomitas, *in corde meo repositus est. Et dies salutis:* salus populo meo futura advenit.

5. *Respexi et nemo erat qui adjuvaret;* respexi in Edomitas quia sanguis nobilis erat in eis, respexi ut misericordiam sibi quærerent et in eis nemo inventus est qui adjuvaret.

6. *Et calcavi eos in ira mea,* et afflixi eos in furore meo, et *in terram dejeci robur eorum;* idem est ac illud : *Si te extuleris et inter stellas posueris nidum tuum, exinde te dejiciam, ait Dominus*[2].

7. *Gratiam Domini memorabo;* gratiarum igitur actio pro prioribus beneficiis significatur per « gratiam Domini memorabo. » E contra verba « *Quare avertisti me, Domine, a via tua*[3], reprehensionem continent de novissimis.

9. *Angelus faciei ejus salvavit eos.* In omnibus Israelitarum peccatis, ultionem de illis non sumpsit Deus propter Moysen qui in conspectu ejus egit ut non perderet eos. *Et extulit eos et evexit eos cunctis diebus sæculi,* per facinora præclara quæ identidem per prophetas contingebant illis.

10. *Et ipsi exasperaverunt ejus*

[1] Infra vers. 6.
[2] *Abdias* 4.
[3] Infra vers. 17.

ܗ̄ . ܗܘ ܕܒܗܘܢ ܒܢܒܝܐ ܡܠܠ ܗܘܐ ܀

Spiritum sanctum, qui eis per prophetas loquebatur.

ܘܐܬܕܟܪ ܝܘܡܬܐ ܕܥܠܡ ܕܡܘܫܐ ܥܒܕܗ . ܟܕ ܐܣܩܗ ܗܘܐ ܡܢ ܝܡܐ ܠܪܥܝܐ ܕܥܢܗ . ܡܕܒܪ ܠܝܡܝܢܗ ܕܡܘܫܐ ܕܪܥܐ ܒܫܒܚܐ ܕܡܬܟܣܝܐ ܕܐܠܗܐ ܀

11-12. *Et recordatus est dierum sæculi Moysi servi sui, quando eduxerat e mari pastorem gregis sui, dirigente dextram Moysi abscondito gloriæ Dei brachio.*

ܕܒܪ ܐܢܘܢ ܒܬܗܘܡܐ ܐܝܟ ܣܘܣܝܐ ܒܡܕܒܪܐ ܀

13. *Duxit eos per abyssum sicut equum per desertum.*

ܘܠܐ ܐܬܬܩܠܘ ܐܝܟ ܒܥܝܪܐ ܕܢܚܬܐ ܒܦܩܥܬܐ : ܪܘܚܗ ܕܡܪܝܐ ܕܒܪܐ ܐܢܘܢ . ܗܟܢܐ ܕܒܪܬ ܠܥܡܟ ܡܪܝܐ . ܒܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܕܐܡܪ ܥܠ ܡܦܩܬܐ ܕܒܢܝܗܘܢ . ܕܡܢ ܡܨܪܝܢ ܡܥܗܕ ܠܗ . ܥܠ ܚܝܠܐ ܕܥܒܕ ܒܐܝܕ ܡܘܫܐ ܥܒܕܗ . ܟܕ ܩܪܐ ܠܗ ܪܥܝܐ ܕܥܢܗ . ܘܕܒܝܡܝܢܗ ܦܠܓ ܝܡܐ ܟܕ ܚܘܛܪܐ ܕܡܪܡܙ ܠܨܠܝܒܗ ܕܡܫܝܚܐ . ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܪܥܐ ܒܫܒܚܐ ܕܡܬܟܣܝܐ ܕܐܒܐ ܀

14. *Nec, sicut jumentum in vallem descendens, impegerunt. Spiritus Domini deduxit eos. Sic duxisti populum tuum, Domine.* Hisce omnibus quæ recitat de exitu Israelitarum ex Ægypto mentem revocat ad virtutes ab ipso factas per manum Moysi servi sui, quem pastorem gregis sui vocavit et cujus dextra virgam movente divisit mare. Virga porro præfigurabat crucem Christi qui est brachium absconditum gloriæ Patris.

ܘܡܢ ܕܥܗܕ ܠܗܠܝܢ ܡܥܒܕܬܐ ܕܥܒܕ ܠܐܒܗ̈ܝܗܘܢ ܟܕ ܢܦܩܘ ܡܢ ܡܨܪܝܢ . ܗܦܟ ܢܒܝܐ ܕܢܥܝܪ ܛܢܢܐ ܕܡܪܗ ܟܕ ܐܡܪ . ܐܝܟܘ ܛܢܢܟ ܘܓܢܒܪܘܬܟ . ܕܒܗܘ ܙܒܢܐ ܡܬܚܘܝܐ ܗܘܬ . ܘܪ̈ܚܡܝܟ ܕܥܠ ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܐܬܦܢܝܘ ܠܘܬܢ ܡܢ ܩܕܝܡ . ܐܠܐ ܕܗܫܐ ܐܬܦܢܝܘ ܠܘܬܢ ܘܥܠܝܢ ܀ ܐܢܬ ܗܘ ܐܒܘܢ . ܗ̄ . ܐܒܘܢ ܐܝܟ ܐܒܐ ܕܐܦ ܕܝܠܗܘܢ ܀

15. Postquam autem in mentem revocavit pristina quæ Deus fecit patribus eorum in exitu eorum ex Ægypto, redit propheta ad excitandum zelum Domini sui dicens: *Ubi est zelus tuus et fortitudo tua* quam tunc temporis ostendebas, *et commotio viscerum et miserationum tuarum* in eos qui olim non sunt conversi ad nos sed nunc conversi sunt ad nos et contra nos? *Tu es pater noster,* pater noster sicut et pater eorum.

ܐܒܪܗܡ ܠܐ ܝܕܥܢ . ܘܐܝܣܪܝܠ ܠܐ ܐܫܬܘܕܥܢ . ܗ̄ . ܟܕ ܗܠܝܢ ܕܥܒܕܬ ܠܩܕܡܝܐ . ܕܡܟܝܢ ܗܘܘ ܐܒܗ̈ܝܗܘܢ . ܘܫܬܝܩܝܢ . ܘܐܢܬ ܗܘ

16. *Abraham nescivit nos et Israel nos notos non habuit*[1]*;* quando antiquis hæc fecisti (in Ægypto) jam dormiebant et silebant patres eorum. Sed tu, Domi-

[1] Ita hebræus et Vulgata. Minus recte in Polyglottis londinensibus ܠܐ ܝܕܥܢ vertitur: « nescivimus. »

ne, pater noster es; fecisti hæc eis, *tu es salvator a sæculo.*

17. *Quare, Domine, avertisti me*[1] *a via tua et indurasti cor nostrum ne timeremus te.* Vana rursus accusatio, prædicta quippe fuerat hæc captivitas a Moyse et ab omnibus prophetis.

CAPUT LXIV.

1. *Annon cœlos aperuisti et descendisti* ad nos juvandos? *A conspectu tuo liquefacti sunt montes.* Ægyptios, Amorrhæos et Amalecitas montes vocat propter eorum elationem.

2. *Comburet etiam nunc ignis tuus inimicos tuos.* Et propter ultionem quam præstas nobis *notum fiet nomen tuum inimicis tuis.*

3. *Quando fecisti terribilia non expectavimus te.* Si peccavimus tibi, antiqui quibus miracula fecisti nec ipsi justi fuerunt. *Et nunc fac duo illa in revelatione tua super nos:* nobis salutem et adversariis nostris vindictam.

4. *A sæculo quippe*, i. e. a die quo separasti tibi hunc populum a ceteris. *Nec oculus vidit Deum præter te... qui cum deliciis occurris iis qui faciunt justitiam quique in viis tuis tui memores erunt,* i. e. in miraculis tuis quæ coram illis facta sunt.

5. *Ecce tu iratus es, quia peccavimus tibi... In illis mundus salvabitur,* in miserationibus tuis quas mundo exhibuisti, salvabitur mundus.

[1] Vers. simpl. « avertisti nos, » ut hebræus et vulgata habent. Hoc postulat contextus.

ܗܘܝܢ ܐܝܟ ܛܡܐܐ ܟܠܢ ܀ ܗܕܐ ܨܠܘܬܐ ܗܝ
ܕܥܠܝܗܘܢ. ܢܦܠܢ ܐܝܟ ܛܪܦܐ ܟܠܢ.
ܗܢܘ. ܒܪ ܕܪ ܕܡܫܬܒܝܢ ܗܘܘ ܀

ܘܠܝܬ ܕܩܪܐ ܒܫܡܝ. ܗ̄. ܕܠܦܬܟܪܐ
ܣܓܕܝܢ ܗܘܘ. ܘܥܘܗܕܢܐ ܕܫܡܟ ܠܐ ܥܒܕܝܢ
ܗܘܘ ܀ ܘܠܝܬ ܕܡܕܟܪ ܠܡܬܬܟܠܘ ܒܟ.
ܗ̄. ܕܟܠܗ ܬܘܟܠܢܗܘܢ ܗܘ ܕܦܬܟܪܐ ܡܣܝܡܝܢ
ܗܘܘ ܀

6. *Sumus velut impuri omnes.* Hæc est oratio ejus pro eis. *Defluximus ut folia omnes;* nimirum per singulas generationes captivi facti sunt.

7. *Nec est qui invocet nomen meum;* quia idola adorabant, memoriam nominis tui non faciebant. *Et non est qui recordeter firmiter in te confidere;* omnem quippe suam confidentiam in idolis reponebant.

CAPUT LXV.

ܐܬܒܥܝܬ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܫܐܠܘܢܝ ܀ ܗܕܐ
ܒܦܪܨܘܦ ܒܪܐ ܐܡܪܚ ܘܐܡܪ ܐܫܥܝܐ ܠܥܝܢ
ܝܗܘܕܝܐ ܘܠܐ ܕܚܠ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܣܗܕ ܫܠܝܚܐ
ܦܘܠܘܣ ܀ ܘܐܫܬܟܚܬ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܒܥܘܢܝ.
ܗ̄. ܠܥܡܡܐ ܀ ܘܐܡܪܬ ܗܐ ܐܢܐ. ܗ̄. ܕܗܐ
ܐܢܐ ܠܥܡܐ ܕܡܢ ܥܡܡܐ ܕܠܐ ܩܪܐ ܫܡܝ ܀

ܦܫܛܬ ܐܝܕܝ ܝܘܡܐ ܟܠܗ. ܗ̄. ܦܫܛܬ
ܐܝܕܝ ܒܨܠܝܒܐ ܝܘܡܐ ܟܠܗ ܥܠ ܥܡܐ ܕܒܝܬ
ܐܝܣܪܝܠ ܕܠܐ ܡܬܛܦܝܣ ܀ ܥܠ ܥܡܐ ܕܠܐ
ܡܬܛܦܝܣ ܀ ܘܕܡܛܠ ܡܢܐ ܠܐ ܨܒܐ ܐܝܣܪܝܠ
ܕܢܬܛܦܝܣ ܐܡܪ ܕܡܗܠܟܝܢ ܒܬܪ ܡܚܫܒܬܗܘܢ.
ܘܕܫܪܟܐ ܀

ܕܒܚܝܢ ܒܓܢܐ ܘܣܝܡܝܢ ܒܣܡ̈ܐ ܥܠ ܟܐ̈ܦܐ.
ܗ̄. ܐܝܟ ܢܡܘܣܐ ܕܚܪ̈ܫܐ ܀ ܟܐ̈ܦܐ ܠܡܕܒ̈ܚܐ
ܩܪܐ ܕܕܒܚܝܢ ܗܘܘ ܒܢܝܗܘܢ ܠܫܐ̈ܕܐ
܀

ܘܐܡܪܝܢ ܠܐ ܬܬܩܪܒ ܠܝ. ܚܛܗܝܗܘܢ
ܘܚܛܗܐ ܕܐܒܗܬܗܘܢ ܥܦܝܦܐܝܬ ܩܝܡܝܢ ܩܕܡܝ
ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܀ ܗ̄. ܟܡܐ ܕܩܝܡܝܢ ܩܕܡܝ ܘܠܐ

CAPUT LXV.

1. *Quæsitus sum ab eis qui me non quærebant.* Hic in persona filii ausus est Isaias loqui coram Judæis, nec timuit, ut testatus est apostolus Paulus. *Et inventus sum ab his qui non me quæsiverunt,* scilicet a gentibus. *Et dixi: Ecce me;* Ecce me populo e gentibus collecto qui non invocaverat nomen meum.

2. *Expandi manus meas tota die;* i. e. expandi manus meas in cruce tota die super populum Israel inobedientem. *Super populum inobedientem.* Et cur noluit Israel obedire? *Quia,* inquit, *incedunt post cogitationes suas,* etc.

3. *Sacrificant in hortis et ponunt thura super lapides*[1], juxta legem incantatorum. Lapides altaria vocat super quibus offerebant filios suos dæmoniis.

5-7. *Et dicunt: Ne accedas ad me: peccata eorum et peccata patrum eorum, dupliciter stant coram me, ait Dominus;* i. e.

[1] Pro ܟܐ̈ܦܐ codex mendose habet ܒܟ̈ܐܦܐ

ܐܫܠܡ ܒܥܦܐ ܕܚܛܗܝܗܘܢ ܘܕܐܒܗܝܗܘܢ
ܠܥܘܒܗܘܢ ܢܬܦܪܥܘܢ ܡܢܝ ܀ ܥܦܝܦܐܝܬ.
ܗ̄ . ܒܥܘܒܗܘܢ ܐܦܪܘܥ ܐܢܘܢ ܒܥܘܒܐ
ܕܝܠܗܘܢ . ܘܕܐܒܗܝܗܘܢ ܀

scripta sunt coram me et ea non operiam, donec peccata eorum et patrum eorum duplo retribuantur a me. ܥܦܝܦܐܝܬ i. e. dupliciter; in sinu eorum et in sinu eorum patrum retribuam peccata eorum.

ܐܝܟ ܕܡܫܬܟܚ ܛܘܦܬܐ ܒܣܬܘܠܐ . ܘܐܡܪ
ܐܢܫ ܠܐ ܬܚܒܠܝܗ̇ : ܡܛܠ ܕܒܘܪܟܬܐ ܐܝܬ
ܒܗ̇ . ܘܢܗܘܐ ܫܪܘܢ ܕܝܪܐ ܠܥܢܐ . ܘܥܘܡܩܐ
ܕܥܟܘܪ ܠܡܪܒܥܐ ܕܬܘܪ̈ܐ .. ܗ̄ . ܐܦܢ ܓܝܪ ܐܪܙܗ
ܕܗܢܐ ܒܟܐܢܐ ܕܒܝܢܬܗܘܢ ܐܬܪܫܡ ܗܘܐ . ܐܠܐ
ܫܪܪܗ ܒܗܘ ܕܟܣܐ ܘܡܬܛܫܐ ܒܟܐܢܐ ܕܒܝܬ
ܝܗܘܕܐ ܐܬܟܣܝ ܗܘܐ . ܐܬܢܛܪܬ ܓܝܪ ܟܢܘܫܬܐ
ܡܛܠ ܙܕܝܩܐ . ܘܙܕܝܩܐ ܥܡ ܥܡܗܘܢ ܡܛܠ
ܡܫܝܚܐ ܕܡܬܕܒܪ ܗܘܐ ܒܥܡܗܘܢ ܀ ܛܘܦܬܐ
ܕܒܣܬܘܠܐ ܠܙܕܝܩܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܥܡܐ ܪܡܙܐ
ܛܘܦܣܐ . ܘܒܘܪܟܬܐ ܕܒܗ̇ ܠܗܘ ܕܡܠܝܟ
ܗܘܐ ܠܐܒܪܗܡ ܕܡܢܗ ܢܦܩ ܘܡܬܒܪܟܝܢ
ܒܗ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܡܗܝܡܢܐ . ܫܪܘܢ ܕܝܢ
ܛܘܦܣܐ ܗܘ ܕܟܠ ܚܕ ܡܢ ܙܕܝܩܐ ܕܗܘܐ ܣܬܪܐ
ܠܥܡܐ . ܐܝܟ ܡܘܫܐ ܘܐܝܟ ܝܫܘܥ ܘܐܝܟ
ܐܠܝܐ ܘܕܢܝܐܝܠ . ܥܘܡܩܐ ܕܥܟܘܪ ܥܘܡܩܐ
ܗܘ ܕܬܒܥܬܐ . ܕܪ̈ܐܙ ܠܡܫܝܚܐ ܕܝܢܐ ܘܬܒܘܥܐ.
ܕܗܘܝܘ ܕܝܪܐ ܕܥܢܐ ܐܟܚܕܐ ܘܡܪܒܥܐ ܕܬܘܪ̈ܐ ܀
ܥܢܐ ܓܝܪ ܠܥܡܐ ܕܟܠܗ ܪܡܙܐ ܀ ܬܘܪ̈ܐ
ܠܙܕܝܩܐ ܘܟܐܢܐ ܕܒܗܘܢ ܀

5-10. *Sicut reperitur acinus in botru et dicit quis : ne corrumpas illum, quia benedictio est in eo. . Et erit Saron in caula ovium et vallis Achor in cubile boum.* Etsi sacramentum hujusce loci in justis qui inter Israelitas erant præfiguratum fuerit; tamen ejus veritas adimpleta fuit in illo qui occultabatur in justis domus Judæ et per eos traducebatur. Conservata est enim synagoga propter justos, et justi cum eorum populo propter Christum qui per eorum populum traducebatur. Acinus in botru typum exprimebat Justorum qui inerant in populo; benedictio autem quæ in acino erat designabat eum qui Abrahæ promissus erat, qui oriundus erat ex eo et in quo omnes populi credentes benedicendi erant. Saron autem typus est uniuscujusque justi, qui populo protector exstitit: ut Moyses, Josue, Elias, Daniel. Vallis Achor vallis est vindictæ, quæ repræsentat Christum judicem et vindicem, qui est simul caula ovium et cubile boum. Oves totum populum, boves vero ejusdem populi justos et rectos repræsentant.

ܘܡܠܝܬܘܢ ܦܬܘܪܐ ܠܓܕܐ . ܘܡܙܓܬܘܢ
ܠܗ̇ ܡܙ̈ܓܐ . ܘܓ̈ܒܝܬܘܢ ܡܕܡ ܕܠܐ ܨܒܐ ܐܢܐ.
ܗ̄ . ܕܝܢ . ܟܐܐ ܠܗܘܢ ܟܕ ܗܠܟܝܢ . ܒܬܪ
ܣܪܝܩܘܬܐ ܪܕܦܝܢ . ܘܡܕܒܚܝܢ ܗܘܘ

11-12. *Implevistis mensas Fortunæ et miscuistis ei lagenas et elegistis quod mihi displicet.* Hisce verbis reprehendit eos quod currant post vanitatem et immolent

ܘܦܠܚܝܢ ܠܓܕܐ ܘܓܕܐ ܒܛܥܝܘܬܐ ܕܠܒܗܘܢ.
ܘܗܘܐ ܠܗܝܢ ܒܟܠܙܒܢ ܢܟܦܝܢ ܕܥܒܕܝܢ ܕܠܐ ܪܥܐ
ܐܢܐ ܘܠܐ ܡܢܝܚ ܐܢܐ ܒܗܝܢ ܀

ܗܐ ܥܒ̈ܕܝ ܢܐܟܠܘܢ . ܘܐܢܬܘܢ ܬܟܦܢܘܢ . ܗ .
ܥܒ̈ܕܐ ܕܥܡܝ ܢܐܟܠܘܢ ܦܓܪܐ ܚܝܐ . ܘܢܫܬܘܢ
ܣܡܐ ܚܝܐ . ܘܐܢܬܘܢ ܬܬܓܠܙܘܢ ܀

ܘܠܥܒ̈ܕܘܗܝ ܢܩܪܐ ܫܡܐ ܐܚܪܢܐ . ܗ̄ .
ܐܝܣܪܝܠ ܕܐܠܗܐ ܀

ܕܡܬܒܪܟ ܗܘܐ ܒܐܪ̈ܥܢܝܬܐ ܒܐܪܥܐ . ܢܬܒܪܟ
ܒܪ̈ܘܚܢܝܬܐ ܒܐܠܗܐ ܒܪܝܐ ܕܝܠܗ ܐܡܝܢ ܀
ܘܕܝܡܐ ܒܐܪܥܐ ܢܐܡܐ ܒܐܠܗܐ ܒܪܝܐ ܕܝܠܗ
ܐܡܝܢ . ܡܢ ܗܪܟܐ ܗܘ ܢܣܒ ܦܘܠܘܣ ܠܗܝ
ܫܠܝܚܐ . ܠܗܝ ܕܐܡܝܢ ܠܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ
ܐܡܝܢ ܀

ܡܛܠ ܕܗܐ ܐܢܐ ܒܪܐ ܐܢܐ ܫܡܝܐ ܚ̈ܕܬܐ ܘܐܪܥܐ
ܚܕܬܐ . ܗܢܘ . ܥܕܬܐ ܥܠ ܚܙܬܐ ܗܘ ܡܛܠܬܐ .
ܒܡܘ̈ܗܒܬܐ (sic) ܫܡܝܢܝܬܐ ܘܪ̈ܘܚܢܝܬܐ
ܕܐܬܝܗܒ . ܐܢ ܓܝܪ ܠܗܘܢ ܠܝܣܪܝܠ ܡܛܠ
ܐܪ̈ܥܢܝܬܐ ܕܡܠܟ ܠܗܘܢ ܀ ܟܡܐ ܠܥܕܬܐ ܝܬܝܪ
ܡܛܠ ܚܕܘܬܐ ܕܛܥܡ ܥܡܐ ܒܬܘܒܬܗ .
ܘܬܘܒ ܫܡܝܐ ܚ̈ܕܬܐ ܘܐܪܥܐ ܚܕܬܐ ܩܪܐ ܀ ܠܚܝܐ
ܚܕܬܐ ܘܪ̈ܘܚܢܐ ܕܐܬܝܗܒ ܠܥܕܬܐ ܒܡܐܬܝܬܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܀

ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܬܡܢ ܛܠܐ ܕܝܘܡܬܐ ܙܥܘܪܐ . ܘܣܒܐ
ܠܐ ܢܡܠܐ ܝܘܡܘܗܝ . ܡܛܠ ܕܛܠܐ ܒܪ ܡܐܐ
ܫܢܝܢ ܢܡܘܬ . ܗ̄ . ܕܡܬܒܛܠ ܡܢܗܘܢ
ܡܘܬܐ ܡܐܐ ܫܢܝܢ . ܟܠܗܝܢ ܓܝܪ ܛܒܬܗܘܢ ܀
ܒܗܠܝܢ ܗܘ ܡܐܐ ܫܢܝܢ ܗܘ̈ܝܢ ܠܗܘܢ ܀
ܘܚܛܝܐ ܕܒܪ ܡܐܐ ܫܢܝܢ ܢܬܠܛܛ . ܗ̄ .

[1] II Cor. I, 20.

ac libent Sortibus et Fortunæ in errore cordis sui. Et horum quidem, inquit, constanter solliciti estis quæ mihi displicent et injucunda sunt.

13. *Ecce servi mei comedent et vos esurietis.* Servi mei populi comedent corpus vivum et bibent pharmacum vitæ, vos autem privabimini.

15. *Et servis suis imponet nomen aliud*, scilicet Israel Dei.

16. *Qui benedicebatur* bonis terrestribus *in terra, benedicetur* bonis spiritualibus *in Deo* creatore suo. *Amen. Et qui jurabat per terram, jurabit per Deum* creatorem suum. *Amen.* Ex hoc loco sumit apostolus illud : *ad gloriam Dei. Amen*[1].

17. *Quia ecce ego creo cœlos novos et terram novam.* Hoc Ecclesiam respicit propter dona cœlestia et spiritualia[2] ipsi concessa. Si enim Israelitarum curam egit propter terrena ipsis promissa, quanto magis Ecclesiæ providebit propter lætitiam quam expertus est populus in sua conversione. Porro cœlos novos et terram novam etiam appellat vitam novam et spiritualem Ecclesiæ elargitam in adventu Christi.

20. *Nec erit ibi amplius infans dierum qui moriatur, et senex non implebit dies suos. Quia infans centum annos natus morietur*, i. e. quia deficiet ab eis mors centum annos. Omnia enim bona per illos centum annos fient eis. *Et qui pec-*

[2] *Cod.* mendose ܘܪ̈ܘܚܢܐ

ܠܥܘܠܐ ܕܐܦ ܠܡܐܐ ܫ̈ܢܝܢ ܗܘ ܡܫܬܘܩ
ܡܠܐ ܩ̈ܕܡܝ ܀

ܘܥܕܠܐ ܢܩܪܘܢ ܐܥܢܐ ܐܢܘܢ . ܗܘ . ܚܠܦ ܗܝ
ܕܢܩܪܘܢ ܒܐܕ̈ܢܝ ܒܩܠܐ ܪܡܐ ܘܠܐ ܐܫܡܥ ܐܢܘܢ ܀

ܕܐܒܐ ܘܐܡܪܐ ܐܝܟܚܕܐ ܢܪܥܘܢ . ܒܗ ܥܒܝܕܐ
ܕܗܕܐ ܒܥܕܬܐ ܐܣܬܥܪܬ . ܐܠܐ ܛܘܦܣܗ
ܒܟܢܘܫܬܐ ܐܬܪܫܡ ܗܘܐ . ܕܐܒܐ ܓܝܪ ܘܐܡܪܐ
ܕܪܥܝܢ ܐܟܚܕܐ . ܡܠܟ̈ܐ ܐܢܘܢ ܡܫܥܒܕܢܝܗܘܢ
ܘܡܫܝܢܝܢ ܥܡܗܘܢ ܀

caverit centesimum annum agens *maledicetur*. Vindicta etiam cessabit apud eos per centum annos.

24. *Et antequam clament respondebo eis*, loco illius (quod olim dixi) : *Clamabunt in auribus meis et non exaudiam eos*[1].

25. *Lupus et agnus pascentur simul*. Res ipsa in Ecclesia peracta est, figura autem in synagoga significata est. Lupi quippe et agni pascentes simul reges sunt qui eos in servitutem redegerunt et pacifice cum eis habitant.

CAPUT LXVI.

ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ . ܫܡܝܐ ܟܘܪܣܝܐ ܘܐܪܥܐ
ܟܘܒܫܐ ܗܝ ܕܪ̈ܓܠܝ . ܐܝܢܐ ܒܝܬܐ
ܕܬܒܢܘܢ ܠܝ . ܐܘ ܐܝܢܐ ܒܝܬܐ ܕܡܬܡܫܚ
ܕܢܣܦܩ ܠܗ . ܠܗܘ ܐܝܢܐ ܕܠܐ ܡܬܡܫܚ
ܗܘ ܕܝܢ ܗܝܟܠܐ ܥܒܘܕܬܐ ܕܐܝܕܐ ܗܘܐ ܥܩܐ
ܠܗܘ . ܘܠܒܐ ܙܥܘܪܐ ܕܢܝܚܐ ܘܡܟܝܟܐ
ܕܐܝܬܗ ܒܥܕܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܪܘܝܚ ܗܘ ܠܗ ܡܛܠ
ܛܝܒܘܬܗ ܀

ܕܢܟܣ ܬܘܪܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܩܛܠ ܓܒܪܐ
ܘܕܕܒܚ ܐܡܪܐ ܐܝܟ ܗܘ ܕܢܟܣ ܟܠܒܐ .
ܗܢܘ ܐܝܟ ܗܝ ܕܐܡܪ ܡܠܐܟܝ ܕܐܕܪܐ ܦܪܬܐ
ܥܠ ܐܦܝܟܘܢ ܡܬܚܘܝܢ ܠܗܘܢ ܗܘܟܝܠ ܢܒ̈ܝܐ
ܠܕ̈ܒܚܝܗܘܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܐܝܟ ܛܡܐܐ ܕܗܘܘ
ܘܕܟܠܟܠܐ ܕܒܢ ܠܗܘܢ . ܘܡܠܐܟܝ ܐܚܪܢܐ

CAPUT LXVI.

1. *Sic dicit Dominus : Cœlum thronus meus est, terra autem scabellum pedum meorum*[2]. *Quænam est ista domus quam ædificabitis mihi ?* Quodnam ædificium mensura definitum illi sufficiat qui mensurari nequit ? Templum igitur superborum manu exstructum Deo nimis angustum est, sed cor parvum mansueti et humilis hominis qui est in Ecclesia gentium sat spaciosum Deo est propter ejus bonitatem.

3. *Qui immolat taurum quasi qui interficiat virum, qui mactat agnum quasi qui jugulat canem*. Consentiunt quæ dicit Malachias : *Dispergam stercus super facies vestras*[3]. Prophetæ declarant Judæorum sacrificia immunda fuisse; hæc ergo Isaias hoc loco hominum

[1] *Supra* XLVI, 7. Ab hoc loco usque ad finem ea quæ hic habentur insunt in *Opp. Syr. lat.* II, 94-97.

[2] Editores romani in versione latina hæc addunt quæ non inveniuntur in textu syriaco : « Pedibus substrata meis, divinæ naturæ immensitatem ostendit, quum ergo cœlum et terra ego impleam, me manufacta templa non capiunt. »

[3] Mal. II, 3.

ܘܕܟܠܒܐ ܐܝܟ ܦܓܪܐ ܚܫܒ ܠܗܘܢ ܘܡܠܐܟܝ
ܐܝܟ ܕܒܙܒܠܐ ܙܪܩ ܠܗܘܢ ܀

ܐܦ[a] ܗܢܘܢ ܐܬܪܥܝܘ ܒܐܘܪܚܬܗܘܢ ܘܢܦܫ
ܢܦܫܗܘܢ ܒܛܥܘܬܗܘܢ . ܗ . ܝܗܘܕܝܐ ܠܡ
ܒܕܒܚܐ ܗܠܝܢ ܚܕܝܢ ܗܘܘ . ܢܦܫܗܘܢ ܕܝܢ
ܡܒܙܚܝܢ ܗܘܘ . ܡܛܠܗܢܐ ܒܡܒܙܚܢܘܬܐ
ܡܒܙܚ ܐܢܐ . ܘܡܝܬܐ ܐܢܐ ܥܠܝܗܘܢ ܒܝܫܬܐ .
ܗܢܝܢ ܕܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܕܢܬܛܫܘܢ ܬܚܝܬ ܛܠܠܐ
ܕܣܓܕܬܗܘܢ ܣܪܝܩܬܐ . ܬܢܐ ܗܦܟ ܡܟܘܚܢܘܬܐ
ܗܝ ܕܒܪܝܫ ܢܒܝܘܬܗ ܟܬܒ ܘܡܠܘܗܝ ܗܢܝܢ
ܫܪܪܘ ܢܒܝܐ ܐܚܪܢܐ . ܘܐܦ ܡܪܗܘܢ ܕܢܒܝܐ . ܗܘ
ܗܝ ܕܠܐ ܡܘܬܪܐ ܠܗܘܢ ܢܛܘܪܘܬ ܢܡܘܣܐ
ܟܕ ܡܥܒܪܝܢ ܥܠ ܦܘܩܕܢܐ ܕܢܡܘܣܐ ܐܦܠܐ
ܗܝܟܠܐ ܡܘܬܪ ܠܗܘܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܒܥܐ
ܠܒܘܗܝ ܕܒܢܝܢܫܐ ܘܠܐ ܠܟܐܦܐ ܐܢܘܢ ܀

ܩܠܐ ܕܫܓܘܫܝܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ . ܗ . ܡܛܠ
ܕܐܬܩܪܒܘ ܕܒܒܐ . ܩܠܐ ܡܢ ܗܝܟܠܐ . ܗ .
ܕܐܩܥܘ ܟܗܢܐ[b] ܒܨܠܘܬܐ ܘܥܡܘܪܘܗ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܥܪܩܘ ܒܐܘܠܨܢܐ ܕܢܒܥܘܢ
ܠܡܥܒܕ ܡܢܗܘܢ ܒܗ . ܩܠܐ ܕܡܪܝܐ ܕܦܪܥ
ܦܘܪܥܢܐ ܠܒܥܠܕܒܒܘܗܝ . ܗ . ܠܥܘܠܐ ܕܝܗܘܕܝܐ
ܕܥܒܪܘ ܥܠ ܢܡܘܣܐ ܘܠܥܡܡܐ ܕܐܡܪܚܘ ܘܣܠܩܘ ܥܠܝܗܘܢ .
ܥܕܠܐ ܢܐܬܐ ܥܡܐ ܕܓܘܓ ܀

ܥܕܠܐ ܢܚܒܠ ܗܝ ܕܝܠܕܐ[c] . ܗ . ܥܕܠܐ ܕܢܣܩܘܢ
ܗܢܘܢ ܕܒܝܘܡܝ ܙܪܘܒܒܠ ܥܠܘ .
ܘܥܕܠܐ ܢܐܬܘܢ ܚܒܠܐ ܢܬܦܨܐ ܘܬܐܠܕ
ܕܟܪܐ . ܗ . ܥܠ ܐܝܟ ܕܗܘܬ ܠܗ ܠܓܘܓ

canumque cadaveribus assimilat et Malachias prophetarum ultimus velut stercus reputat et veluti iratus in facies eorum projicit.

4. *Et ipsi hæc decreverunt in viis et anima eorum sibi in idolis complacuit,* id est Judæi quidem hisce sacrificiis gaudent at sibi illudunt. Quapropter illusoribus illudo et adduco adversus eos mala, a quibus protegi se putabant sub umbra vanæ suæ religionis. Repetit hic reprehensionem quam initio suæ prophetiæ scripserat, et quæ dicit confirmant alii prophetæ atque ipse prophetarum Dominus: nihil scilicet eis profuturas legis cæremonias, quum præcepta legis transgrederentur, nec prodesse eis coram Deo structuram templi, quippe qui corda hominum non saxa requirit.

6. *Vox perturbationis de civitate,* hostibus ad eam obsidendam promoventibus. *Vox de templo* quia clamarunt sacerdotes in oratione et incolæ civitatum confugientes in suis angustiis ad quærendum asylum in eo. *Vox Domini reddentis ultionem inimicis suis,* impiis scilicet Judæis contra legem prævaricantibus et populis, qui ausi sunt ascendere contra eos, antequam gens Gog in Judæos irrueret.

7. *Antequam dolores sentiat quæ paritura est,* antequam ascendant qui diebus Zorobabelis corruerunt. *Et antequam adveniant dolores partus liberabitur et pa-*

a ܐܦ ܗܢܘܢ usque ܡܠܐ ܕܫܓܘܫܝܐ ex cod. vat. addita sunt. — b ܟܗܢܐ ܒܨܠܘܬܐ desunt in cod. Musæi Brit. — c Edit. Rom ܥܕܠܐ ܠܡܚܒܠ ܝܠܕܐ

ܒܝܘܡܐ ܕܦܘܪܩܢܗ ܘܐܝܟ ܚܣܡܬܐ ܕܗܘܬ ܠܗ̇
ܬܫܬܡܫ ܕܝܢ ܒܗ̇ ܒܒܠܗ̇ ܘܬܛܥܐ ܒܚܕܘܬܐ
ܒܡܘܠܕܗ̇ ܕܗܘܐ ܠܗ̇ ܠܚܫܚܠܗ̇ ܩܫܐ
ܘܬܫܬܡܫܬܗ̇ ܀

ܡܢ ܫܡܥ ܕܐܝܟ ܗܕܐ . ܕܡܚܒܠܐ ܐܪܥܐ
ܒܝܘܡܐ . ܗ̄ . ܠܥܠܡ ܕܠܐ ܗܘܐ ܕܐܝܟ ܗܕܐ
ܕܡܚܒܠܐ ܐܪܥܐ ܒܝܘܡܐ[a] ܚܕ . ܡܛܠ ܕܡܢ
ܐܪܒܥ ܪ̈ܘܚܝܢ . ܡܬܦܢܝܢ ܘܡܬܝܠܕ ܥܡܐ
ܒܫܥܬܐ ܚܕܐ . ܗ̄ . ܘܡܬܡܠܝܐ ܡܕܝܢܬܐ
ܣܪܝܩܬܐ ܒܝܘܡܐ ܚܕ ܀

ܐܢܐ ܕܝܗܒܬ ܣܒܪܐ ܗܢܐ . ܘܠܐ ܡܘܠܕ ܐܢܐ
ܐܡܪ ܡܪܝܐ . ܗ̄ . ܠܥܡܝ ܕܐܢܐ ܡܠܟܬ ܦܘܢܝܐ
ܠܫܒܥܝܢ ܫܢܝ̈ܢ . ܘܠܐ ܡܫܡܠܐ ܐܢܐ ܓܡܪ
ܐܢܐ ܀

ܘܠܐ ܬܐܢܩܘܢ ܡܢ ܬܕܝܐ ܕܒܘܝܐܗ̇ . ܗ̄ . ܝܗܒ
ܐܢܐ ܠܬܕܝܐ ܕܦܘܢܩܐ . ܕܢܐܢܩܘܢ ܡܢܗ̇ ܠܡܚ̈ܠܐ
ܕܫܘܡܢܐ ܀

ܘܬܬܝܕܥ ܐܝܕܗ ܕܡܪܝܐ ܥܠ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܘܢܘܒܕ
ܠܒܥܠܕܒ̈ܒܘܗܝ . ܗ̄ . ܠܝܗ̈ܘܕܝܐ ܥ̈ܘܠܐ ܀

ܗܐ ܡܪܝܐ ܒܢܘܪܐ ܐܬܐ . ܘܐܝܟ ܥܠܥܠܐ ܡܪ̈ܟܒܬܗ .
ܛܘܦܣܐ ܗܘ ܕܥܡܡ̈ܐ ܕܠܡܦܪܥܘܢ ܒ̈ܝܫܬܗܘܢ ܗܘܐ
ܡܪܝܐ ܠܥܒ̈ܕܝ ܐܠܗܝܢ ܕܥܠ ܢܡܘܣܗ ܐܡܣܪܘ ܀

ܡܛܠ ܕܒܢܘܪܐ ܕܝܢ ܡܪܝܐ ܘܒܣܝܦܗ ܟܠ
ܒܣܪ . ܗ̄ . ܒܝܕ ܒܥܠܕܒ̈ܒܐ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܟܠ
ܒܣܪ ܕܒ̈ܢܝ ܐܘܪܫܠܡ ܀

ܘܢܣܓܘܢ ܩ̈ܛܝܠܘܗܝ ܕܡܪܝܐ . ܕܡܬܩܕܫܝܢ
ܠܓܢ̈ܐ . ܘܡܬܕܟܝܢ ܒܓ̈ܢܬܐ ܚܕ ܒܬܪ ܚܕ

riet masculum. Hoc dicit de lætitia, qua regio afficienda erat in die liberationis suæ, quam talem futuram ait qualem experitur mulier a zelotypo marito afflicta, quæ præ gaudio dati sibi masculi obliviscitur dolorum acerbissimorum et illatæ sibi injuriæ.

8. *Quis audivit rem hujusmodi, terram in die parturire?* Negat unquam factum quid tale ut terra quodam die parturiret. *Quoniam a quatuor ventis revertentur et una hora parietur populus,* i. e. incolis replebitur civitas vacua uno die.

9. *Ego qui dedi spem istam non pariam? ait Dominus.* Ego qui populo meo reditum post septuaginta annos promisi, num promissum adimplere non potero?

11. *Et nonne sugetis ab ubere consolationis?* i. e. dabo Sioni ubera deliciarum e quibus sugant debiles pinguedinem.

14. *Et cognoscetur manus Domini super servos suos, et perdet inimicos suos,* i. e. Judæos impios.

15. *Ecce Dominus in igne venit et quasi turbo currus ejus.* Hac figura designat gentiles, quorum opera Deus legis suæ contemptores punire decreverat.

16. *Quia in igne judicabit Dominus, et in gladio suo omnem carnem* i. e. per hos inimicos judicabit omnem carnem filiorum Jerusalem.

17. *Et multiplicabuntur interfecti a Domino. Qui sanctifican-*

[a] Deest in cod. vat.

ܒܡܨܥܬܐ . ܗ̄ܘ . ܠܗܝܢ ܕܠܐ ܘܠܐ ܒܘܗܬܬܐ . ܚܕ[a]
ܒܬܪ ܚܕ ܒܡܨܥܬܐ . ܗ̄ܘ . ܐܘ . ܕܡܬܕܡܝܢ
ܒܚܒܪܝܗܘܢ . ܐܘ ܕܒܬܪܗܘܢ ܒܚܠܒܠܒܘܬܐ
ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗܠܝܢ ܥܒܕܐ ܗܠܝܢ ܒܝܫܐ ܐܦ
ܐܟܠܝ ܚܙܝܪܐ ܘܥܘܩܒܪܐ ܕܐܫܛܘ ܠܢܡܘܣܝ
ܒܘܠܗܘܢ ܐܟܚܕܐ ܢܣܬܘܦܘܢ ܀

tur confusione *et purificantur unus post alterum mediis in hortis* palam scilicet et impudentissime. *Unus post alterum in medio*. Sociorum exemplo inducebantur aut post eos cum alacritate pergebant ad mala ista opera perpetranda. *Et qui comedunt reptilia et mures,* quia legem meam spreverunt hisce *simul consumentur*.

ܡܛܠ[b] ܕܐܬܝܐ ܠܡܟܢܫܘ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ .
ܟܒܪ ܕܝܠܐ ܡܡܠܠ ܥܠ ܥܡܡܐ ܗܠܝܢ ܕܚܙܩܝܐܝܠ
ܓܘܓ ܘܡܓܘܓ ܩܪܐ . ܘܐܡܪ ܕܢܝܬܐ
ܐܢܘܢ ܠܛܘܪܐ ܕܐܝܣܪܝܠ ܘܠܚܘܒܠܗܘܢ ܡܫܬܥܐ . ܐܝܟ ܕ
ܗܘ ܛܟܣܐ ܕܐܝܟ ܗܢܐ ܡܬܚܙܐ . ܒܐܫܥܝܐ .
ܐܘ ܥܠ ܗܢܘܢ ܕܥܙܪܐ ܡܢܐ ܒܟܬܒܗ ܕܐܡܪ ܕܩܡܘ
ܥܠ ܝܗܘܕܝܐ ܕܗܦܟܘ ܡܢ ܒܒܠ . ܘܡܢ ܟܠ ܕܘܟ
ܘܡܬܡܟܟܘ ܒܝܕ ܙܪܘܒܒܠ . ܐܘ ܗܢܘܢ
ܕܡܠܟܐ ܕܦܪܣܝܐ ܐܘ ܐܢܛܝܘܟܘܣ
ܘܝܘܢܝܐ ܕܒܬܪܗ ܫܕܪܘ ܥܠ ܝܗܘܕ
ܘܥܠ ܝܗܘܕܝܐ ܘܥܠ ܝܗܘܕܐ ܡܩܒܝܐ ܘܐܚܘܗܝ ܐܬܡܟܟܘ
ܘܠܚܪܬܐ ܡܢ ܪܗܘܡܝܐ ܐܬܚܒܠܘ .
ܐܡܪ ܗܟܝܠ ܢܒܝܐ ܕܒܝܕ ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ
ܢܬܦܪܥ ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܕܚܛܘ ܡܢ ܒܬܪ
ܕܦܢܘ ܡܢ ܫܒܝܐ . ܘܒܓܠܐ ܡܚܘܐ ܕܚܘܒܠܗܘܢ
ܡܢ ܒܬܪ ܫܒܝܐ ܗܘܐ ܘܡܢ ܩܕܡ ܦܘܪܩܢܐ
ܘܦܢܝܬܐ ܕܥܡܐ ܓܒܝܐ ܘܕܥܡܡܐ ܕܗܘܬ
ܒܝܕ ܡܪܢ ܘܫܠܡܬ ܒܟܪܘܙܘܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܀

18. *Postquam venero ad congregandas omnes gentes*. Forsan propheta loquitur de gentibus, quas Ezechiel Gog et Magog appellat, et adducendas ait ad montes Israel earumque interitum describit eodem ordine, quem hic observat Isaias, vel quas Esdras recenset et narrat adversus Judæos Babylone reversos undique insurrexisse, et a Zorobabele et principibus ejus sociis humiliatæ fuerunt, vel quas Persarum reges, vel Antiochus ejusque successores Græci in Judæam postea immiserunt et a Judæis, atque a Juda Machabæo, ejusque fratribus attritæ sunt, et a Romanis tandem penitus deletæ. Dicit itaque propheta Deum per has omnes gentes puniturum Judæos, qui peccarunt post reditum ab exilio. Manifeste ostendit earum interitum captivitate posteriorem esse et anteriorem salute et conversione populi electi et gentium, quæ facta est per dominum nostrum et completa fuit per prædicationem apostolorum.

ܘܥܠ ܦܘܪܝܐ ܢܬܛܥܢܘܢ ܘܥܠ ܒܘܪܟܐ
ܢܬܪܒܘܢ ܘܐܝܟ ܕܐܡܐ ܕܡܒܝܐܐ ܠܒܪܗ ܐܝܟܢܐ

12. *Et in lecticis portabimini et super genua educabimini, et sicut si mater consoletur filium*

[a] Verba: ܚܕ ... ܒܟܢܫܐ addita sunt e cod. vat. — [b] Verba: ܡܛܠ ܕܐܬܝܐ ܠܡܟܢܫܘ ܠܟܠܗܘܢ ... addita sunt e cod. vat.

ܐܒܗܝܗܘܢ . ܗ̄ܘ . ܡܫܬܘܕܐ ܠܗܘܢ ܕܥܒܕܝܢ
ܨܒܝܢܗ ܢܗܘܐ ܠܗܘܢ ܘܐܝܟ ܒܢܝ̈ ܡܠܟܐ
ܕܥܠ ܟܬܦܬܐ ܕܥܒ̈ܕܐ ܐܝܟ ܫܩܝܠܝܢ ܠܗܘܢ
ܡܫܬܩܠܝܢ ܘܡܪܟܢ ܠܗܘܢ ܘܥܠ ܒܘܪܟܐ
ܡܬܛܥܢܝܢ . ܗܟܢܐ ܢܫܩܘܠ ܐܢܘܢ ܘܢܪܒܐ
ܠܗܢܘܢ ܒܦܘܢܩܐ ܛܒܐ ܐܝܟ ܘܒܛ̈ܒܬܗ ܢܒܝܐ
ܐܢܘܢ ܡܢ ܒܝ̈ܫܬܗܘܢ ܩܕܡܝܬܐ ܕܓܕ̈ܫ
ܠܗܘܢ ܀

ܘܢܐܬܘܢ ܘܢܚܙܘܢ ܐܝܩܪܝ . ܥܠ ܐܝܩܪܐ ܐܡܪ
ܕܝܗܒ ܠܗ ܐܠܗܐ ܠܒܝܬ ܐܝܣܪܐܝܠ ܒܬܪ
ܚܘܪܒܐ ܕܪ̈ܕܘܦܝܗܘܢ ܀

ܘܐܣܝܡ ܒܗܘܢ ܕܡܫܬܘܙܒܝܢ ܐܬܐ ܕܙܘܥܬܐ .
ܗ̄ܘ . ܢܝܫܐ ܕܚܙܐ ܚܙܩܝܐܝܠ ܕܪܫܝܡ ܗܘܐ ܥܠ
ܐܦ̈ܝܗܘܢ ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ ܦܠܝܛ̈ܐ ܕܦܠܛܘ ܡܢ ܚܘܪܒܐ
ܕܐܚ̈ܝܗܘܢ ܐܘ ܢܝܫܐ ܕܙܝܥܬܐ ܕܦܐܝܣ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
ܐܝܩܪܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܕܠܘܬܗܘܢ ܡܫܬܕܪܝܢ ܗܘܘ .
ܗܢܐ ܗܘ ܐܬܐ ܕܚܙܐ ܦܠܝܟܣ ܐܦܛܪܘܦܐ
ܘܙܥ ܟܕ ܫܡܥ ܦܘܠܘܣ ܥܠ ܙܕܝܩܘܬܐ
ܘܢܟܦܘܬܐ ܘܕܝܢܐ ܕܥܬܝܕ . ܘܐܫܕܪ ܡܢܗܘܢ
ܐܝܟ ܕܠܬܕܡܘܪܬܐ ܠܬܪܫܝܫ ܘܠܬܘܒܠ ܘܠܝܘ̈ܢ
ܘܠܫܪܟܐ ܕܐܬ̈ܪܘܬܐ ܡܕܝܢ̈ܬܐ ܕܐܬܝ ܗܘܝ
ܠܥܘܕܪܢܐ ܕܒܝܬ ܓܘܓ ܠܡܬܟܬܫܘ ܥܡ
ܙܪܘܒܒܠ . ܗ̄ܘ . ܥܡ ܡܫܝܚܐ ܕܠܗ ܗܘ ܨܪ
ܙܪܘܒܒܠ ܡܕܒܪܢܐ ܕܥܡܐ ܒܦܘܢܝܗ ܡܢ ܫܒܝܐ
ܠܐܪܥܐ ܕܝܪܬܘܬܗ ܕܡܪܝܐ . ܕܐܪܐ ܩܝܡ ܕܐܬܥܒܕܘ
ܥܡ̈ܡܐ ܥܡ ܙܪܘܒܒܠ ܨܪ ܗܘܐ ܠܗܠܝܢ ܕܥܠ
ܡܪܢ ܢܒܝܐ ܐܡܪ ܟܕ ܐܡܪ . ܩܡܘ ܡܠܟ̈ܐ
ܕܐܪܥܐ ܘܫܠܝܛ̈ܢܐ ܘܐܬܡܠܟܘ ܐܟܚܕܐ ܥܠ
ܡܪܝܐ ܘܥܠ ܡܫܝܚܗ . ܘܢܣܒܘܢ ܐܡܪ
ܒܡܥܒܪܐ . ܗ̄ܘ . ܠܦܠܛ̈ܐ ܕܐܬܝܢ ܡܦܩܢܝܢ

suum, sic ego consolabor vos. Promittit facientibus voluntatem ejus se adfuturum et quasi filios regum tractaturum, ut, quemadmodum isti famulorum humeris gestantur, et super genua accipiuntur, sic se illos perinde portaturum, et nutriturum in deliciis et bonis eos consolaturum a calamitatibus præcedentibus quæ ipsis acciderunt.

13. *Et venient et videbunt gloriam meam.* Loquitur de gloria quam dedit Deus domui Israel post interitum suorum persecutorum.

19. *Et ponam in eis* qui salvati fuerint *signum* tremoris, i. e. signum quod vidit Ezechiel impressum frontibus Judæorum qui a communi gentis excidio excepti fuerunt; vel signum terroris ad conciliandam scilicet sibi gentium, ad quas mittebantur, venerationem et reverentiam. Hoc signo territus est Felix procurator audiens Paulum de justitia et castitate, et de futuro judicio disputantem. *Et mittam ex iis* quasi miraculum *in Tharsis, et in Thubal, et in Javan* et in ceteras urbes quæ venerant in auxilium domus Gog ad pugnandum contra Zorobabelem, i. e. contra Christum, quem figuravit Zorobabel, dux populi in reditu ejus a captivitate in terram hæreditatis Domini. Gentium igitur insurrectio adversus Zorobabelem illud figurabat quod propheta vaticinatur de Christo dicens: « *Surrexerunt reges terræ et principes ejus et inierunt consilium simul adversus Dominum et adversus Christum ejus*[1]. *Et an-*

[1] *Ps.* II, 2.

ܠܡܫܬܘܕܥܘ ܕܐܠܗܐ ܒܝܢܝ ܥܡܡܐ . ܗ̄ܘ .
ܡܫܝܚܐ ܀

ܘܢܝܬܘܢ ܠܟܠܗܘܢ ܐܚܝܟܘܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ
ܥܡܡܐ ܩܘܪܒܢܐ ܠܡܪܝܐ . ܒܪ̈ܟܫܐ ܘܒܪ̈ܟܘܒܐ
ܘܒܡܪ̈ܟܒܬܐ . ܗ̄ܘ . ܠܐ ܒܩܛܝܪܐ ܐܝܟܢܐ
ܕܒܫܒܝܐ ܐܬܕܒܪܬܘܢ ܠܒܒܠ . ܐܠܐ ܒܐܝܩܪܐ
ܘܒܢܟܦܘܬܐ ܐܝܟܢܐ ܕܡܬܩܪܒܝܢ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܠܐܠܗܐ
ܘܐܝܟܢܐ ܕܡܝܬܝܢ ܒܢ̈ܝ ܐܝܣܪܝܠ ܣܡܝܕܐ
ܒܡ̈ܐܢܐ ܕܟ̈ܝܐ ܠܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ . ܟܒܪ ܕܡܝܬܝܢ
ܕܡܬܚܫܒܝܢ ܐܣܟܡܐ ܡܛܠ ܐܠܗܐ ܗܟܢܐ ܀

ܐܦ ܡܢܗܘܢ . ܐܣܒ ܠܟܗ̈ܢܐ ܘܠܠܘ̈ܝܐ .
ܗ̄ܘ . ܐܘ ܒܢ̈ܝ ܥܡܐ ܐܢܘܢ ܕܐܬܝܢ ܘܡܥܣܪܝܢ
ܠܟܗ̈ܢܐ ܘܠܠܘ̈ܝܐ . ܐܘ ܥܠ ܥܡ̈ܡܐ ܡܕ̈ܒܪܢܝܗܘܢ
ܕܝܗ̈ܘܕܝܐ ܡܗܝ̈ܡܢܐ ܐܡܪ ܠܥܡ̈ܡܐ ܕܗܝܡܢܘ
ܘܒܫܘܬܦܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܢܣܒܘ ܗܘܘ
ܣܝܡܬܐ ܕܐܚܝܗܘܢ . ܕܒܩܘܪ̈ܒܢܝܗܘܢ ܐܬܝܢ ܐܦ
ܗܢܘܢ ܠܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ ܀

ܘܢܗܘܐ ܡܢ ܝܪܚ ܒܝܪܚ ܘܡܢ ܫܒܬܐ ܒܫܒܬܐ
ܢܐܬܐ ܟܠ ܒܣܪ ܠܡܣܓܕ ܩܕܡ
ܡܪܝܐ . ܐܡܝܢܘܬ ܥܐܕ̈ܝܗܘܢ ܘܕܒܚ̈ܝܗܘܢ
ܡܫܬܘܕܐ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܒܒܒܠ ܦܣܝܩ ܗܘܘ
ܠܫܒܥܝܢ ܫܢܝ̈ܢ ܀

ܘܢܦܩܘܢ ܘܢܚܙܘܢ ܫܠܕ̈ܝܗܘܢ ܕܓܒ̈ܪܐ ܕܐܣܟܠܘ
ܒܝ . ܗ̄ܘ . ܡܛܠ ܕܒܬܪ ܕܐܬܚܪܒ ܒܝܬܗ ܕܓܘܓ
ܐܬܝܢ ܥܡ̈ܡܐ ܡܗܝ̈ܡܢܐ ܗܢܘܢ ܕܣܠܩܝܢ
ܠܥܐܕܐ ܥܡܗܘܢ ܕܒܢ̈ܝ ܐܝܣܪܝܠ ܘܚܙܝܢ
ܠܦܓܪ̈ܐ ܕܢܦܠܘ ܬܡܢ ܠܚܝܠܐ ܕܓܘܓ ܕܐܬܐ

nuntiabunt gloriam meam in gentibus, quatenus scilicet apostoli proficiscentur ad annuntianda mirabilia Dei inter gentes.

20. *Et adducent omnes fratres vestros ex omnibus gentibus oblationem Domino in equis, et in carrucis et in curribus*, i. e. non coacti, quomodo captivi Babylonem abducti fuistis, sed cum honore et reverentia, quomodo oblationes Deo offeruntur; *et quomodo afferunt filii Israel similam in vasis mundis in domum Domini*. Forsan qui eos adducent talia in mentibus cogitabunt de Deo.

21. *Et ex eis assumam in sacerdotes et levitas*, (alio modo: *et ex eis accipiam sacerdotibus et levitis.*) Aut igitur filii sunt populi Israel qui venient decimas oblaturi sacerdotibus et levitis, aut de gentibus quæ Judæos deduxerunt loquitur et ait gentes quæ crediderunt et per fidei communionem fratrum suorum thesaurum acceperunt venturas cum suis oblationibus in domum Domini.

23. *Et erit: a tempore mensis in mensem et a tempore sabbati in sabbatum veniet omnis caro ut adoret coram Domino*. Promittit eis constantem solemnitatem et sacrificiorum successionem, quæ antea Babylonica servitute ad annos septuaginta interrupta fuerat.

24. *Et venient et videbunt cadavera virorum, qui prævaricati sunt in me*. Etenim postquam destructa fuerit domus Gog, venient populi credentes qui ascendunt ad solemnitatem cum filiis Israel et

ܠܟܠܗܘܢ . ܘܡܫܬܡܠܝܐ ܡܠܬܐ ܕܢܒܝܐ ܕܐܡܪ ܕܢܚܕܐ
ܦܘܪܥܢܐ ܘܐܝܕܘܗܝ ܢܫܝܓ ܒܕܡܗ ܕܚܛܝܐ .

ܕܠܐ ܡܝܬܐ ܬܘܠܥܬܗܘܢ ܘܢܘܪܗܘܢ ܠܐ ܕܥܟܐ .
ܗ̄ . ܪܡܙ ܗܘ ܠܟܢܘܫܬܐ ܕܙܕܝܩܐ ܒܬܘܠܥܬܐ
ܡܛܠ ܐܝܟ ܗܝ ܕܡܢ ܠܥܠ . ܠܐ ܬܕܚܠܝܢ
ܬܘܠܥܬܗ ܕܝܥܩܘܒ ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܫܠܝܐ ܥܕܬܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܡܚܘܐ ܒܬܘܠܥܬܐ ܕܠܐ ܡܝܬܐ . ܘܒܢܘܪܐ
ܕܠܐ ܕܥܟܐ . ܘܢܗܘܘܢ ܕܬܗܪܐ ܠܟܠܗ ܒܣܪ .
ܗ̄ . ܕܥܡܐ ܘܕܥܡܡܐ ܟܠܗܘܢ .

ܘܐܢ ܢܐܡܪܘܢ ܕܐܡܬܝ ܐܬܟܢܫܢ ܡܢ ܐܣܦܢܝܐ .
ܐܣܦܢܝܐ ܓܝܪ ܢܒܝܐ ܗܢܐ ܦܫܝܩܐܝܬ ܐܝܟ ܕܟܬ̈ܒܐ
ܠܪܘܪ̈ܒܬܐ ܢܪܕܘܢ . ܡܛܠ ܕܝܕܥܝܢ ܕܒܝܢ
ܪܘܪ̈ܒܬܐ ܚܒܝܫܢ ܐܢ̈ܝܢ ܐܦ ܕܙܥܘܪ̈ܝܬܐ . ܟܕ
ܓܝܪ ܕܐܡܪ ܕܐܟܪܙ ܟܘܪܫ ܥܠ ܟܠܗܘܢ
ܡܠܟܘ̈ܬܐ ܟܠܗ ܗܝ ܕܐܣܦܢܝܐ ܒܗ ܟܠܐ ܡܬܢܝܐ
ܐܬܡܪܝ ܐܬܝ ܗܕܐ . ܘܕܐܬܐ ܠܐܣܦܢܝܐ
ܗܝ ܡܠܐ ܐܫܬܡܥܬ . ܐܦ ܫܪܝܪܐ ܡܠܬܐ ܕܐܢܫܐ
ܕܐܬܝܘܗܝ ܡܢ ܬܡܢ ܒܥܕܢܗ ܓܠܘܬܐ ܕܒܒܠ .
ܒܪܡ ܕܝܢ ܦܘܫܩܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܗܘ ܘܕܢܬܚܙܐ
ܒܟܠܐ ܦܬܓܡܐ ܕܒܢ̈ܝ ܘܠܡܫܝܚܐ ܕܙܒ̈ܢܐ ܐܦܢܝܘܗܝ
ܕܡܢܗ ܕܟܠܐ ܦܘܪܩܢܐ ܘܡܫܝܚܘܬܐ ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ
ܡܠܠ ܢܒܝܐ ܬܐܡܪܘܢ ܐܝܟܢܐ ܟܕ ܘܢܬܦܠܐ
ܢܬܡܠܐ ܠܡܐܬܝܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܕܝܢ ܘܒܣܒܪܬܐ
ܕܡܟܪܙܘܬܗ ܀

egredientur ad locum ubi illi occubuerunt, divinam in eos vindictam spectaturi, ut adimpleatur illud : « *Lætabitur justus cum viderit vindictam, lavabit manus suas in sanguine peccatoris*[1]. »

Quod vermis eorum non moritur et ignis eorum non extinguitur. Per vermem cœtum justorum significat, ut supra : *Noli timere vermis Jacob*[2]. Et quia nunquam deficiet Ecclesia Christi eam significat per vermem qui non moritur et per ignem qui non extinguitur. *Et erunt admirationi omni carni,* tam populo Israel quam gentibus.

Jam si dicant[3], quandonam ex Hispania congregati fuimus ? Nam Hispaniam propheta hic expresse indicat. Discant Scripturas in magnis insistere, quia norunt parva magnis contineri. Quum ergo aliis in locis narrent Cyri edictum, ad omnes provincias manasse et a Judæis in remotissimas quasve regiones divulgatum, palam fit, ejus rei famam in Hispaniam pervenisse, ut verum sit aliquos ex illorum fratribus inde reductos fuisse eo tempore, quo captivitas babylonica finita fuit. Quamquam multo congruentius vaticinium istud exponetur, si quod cum historia et prophetæ verbis plane et ex toto cohæret, ista quæ de Judæorum restitutione narrantur hoc loco et apud Ezechielem, ad Christi adventum et Evangelii promulgati tempus referantur.

[1] *Psalm.* LVII, 11. — [2] *Supra* XLI, 14. — [3] Hæc aliunde adjecta videntur.

ܦܘܫܩܐ ܕܚܕܝܢ ܚܕܝܢ ܡܢ ܐܘܠܝܬܐ ܕܐܪܡܝܐ
ܕܝܠܗ ܕܐܒܘܢ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ

CAPUT I.

ܗܘܘ ܐܠܘܨܘܗ̈ܝ ܠܪܝܫ . ܗ̄ . ܐܫܠܡܘ ܠܪܝܫ ܟܠ ܕܨܒܘ ܠܡܥܒܕ ܒܐܘܪܫܠܡ ܀

ܗܘܘ ܪ̈ܘܪܒܢܝܗ̇ ܐܝܠܐ . ܗ̄ . ܐܝܟ ܐܝܠܐ ܕܚ̈ܘܠܐ ܕܐܙܠܘ ܕܠܐ ܚܝܠܐ ܩܕܡ ܪ̈ܕܘܦܐ ܀

ܚܙܝܬ ܠܥܡ̈ܡܐ ܕܥܠܘ ܠܡܩܕܫܟ . ܗ̄ . ܠܡܒܙ ܘܠܡܘܩܕܘ ܘܠܡܚܒܠܘ ܀

ܝܗܒܘ ܪ̈ܓܝܓܬܗܘܢ ܒܡܐܟܘܠܬܐ ܠܡܦܢܝܘ ܢܦܫܐ . ܗ̄ . ܐܘ ܕܐܟܠܘ ܒܣܪ ܒ̈ܢܝܗܘܢ . ܐܘ ܟܠ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܝܗܒܘ ܚܠܦ ܡܐܟܘܠܬܐ ܠܡܦܢܝܘ ܢܦܫܐ ܀

ܗܘܘ ܒܢ̈ܝ ܫܩ̈ܡܐ . ܗ̄ . ܠܫܒܝܐ ܕܐܫܬܒܝܘ ܘܗܘܘ ܐܝܟ ܫܩ̈ܡܐ ܕܒܘܪܐ ܒܥܒܐ ܦܫܝܢ ܕܩܕܡ ܫܒܝܐ ܠܐܪ̈ܙܐ ܕܡܝܢ ܗܘܘ ܀

ܩܪܝܬ ܠܪ̈ܚܡܝ ܠܡܥܕܪܢܝ ܘܗܢܘܢ ܢܟܠܘܢܝ . ܗ̄ . ܐܘ ܦܬܟܪ̈ܐ ܘܢܒܝ̈ܐ ܕܓܠܐ . ܐܘ ܐܕܘܡܝܐ ܘܥܡ̈ܡܐ ܕܫܒ̈ܒܝܗܘܢ ܀

ܐܝܬܐ ܝܘܡܐ ܕܩܪܝܬ . ܘܢܗܘܘܢ ܐܟܘܬܝ . ܗ̄ . ܕܐܬܐ ܠܗ ܝܘܡܐ ܕܐܬܢܝܬ ܠܗܘܢ . ܘܢܗܘܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܐܟܘܬܝ ܒܟܠܗܘܢ ܡܡܝܩܝܢ ܒܡܝ̈ܩܐ ܀

EJUSDEM PATRIS NOSTRI

MAR EPHRÆMI SCHOLIA

QUÆDAM IN LAMENTATIONES JEREMIÆ[1].

CAPUT I.

5. *Facti sunt oppressores ejus in capite,* i. e. ad effectum perduxerunt quidquid facere voluerunt in ipsa Jerusalem

9. *Fuerunt principes ejus cervi,* i. e. quasi cervi timidi quia abierunt absque fortitudine ante persecutores.

10. *Vidi gentes ingressas sanctuarium tuum,* ad diripiendum et incendendum, et corrumpendum.

11. *Dederunt charissimam quamcumque rem pro cibo,* vel quia manducarunt carnes filiorum suorum, vel quia omne quod habebant dederunt pro cibo ad servandam animam.

16. *Facti sunt filii mei caprifici,* quia sicut caprifici exiles facti sunt et extenuati qui ante captivitatem cedris æquiparabantur.

19. *Vocavi amicos meos in adjutorium meum, et ipsi deceperunt me,* vel idola significat et pseudoprophetas, vel Idumæos et gentes vicinas.

21. *Adduc diem quam vocasti, et erunt similes mei.* Veniet utique dies, quam condixisti eis, et captivi fient sicut ego omnes populi subsannantes me.

[1] Ut titulus innuit, hic contineri videtur non integrum S. Ephræmi commentarium sed dumtaxat scholia quædam ab auctore Catenæ Severo monacho selecta ex integro opere. Porro editio romana nonnisi partem horum scholiorum in tria priora capita exhibet, nos e codice londinensi integra damus.

CAPUT II.

ܐܝܟܢܐ ܐܥܒ ܡܪܝܐ ܒܪܘܓܙܗ ܠܒܪܬ ܨܗܝܘܢ .
ܗ̄ . ܐܚܕ ܡܪܝܐ ܒܪܘܓܙܗ ܠܒܪܬ ܨܗܝܘܢ
ܘܐܚܫܟ ܫܘܒܚܗ ܫܒܝܪܐ . ܘܠܐ ܐܬܕܟܪ
ܟܘܒܫܐ ܕܪ̈ܓܠܘܗܝ . ܗ̄ . ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܝܟܠܐ
ܩܕܝܫܗ . ܐܬܪ ܕܩܡ̈ܝ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܡܠܐܟܐ ܀

ܩܠܐ ܝܗܒܘ ܒܢ̈ܝ ܐܘܪܫܠܡ ܒܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ
ܐܝܟ ܕܒܝܘܡܐ ܕܥܐܕܐ . ܗ̄ . ܗܘܐ ܐܡܪ
ܥܠ ܩܠܐ ܕܝܗܒܘ ܒܗܘܢ . ܒܫܥܬܐ ܕܥܠܘ
ܪ̈ܕܘܦܐ ܠܡܩܛܠ ܐܢܘܢ ܀

ܕܠܡܐ ܐܟ̈ܠܢ ܢܫ̈ܐ ܦܐܪ̈ܝܗܝܢ ܥܘ̈ܠܐ ܕܡܬܩܛܠܝܢ
ܒܟܦܢܐ . ܐܦܢܝ ܕܝܢ ܠܘܩܒܠ ܗܢܐ ܘܐܡܪ .
ܕܠܡܐ ܢܬܩܛܠܘܢ ܒܡܫܟܢܗ ܕܡܪܝܐ ܟܗܢܐ ܘܢܒܝܐ .
ܡܬܚܙܐ ܕܝܢ ܕܒܒ̈ܠܝܐ ܩܛܠܘ ܐܢܘܢ ܒܡܩܕܫܗ
ܕܡܪܝܐ ܟܗ̈ܢܐ ܘܢܒ̈ܝܐ ܀

CAPUT II.

1. *Quomodo caligine obtexit Dominus in furore suo filiam Sion,* i. e. Comprehendit Dominus in furore suo filiam Sion, et obscuravit superbam ejus gloriam. *Et non est recordatus scabelli pedum suorum,* quod est templum sanctum ejus, locus ubi steterunt pedes angeli.

7. *Vocem dederunt filii Jerusalem in domo Domini, sicut in die festi.* Hoc dicit de clamore quem ediderunt ea hora, qua ingressi sunt persecutores ad eos trucidandos.

20. *Ergone comedent mulieres fructus suos?* parvulos qui occidebantur propter famem. Respondet ad hoc et dicit: *Ergone occidentur in tabernaculo Domini sacerdos et propheta?* Videtur quod Babylonii trucidarint in sanctuario Domini sacerdotes et prophetas.

CAPUT III.

ܒܚܘܕܬܐ ܕܨܦܪ̈ܐ ܣܓܝܐ ܗܝܡܢܘܬܐ . ܗ̄ .
ܒܦܘܪܩܢܐ ܕܥܬܝܕ ܠܗܘܢ . ܨܦܪܐ ܓܝܪ
ܠܦܘܪܩܢܐ ܩܪܐ .
ܛܒ ܠܓܒܪܐ ܕܢܫܩܘܠ ܢܝܪ ܒܛܠܝܘܬܗ .
ܗܢܐ ܐܪܙܐ ܕܬܠܡܝܕܘܬܐ[a] ܕܥܡ̈ܡܐ ܪܡܙ ܗܘܐ .
ܟܕ ܢܝܪܐ ܩܪܐ ܐܣܟܡܐܝܬ ܠܕܘܒܪܐ ܕܩܕܝܫܘܬܐ ܀

ܘܢܬܒ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܘܢܫܬܘܩ . ܗ . ܕܝܢ
ܒܒܬܘܠܘܬܐ ܥܡ ܝܚܝܕܝܘܬܐ ܀
ܢܬܠ ܒܥܦܪܐ ܦܘܡܗ . ܗܢܐ ܠܡܨܘܡܐ
ܕܡܐܟ̈ܠܬܐ ܪܡܙ ܀ ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܣܒܪܐ . ܗ̄ .
ܐܝܬ ܗܘ ܠܗܘܢ ܦܘܪܩܢܐ ܠܒܬܪ ܫܘܥܒܕܐ

CAPUT III.

13. *In innovatione matutini multiplicabitur fides,* i. e. in salute illis obventura; matutinum enim salutem vocat.

27. *Beatus vir qui portaverit jugum tuum ab adolescentia sua.* Hic mysterium edocendarum gentium exprimit; jugum enim appellat figurate rationem agendi Sanctam.

28. *Et sedebit solitarius et tacebit* in cœlibatu scilicet et solitudine.

29. *Ponet in pulvere os suum.* Hic abstinentiam a cibo designat. *Quoniam spes superest,* illis scilicet

a Cod. vat. add : ܒܥܡܡܘܬܗ .

ܡܛܝܒܐ ܒܫܡܝܐ . ܘܠܐ ܗܘܐ ܒܐܪܥܐ ܕܝܪܬܘܬܗܘܢ ܀

ܢܬܠ ܦܟܗ ܠܡܢ ܕܡܚܐ ܠܗ . ܗܢܘ ܗܘ ܕܡܢ ܕܡܚܐ ܠܟ ܥܠ ܦܟܟ ܩܪܒ ܠܗ ܐܚܪܢܐ[a] ܀

ܡܛܠ ܕܠܐ ܥܢܐ ܡܢ ܠܒܗ ܘܡܟܝܟ ܒܢ̈ܝ ܓܢܒܪܐ ܀ ܒܙܒܢܐ ܕܝܢ ܕܐܘܠܨܢܐ ܕܐܠܝܨܐ ܠܐ ܥܢܐ ܠܗܘܢ ܡܛܠ ܚܛܗܝܗܘܢ . ܐܠܐ ܗܘ ܡܢ ܠܒܗ ܗܘܝܘ ܡܢ ܦܐܝܐ ܕܪ̈ܚܡܘܗܝ ܠܒܗ ܘܡܟܝܟ ܠܒܢ̈ܝ ܓܢܒܪܐ ܀

ܠܡܨܠܝܘ ܕܝܢܐ ܕܓܒܪܐ ܠܘܩܒܠ ܐܦ̈ܝ ܥܠܝܐ . ܗ̄ . ܒܙܒܢܐ ܕܐܢ ܢܨܠܐ ܕܝܢܐ ܠܓܒܪܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܀ ܡܪܝܐ ܠܐ ܚܙܐ ܠܗ ܀

ܡܢܘ ܗܢܐ ܕܐܡܪ ܘܗܘܐ . ܗ̄ . ܡܢܘ ܠܗܘ ܡܢ ܡܠܟܐ ܕܐܡܪ ܘܥܒܕ . ܕܡܪܝܐ ܠܐ ܦܩܕ ܀

ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܥܠܝܐ ܢܦܩܢ ܒܝ̈ܫܬܐ ܘܛܒ̈ܬܐ . ܗ̄ . ܒܝ̈ܫܬܐ ܩܪܐ ܠܡܫܢܩܐ ܕܝܢܐ . ܘܛܒ̈ܬܐ ܠܦܘܪܥܢܐ ܕܡܝܬܪ̈ܬܐ ܀

ܡܢܐ ܡܬܚܫܒ ܒܪܢܫܐ . ܗ̄ . ܡܢܐ ܡܬܚܫܒ ܕܠܩܐ ܥܠ ܕܚܛܐ ܀

ܘܐܠܘ ܢܒܨܐ ܐܘܪ̈ܚܬܢ ܘܢܐܡܪ . ܗ̄ . ܐܠܘ ܫܘܝܢ ܗܘܝܢ ܠܡܪ̈ܕܘܬܐ ܗܠܝܢ ܀ ܢܬܦܢܐ ܠܘܬ ܡܪܝܐ ܘܠܐ ܢܬܟܣܐ ܀

ܘܢܫܩܘܠ ܠܒ̈ܝܢ ܥܠ ܐܝ̈ܕܝܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ . ܗ̄ . ܕܢܪܝܡ ܠܒ̈ܝܢ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܘܠܐ ܢܬܪܓܙ ܀

ܚܢܢ ܐܥܘܝܢ ܐܝܟ ܕܒܟܠ ܙܒܢ . ܗ̄ . ܘܗܘ ܐܝܟ ܕܥܝܕ ܗܘܐ ܕܢܫܒܘܩ ܠܐ ܫܒܩ ܀

[1] *Matth.* V, 39.

[a] Hucusque cod. vat.

superest retributio et spes promissa in cœlo non autem in terra hæreditatis eorum.

30. *Dabit maxillam suam percutienti se,* idem est ac illud : *Si quis te percusserit in maxilla tua, præbe ei et alteram*[1].

33. *Quia non respondet ex corde qui humiliat filios fortium.* Nempe, si in tempore tribulationis afflictis non respondet propter peccata eorum, attamen ipse ex corde suo, id est ex ardenti misericordia cordis sui humiliat filios fortium.

35. *Ad inclinandum judicium viri in conspectu altissimi.* Si judicium inclinaverit hominem coram Deo, *nonne Dominus videbit eum?*

37. *Quis est ille qui dixit et factum est?* i. e. quis est ex regibus qui dixit et fecit quod Dominus non præcepit?

38. *Ex ore altissimi exeunt mala et bona.* Mala appellat pœnas, bona vero retributionem virtutum.

39. *Quid recogitat homo?* Quid recogitat qui vapulat quia peccavit?

40. *Utinam perscrutemur vias nostras et dicamus,* i. e. utinam digni efficiamur hisce castigationibus, *et revertamur ad Dominum* ut non reprehendamur.

41. *Et portemus corda nostra super manus nostras ad Deum,* i. e. extollamus corda nostra ad Deum et non irascamur.

42. *Nos inique egimus in omni tempore,* ille autem non dimisit sicut dimittere solebat.

ܛܠܠܬ ܒܪܘܓܙܟ ܘܪܕܦܬܢ . ܗ̄ . ܘܗܦܟܬ ܒܪܘܓܙܟ ܝܡܝܢܐ ܕܡܛܠܠܐ ܗܘܬ ܥܠܝܢ ܘܪܕܦܬܢ ܠܒܒܠ ܀

ܨܡܬܘ ܒܓܘܒܐ ܚܝܝ . ܗ . ܒܒܒܠ ܀

ܩܪܝܬܟ ܒܝܘܡܐ ܩܕܡܝܐ ܘܐܡܪܬ ܠܝ ܕܠܐ ܬܕܚܠ . ܗ̄ . ܥܠ ܕܡܠܝܟ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܦܘܢܝܐ ܀

ܕܐܢܬ[a] ܡܪܝܐ ܕܝܢܐ ܕܢܦܫܝ ܘܦܪܩܬ ܚܝܝ . ܗ̄ . ܥܠ ܕܚܪܒ ܠܒܒܠܝܐ ܘܦܪܩ ܠܗܘܢ ܕܝܠܗܘܢ ܀

ܘܟܠ ܕܐܬܚܫܒܘ ܥܠܝ ܫܡܥܬ ܡܪܝܐ ܚܣܕܝܗܘܢ ܕܐܕܘܡܝܐ . ܗ̄ . ܟܕ ܕܐܡܪܘ ܥܪܘ ܥܪܘ ܥܕܡܐ ܠܫܬܐܣܘܗܝ ܀

ܬܦܪܘܥ ܠܗܘܢ ܠܐܕܘܡܝܐ ܦܘܪܥܢܝܗܘܢ . ܘܒܪܘܓܙܟ ܬܬܒܪ ܐܢܘܢ . ܗ̄ . ܟܝ ܦܐܝܐ ܗܝ ܥܠ ܐܕܘܡܝܐ ܘܚܣܕܝܗܘܢ . ܐܠܐ ܘܐܦ ܥܠ ܒܒܠܝܐ ܪ̈ܕܘܦܝܗܘܢ ܬܘܒ ܦܐܝܐ ܀

43. *Obruisti in ira tua et persecutus es nos,* i. e. retraxisti in ira tua dexteram quæ nos protegebat et persecutus es nos usque in Babylonem.

53. *Silentio operuerunt in fovea,* in Babylone, *vitam meam.*

56. *Invocavi te in die prima, et dixisti : ne timeto,* quia promissus erat eis reditus.

58. *Judicasti, Domine, judicium animæ meæ et salvasti vitam meam,* quia scilicet destruxit Babylonios et salvavit suos.

61. *Et omnia quæ excogitaverunt contra me. Audivi, Domine, probra eorum, scilicet Idumæorum,* quando dixerunt: *Nudate, nudate usque ad fundamenta ejus*[1].

64. *Redde eis, scilicet Idumæis*[2], *retributiones eorum et in ira tua frange eos.* Quadrat quidem hoc in Idumæos et in exprobrationes eorum, sed et in Babylonios Judæorum persecutores quadrat.

CAPUT IV.

ܐܝܟܢܐ ܡܬܒܣܪܐ ܕܗܒܐ ܛܒܐ . ܘܡܬܕܪܝܢ ܟܐܦܐ ܩܕܝܫܬܐ ܀ ܘܡܫܬܕܝܢ ܒܫܘܩܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܒܪܝܫ ܟܠܗܘܢ ܫܘ̈ܩܐ . ܗ̄ . ܒܢܝ̈ ܟܗ̈ܢܐ ܕܒܫܘ̈ܩܐ ܡܢ ܟܦܢܐ ܚܣܝܢ ܗܘܘ ܘܟܠܐ ܐܒܗ̈ܝܗܘܢ ܕܒܟܠܗܘܢ ܫ̈ܘܩܝܢ ܩܛܝܠܝܢ ܗܘܘ ܀

ܥܪܛܠܘ ܐܝܟ ܬܪܘܪܐ ܕܗܒܝܗܘܢ ܘܐܝܢܩܘ[b]

CAPUT IV.

1. *Quomodo contemnitur aurum bonum ?* i. e. populus electus. *Et disjiciuntur lapides sanctuarii in capite omnium platearum ?* i. e. filii sacerdotum qui in plateis præ fame deficiebant. Hoc etiam (intelligi potest) de patribus eorum qui in omnibus plateis interficiebantur.

3. *Nudaverunt ut canes aurei*

[1] *Psal.* CXXXVI, 7.

[a] ܕܐܢܬ pro ܕܐܢ̄ܬ — [b] Cod. ܐܝܢܩܘ .

[2] Quum ܐܕܘܡܝܐ interdum pro ܐܪܡܝܐ ponatur, forsan hic et supra Aramæi intelligendi sunt.

ܒܢܝܗܘܢ . ܗ̄ . ܐܘ ܕܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܚܠܒܐ ܡܢ ܚܘܣܪ ܡܐܟܘܠܬܐ . ܐܘ ܕܠܐ ܕܒܫܒܝܐ ܘܠܐ ܒܒܗܬܬܐ ܓܠܝܢ ܬܕܝܗܘܢ ܘܐܝܢܩܘ ܒܢܝܗܘܢ ܀

ܕܒܩ ܠܫܢܗ ܕܝܠܘܕܐ ܠܚܟܗ . ܗ̄ . ܒܨܗܝܐ ܕܫܒܝܐ ܀

ܫܐܠܘ ܠܚܡܐ ܘܠܐ ܐܝܬ ܕܦܪܣ . ܗ̄ . ܒܡܕܝܢܬܐ ܀ ܕܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܦܘܢܩܐ ܗܐ ܪܡܝܢ ܒܫܘܩܐ ܘܕܐܬܪܒܝܘ ܥܠ ܐܣܘܪ̈ܓܬܐ ܗܐ ܕܡܟܝܢ ܒܩܩܠܬܐ . ܗ̄ . ܒܫܘܩܐ ܕܡܕ̈ܝܢܬܐ ܕܒܒܠ ܘܒܩܩܠܬܐ ܕܪ̈ܕܘܦܐ ܀

ܕܟܘ ܢܙܝܪ̈ܘܗ̄ ܡܢ ܬܠܓܐ ܘܣܡܩܘ ܡܢ ܣܪܕܝܢ . ܗ̄ . ܒܙܒܢ ܓܐܝܘܬܗܘܢ ܀

ܒܙܒܢ ܡܘܟܟܗܘܢ ܢܕܘ ܪ̈ܘܪܒܢܘܗ̄ ܠܡܗܠܟܘ ܒܫܘܩܐ ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ ܠܡܩܪܒ ܠܠܒܘܫܐ . ܗ̄ . ܥܠ ܕܐܬܦܠܦܠܘ ܒܕܡܐ . ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ ܠܡܩܪܒ ܠܠܒܘܫܐ ܕܢܦܫܗܘܢ ܀

ܣܟܝܬܢ ܕܝܘܢ ܕܩܘܝ ܠܘܬ ܥܡܐ ܕܠܐ ܦܪܩ . ܗ̄ . ܠܘܬ ܥܡܐ ܕܡܨܪ̈ܝܐ ܕܠܐ ܦܪܩ ܀

ܦܪܨܘܦܗ ܕܡܪܝܐ ܦܠܓ ܐܢܘܢ . ܗ . ܠܐܪ̈ܒܥ ܦܢܝܢ ܀ ܒܐܦ̈ܝ ܟܗܢ̈ܐ ܠܐ ܢܣܒܘ ܘܥܠ ܣ̈ܒܐ ܠܐ ܐܬܪܚܡܘ . ܗ̄ . ܗܢܘܢ ܪ̈ܕܘܦܐ ܀

ܨܕܘ ܠܙܥܘܪ̈ܝܢ ܠܡܗܠܟܝܢ ܒܫܘܩܐ . ܥܠ ܛܘ̈ܪܐ ܪܕܦܘܢ ܀ ܠܫܠܡ ܕܐܘܪܫܠܡ . ܚܪܒܘ . ܘܒܒܩܥܬܐ ܕܐܝܪܝܚܘ ܨܕܘ ܠܡܠܟܢ ܀

ubera sua et lactaverunt catulos suos. Hoc significat aut quod defectu ciborum lac non haberent, aut quod in captivitate absque pudore nudarunt ubera sua ad lactandos filios suos.

4. *Adhæsit lingua infantis palato ejus*, præ siti in captivitate.

5. *Petierunt panem et non erat qui porrigeret* in civitate. *Qui comedebant delicias* ecce jacent in plateis, *qui nutriebantur in croceis, ecce dormiunt in sterquiliniis*, i. e. in plateis urbium Babyloniæ et in sterquiliniis persecutorum.

7. *Candidiores sunt nazarei ejus lacte*[1], *et rubicundiores sunt sardio*, scilicet in tempore magnificientiæ eorum.

14. In tempore humiliationis *vacillarunt principes ejus* ambulantes *in plateis et non potuerunt accedere ad vestes*, i. e. quia *aspersi fuerunt sanguine* non potuerunt accedere ad vestes animæ suæ.

16. *Frustra speculati sunt speculatores versus populum minime liberaturum*, i. e. versus populum Ægypti qui non liberat.

18. *Vultus Domini dividit eos* in quatuor partes (terræ). *Personas sacerdotum non acceperunt, et senum non sunt miserti* isti persecutores.

18. *Venati sunt minutissimos quosque, eos qui ambulabant in plateis. Super montes persecuti sunt nos*, in Jerusalem destruxerunt et in valle Jericho regem nostrum insidiis exceperunt.

[1] Pro « *lacte* » Versio simplex cum Vulgata et LXX habet « nive » Hebræus autem habet חלב *lac*.

ܪܘܚܐ ܕܐܦܝܢ ܡܫܝܚܗ ܕܡܪܝܐ . ܗ̄ܘ . ܢܫܡܬܐ
ܕܢܦܫܢ ܡܫܝܚܗ ܕܡܪܝܐ . ܢܬܐܚܕ ܒܓܘܡܨܐ :
ܪܘܚܢܐܝܬ ܠܒܪܐ ܡܫܝܚܗ ܕܐܒܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ
ܚܝܝܢ ܫܪܝܪܐ ܪ̈ܐܙ ܐܬܚܒܠ . ܗܘ ܕܐܬܬܚܕ
ܒܚܛܗ̈ܝܢ . ܣܘܥܪܢܐܝܬ ܕܝܢ ܠܘܬ ܨܕܩܝܐ
ܓܕܫܐ . ܕܐܬܩܪܝ ܡܫܝܚܗ ܕܡܪܝܐ ܡܛܠ
ܡܠܟܘܬܐ ܗܘ ܕܐܡܪܢ ܕܒܛܠܠܗ ܢܚܐ ܒܗ
ܒܥܡ̈ܡܐ ܕܚܕܪ̈ܝܢ ܠܢ . ܗܕܐ ܫܠܡܐ ܗܝ ܥܠ
ܡܪܢ ܕܐܬܬܚܕ ܒܓܘܡܨܗܘܢ ܘܐܙܩܦܘܗܝ
ܠܨܠܝܒܐ . ܘܐܡܪܘ ܥܠܘܗܝ ܕܥܡ ܩܠܝܘܦܐ
ܕܡܣܟܝܢ ܗܘܝܢ ܕܗܘ ܥܬܝܕ ܗܘܐ ܕܢܦܪܘܩܝܘܗܝ
ܠܐܝܣܪܝܠ ܀

ܪܫܐ ܕܡܕ̈ܝܢܬܐ ܗܘܬ ܠܡܕܐܬܐ . ܗ̄ܘ . ܠܦܪܥܘܢ
ܘܠܢܒܘܟܕܢܨܪ ܀

ܩܪܝܬ ܫܡܟ ܡܪܝܐ . ܡܢ ܓܘܒܐ ܬܚܬܝܐ .
ܫܡܥܬ ܩܠܝ . ܥܠ ܢܦܫܗ ܐܡܪ . ܐܝܟ
ܕܦܪܥܬ ܠܗܘܢ ܕܐܪܡܝܘܢܝ ܒܓܘܒܐ . ܦܪܘܥ
ܐܦ ܠܗܘܢ ܕܐܚܬܘܗܝ ܠܥܡܐ ܠܓܘܒܐ
ܬܚܬܝܐ . ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܒܒܠ ܀

20. *Spiritus narium*[1] *nostrarum unctus Domini,* spiraculum animæ nostræ unctus Domini. *Capietur in fovea.* His spiritualiter significat Filium, Unctum Patris, qui est vera nostra vita, qui in peccatis nostris irretitus fuit; realiter autem hæc acciderunt Sedeciæ, qui vocatus est Unctus Domini propter regnum, *sub cujus umbra dicebamus nos victuros inter gentes* quæ nos circumdant. Hoc refertur ad Dominum nostrum qui captus est in fovea eorum et ab eis in cruce suspensus. De illo quippe dixerunt qui cum Cleopha erant: *Nos sperabamus quia ipse esset salvaturus Israel*[2].

Caput urbium facta est sub tributo[3], Pharaoni et Nabuchodonosori.

Invocavi nomen tuum, Domine e lacu inferiori[4]. *Vocem meam audisti.* De se loquitur. Sicut retribuisti iis qui projecerunt me in lacum, retribue etiam iis qui adduxerunt populum in lacum inferiorem, id est in Babylonem.

CAPUT V.

ܢܦܫܢ ܝܗܒܢ ܚܠܦ ܠܚܡܐ . ܕܠܐ ܡܢ ܩܕܡ
ܚܪܒܐ ܢܫܠܛ ܟܦܢܐ ܀

ܡܨܪ̈ܝܐ ܝܗܒܘ ܐܝܕܐ . ܗ̄ܘ . ܐܪܦܝܘ ܐܝ̈ܕܝܐ :
ܐܝܟ ܗܝ ܕܒܒܠ ܝܗܒܬ ܐܝܕܐ ܀ ܘܐܬܘܪܝܐ
ܠܡܣܒܥܘ ܠܚܡܐ . ܗ̄ܘ . ܙܕܩܬܐ ܠܫܒܝܐ ܐܘ

9. *Animam*[5] *nostram obtulimus pro pane* ne fames ante gladium nos consumat.

5. *Ægyptii dederunt manum,* i. e. relaxaverunt manus, sicut Babylon dedit manus. *Et Assyrii ut pane satiant* i. e. eleemosynam dent aut iis qui in captivitate de-

[1] Minus recte in Polyglottis Londin. « facierum. »
[2] *Luc.* XXIV, 21.
[3] *Thren.* I, 1. Videtur amanuensis quædam hic aliunde apposuisse.
[4] Threni III, 5.
[5] Differt a vers. simpl.

ܦܠܓܝܢ ܕܒܡܥܒܪܐ . ܐܘ ܟܕ ܥܒܪܝܢ ܠܘܬܗܘܢ ܀
ܥܒܪܘ ܥܒܪܘ . ܗ̄ . ܗܠܝܢ ܪ̈ܕܘܦܐ ܐܡܪܝܢ
ܗܘܘ ܠܥܡܐ ܀ ܬܘܒ ܓܝܪ ܠܐ ܡܘܣܦܝܬܘܢ .
ܗܘܝܢ . ܠܡܥܡܪ ܬܘܒ ܒܐܬܪܟܘܢ ܀

ܡܫܟܢ ܐܝܟ ܕܡܢ ܬܢܘܪܐ ܐܬܟܡܪܘ ܐܘܟܡܘ
ܫܚܪܘ ܘܩܠܘ ܐܘܟܡܘ ܩܡܛܘ ܘܐܘܟܡܘ .
ܦܪ̈ܨܘܦܝܗܘܢ ܡܢ ܩܕܡ ܛܘܪܦܐ ܕܟܦܢܐ . ܗ̄ .
ܡܢ ܫܘܦܐ ܀

ܪ̈ܘܪܒܢܐ ܒܐܝ̈ܕܝܗܘܢ ܐܬܬܠܝܘ . ܗ̄ . ܡܢ ܪ̈ܕܘܦܐ
ܐܬܬܠܝܘ ܀

ܥܠܝ̈ܡܐ ܛܚܢܘ ܪܚܝܐ . ܗܘܘ ܠܫܒܘ̈ܝܐ ܀
ܘܥܠܝ̈ܡܐ ܒܩܝ̈ܣܐ ܐܬܬܦܠܘ ܀ ܗ̄ . ܒܩܝ̈ܣܐ
ܕܦܠܛܝܢ ܗܘܘ ܠܪ̈ܘܪܒܢܐ ܀

ܣܒ̈ܐ ܡܢ ܬܪܥܐ ܒܛܠܘ . ܗ̄ . ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܕܝܢܐ ܀
ܥܠܝ̈ܡܐ ܡܢ ܚܕܘܬܗܘܢ . ܗ̄ . ܡܫܬܘ̈ܬܗܘܢ ܀

ܢܦܠܬ ܟܠܝܠܐ ܕܪܫܢ . ܗ̄ . ܕܨܕܩܝܐ ܀ ܘܝ
ܠܢ ܕܚܛܝܢ . ܗ̄ . ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܗܐ
ܡܫܬܒܝܢܢ ܀

ܥܠ ܛܘܪܐ ܕܨܗܝܘܢ . ܗ̄ . ܥܠ ܡܩܕܫܐ
ܕܒܢܐ ܒܛܘܪܐ ܕܨܗܝܘܢ ܀

ܘܐܢܬ ܡܪܝܐ ܠܥܠܡ ܩܐܡ ܐܢܬ . ܘܫܪܟܐ ܀
ܐܢ ܚܪܒ ܒܝܬ ܡܫܪܝܢ . ܟܘܪܣܐ ܫܘܒܚܟ
ܩܐܡ ܗܘ ܒܫܡܝܐ ܀

ܚܕܬ ܝܘܡܝܢ . ܘܫܪܟܐ ܀ ܐܬܕܟܪ ܠܢ
ܘܦܪܘܩܝܢ . ܐܝܟ ܕܦܪܩܬ ܡܢ ܡܨܪܝܢ ܀

ܫܠܡ ܦܘܫܩܐ ܕܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ . ܕܡܪܝ
ܐܦܪܝܡ .

[1] *Isai.* LXII, 10.

gunt, aut iis juxta quos transeunt.

Transite, transite[1]. Persecutores hæc populo dicebant. *Etenim non addetis iterum*, i. e. non habitabitis iterum in regione vestra.

10. *Pellis nostra ut in fornace corrugata est*, seu exusta est, *et atratæ sunt* seu corrugatæ et lividæ factæ sunt personæ eorum coram *cruciatum famis*, i. e. ex uredine.

12. *Magnates manibus eorum suspensi fuerunt*, i. e. a persecutoribus suspensi fuerunt.

13. *Adolescentes agitarunt molas* captivatoribus. *Et juvenes ad ligna impegerunt*, ad ligna quæ pro magnatibus colligebant.

14. *Senes a portis cessabunt*, a porta judicis. *Adolescentes a gaudiis suis*, a conviviis suis.

16. *Cecidit corona capitis nostri*, corona Sedeciæ. *Væ nobis quia peccavimus*, et idcirco ecce in captivitatem redigimur.

18. *Super montem Sion*, i. e. super sanctuarium quod ædificatum est in monte Sion.

19. *Tu vero, Domine, in æternum stas*, etc. Si destruitur domus habitationis nostræ, thronus gloriæ tuæ stat in cœlo.

21. *Restaura dies nostros*, etc. Memento nostri et salva nos sicut salvasti ex Ægypto.

Explicit Mar Ephræmi commentarium in Jeremiam prophetam.

ܦܘܫܩܐ ܕܝܘܢܢ ܢܒܝܐ : ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ .
ܣܘܥܪܢܐܝܬ : ܘܒܙܒܢ ܙܒܢ ܪܘܚܢܐܝܬ .

ܝܘܢܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܩܘܪܝܬ ܕܒܢܪܝܢ . ܘܟܕ ܗܦܟ ܡܢ ܟܪܘܙܘܬܐ . ܕܢܝܢܘܝܐ . ܢܣܒ ܠܐܡܗ ܘܠܐܪܥܐ ܕܫܪܒܬܐ ܚܪܢ ܥܒܪ . ܗܘܐ ܕܝܢ ܠܨܘܪ : ܐܡܪ ܗܘܐ ܓܝܪ . ܕܥܪܩܐ ܥܒܕܬ ܐܢܐ ܚܣܕܐ . ܡܛܠ ܕܓܠܬ ܒܟܪܘܙܘܬܐ . ܕܥܠ ܢܝܢܘܐ ܀

EJUSDEM MAR EPHRÆMI

IN JONAM PROPHETAM COMMENTARIUM LITTERALE INTERDUMQUE MYSTICUM.

Jonas erat e vico Narin. Postquam reversus est a prædicatione Ninivitarum, assumpta matre sua, migravit in terram tribus Hernah, nempe in Tyrum. Dicebat quippe : sic effugiam opprobrium quo affi cior ex mendaci prædicatione contra Ninivitas[1].

CAPUT I.

ܘܗܘܐ ܦܬܓܡܗ ܕܡܪܝܐ ܥܠ ܝܘܢܢ ܒܪ ܡܬܝ ܠܡܐܡܪ . ܩܘܡ ܐܙܠ ܠܢܝܢܘܐ ܡܕܝܢܬܐ ܪܒܬܐ . ܘܓ . ܐܬܢܒܝ ܗܘܐ ܝܘܢܢ ܒܝܘܡܝ ܚܙܩܝܐ . ܥܕ ܠܐ ܢܣܩܘܢ ܚܝܠܘܬܗ ܕܣܢܚܪܝܒ ܘܢܦܠܘܢ ܥܠ ܐܘܪܫܠܡ ܀ ܩܘܡ ܐܙܠ ܠܢܝܢܘܐ ܀ ܨܒܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܡܪܝܐ ܕܢܫܕܪܝܘܗܝ ܠܢܝܢܘܐ . ܡܛܠ ܬܪܬܝܢ ܀ ܚܕܐ ܡܢ ܕܒܝܕ ܟܪܘܙܘܬܗ ܢܦܢܘܢ ܐܦ ܠܕܚܠܬܗ . ܘܐܦܢ ܚܢܦܐ ܗܘܘ ܘܠܡܪܝܐ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ . ܐܠܐ ܟܕ ܥܠ ܚܘܒܠܐ ܘܬܘܟܣܐ ܕܝܠܗܘܢ ܘܕܡܕܝܢܬܗܘܢ ܫܡܥܝܢ ܗܘܘ . ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܕܗܘ ܕܥܬܝܕ ܡܬܬܦܢܝܢ ܗܘܘ ܘܦܢܝܢ ܠܕܚܠܬܗ ܕܡܪܝܐ ܀ ܘܬܪܬܝܢ ܕܝܢ ܕܒܗܕܐ ܢܬܒܗܬܘܢ ܝܣܪܝܠ . ܕܥܡܡܐ ܕܠܐ ܝܕܥܘܗܝ ܘܠܐ ܠܢܡܘܣܗ ܕܡܘܫܐ ܫܡܥܘ : ܘܐܦܠܐ ܚܝܠܐ ܐܚܙܝܘܗܝ ܗܘܘ . ܬܒܘ ܒܟܪܘܙܘܬܗ ܕܝܘܢܢ . ܘܐܫܬܘܕܥܘ ܠܐܠܗܐ ܀ ܘܬܘܒ ܢܝܢܘܐ ܡܕܝܢܬܐ ܛܘܦܣܐ ܗܝ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܀

CAPUT I.

1. *Et factum est verbum Domini ad Jonam filium Mathæi*[2] *dicens : Surge, vade in Niniven civitatem magnam.* Prædicavit Jonas in diebus Ezechiæ, antequam ascenderent Sennacheribi copiæ et corruerent in Jerusalem. *Surge, vade in Niniven.* Volebat autem Deus illum mittere in Niniven propter duo : unum quidem, ut per ejus prædicationem Ninivitas etsi ethnicos et Dominum ignorantes ad suum cultum reduceret, ut, inquam, quum audirent imminentem suam suæque urbis ruinam et excidium, timore futuri istius excidii corriperentur et ad Domini cultum reducerentur ; alterum, ut hoc facto Israelitas confusione operiret, quod gentes quæ Deum ignorabant et legem Moysi non audierant et miracula non viderant sicut Israelitæ pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ et Deum agnoverunt. Porro Ninive figura est hujus mundi.

[1] Idem narratur in libro *De Vitis prophetarum* inter opera dubia S. Epiphanii. *Patrol. gr.* XLIII, 407.

[2] Hebr. Amathi.

ܥܪܩ ܕܝܢ ܠܬܪܫܝܫ ܗܘܐ ܢܒܝܐ ܝܘܢܢ . ܗ̄ܘ . ܗܘ ܡܢ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܥܪܩ ܝܘܢܢ ܠܬܪܫܝܫ . ܡܛܠ ܕܣܒܪ ܗܘܐ ܒܦܫܝܛܘܬܗ ܕܒܐܘܪܫܠܡ ܐܬܪܐ ܩܕܝܫܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܐܠܗܐ . ܘܥܠ ܗܘ ܕܠܐ ܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܐܙܠ ܠܢܝܢܘܐ ❖ ܕܢܟܪܙ ܬܝܒܘܬܐ . ܐܦ ܗܘ ܕܠܐ ܓܝܪ ܠܥܡ̈ܡܐ ܐܫܬܕܪܘ ܢܒܝ̈ܐ . ܘܟܪܝܐ ܗܘܐ ܘܡܬܟܬܫ ܗܘܐ . ܕܚܙܐ ܗܘܐ ܠܛܝܒܘܬܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܥܒܪܐ ܠܗ ܓܝܪ ܠܥܡ̈ܡܐ . ܘܐܝܟ ܗܘ ܕܡܬܛܪܕ ܠܗ ܐܝܣܪܐܝܠ ܡܢ ܒܝܬܘܬܐ ❖

ܘܗܘܐ ܥܠܥܠܐ ܒܝܡܐ . ܘܐܠܦܐ ܡܬܛܪܦܐ ܗܘܬ ܠܡܬܬܒܪܘ . ܝܘܢܢ ܕܝܢ . ܢܚܬ ܠܗ ܠܠܓܘܐ ܘܕܡܟ . ܗ̄ܘ ܃ ܚܙܘ ܓܝܪ ܡܠ̈ܚܐ ܠܝܡܐ ܕܕܠܝܚ ܐܟܚܕܐ ܘܫܠܐ . ܕܠܝܚ ܗܘܐ ܓܝܪ ܥܠܝܗܘܢ ܃ ܘܫܠܐ ܥܠ ܐܠܦ̈ܐ ܕܚܕܪ̈ܝܗܘܢ ❖

ܘܐܪܡܝܘ ܦܣ̈ܐ ܘܢܦܩܬ ܦܣܬܗ ܕܝܘܢܢ . ܡܛܠ ܕܗܐ ܝܡܐ ܐܙܠ ܘܡܬܕܠܚ ܥܠܝܢ ❖ ܐܡܪܘ ܗܘܟܝܠ ܡܠ̈ܚܐ ܒܝܢܬܗܘܢ . ܬܘ ܢܪܡܐ ܦܣ̈ܐ . ܘܢܕܥ ܒܝܫܬܐ ܗܕܐ ܡܛܠ ܡܢ ܐܬܬ ܥܠܝܢ ❖ ܘܐܪܡܝܘ ܦܣ̈ܐ . ܘܟܕ ܢܦܩܬ . ܥܠܘܗܝ ܃ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܫܩܘܠܘܢܝ ܘܐܪܡܘܢܝ ܒܝܡܐ ܘܗܘܐ ܐܫܬܠܝ ܠܗ ܝܡܐ . ܘܕܚܠܘ ܐܢܫܐ ܗܢܘܢ ܘܕܒܚܘ ܕܒܚ̈ܐ . ܘܢܕܪܘ ܢܕܪ̈ܐ . ܘܩܪܘ ܡܠ̈ܚܐ ܠܡܪܝܐ ܘܐܡܪܘ . ܡܪܝܐ ܠܐ ܢܐܒܕ ܒܢܦܫܗ ܕܓܒܪܐ ܗܢܐ . ܗ . ܗܘ ܡܢ ܕܩܪܘ ܡܠ̈ܚܐ ܠܡܪܝܐ ܃ ܘܒܥܘ ܕܠܐ ܢܐܒܕܘܢ ܡܛܠ ܝܘܢܢ ܘܠܐ ܢܬܚܝܒܘܢ ܒܡܘܬܗ ܐܦ ܗܘ ܕܢܒ̈ܝܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܕܝܢ ܕܡܬܢܒܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܚܘܒܗ ܘܡܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ ܕܠܐ ܢܐܒܕܘܢ ܡܢ ܚܝ̈ܐ . ܟܕ ܕܨܠܒܝܢ ܗܘܘ ܡܘܬܐ ܥܠ ܐܠܗܐ ❖ ܘܗܘ ܕܐܡܪ ܝܘܢܢ

3. *Fugit autem in Tharsis propheta Jonas.* Fugiebat Jonas in Tharsis, quia in simplicitate sua putabat sanctum Dei habitaculum esse in Jerusalem (et non alibi), et quia nolebat ire in Niniven ad prædicandam pœnitentiam, ut hac ratione significaret prophetas ad gentes missos non esse. Dolebat autem et moleste ferebat quod videret gratiam prophetiæ transire ad gentes Israelemque quasi e domo expelli.

4. *Et facta est tempestas in mare, et navis jactabatur ut contereretur, Jonas autem descendit ad interiora navis et dormivit.* Viderunt autem nautæ mare turbatum simul et tranquillum, turbatum pro eis, tranquillum pro ceteris in circuitu navibus.

7-14. *Et miserunt sortes et exivit sors Jonæ... Ecce mare it et turbatur contra nos. Dixerunt igitur nautæ ad invicem : mittamus sortes ut sciamus propter quemnam hoc malum venit super nos*[1]. *Et miserunt sortes. Quum autem sors in Jonam cecedisset, dixit eis: Tollite me et mittite in mare. Et sedatum est mare. Et timuerunt viri illi et immolaverunt hostias et voverunt vota. Et clamaverunt nautæ ad Dominum et dixerunt : Quæsumus, Domine, ne pereamus in anima viri hujus.* Quod invocarunt nautæ Dominum et rogarunt ut non perirent propter Jonam et rei non traducerentur propter mortem ejus, figura est prophetarum san-

[1] Scriba ordinem textus perturbavit.

ܡܣܬܡܠܝܢ ܘܐܬܡܣܝܢ. ܐܪܙܐ ܗܘܐ ܪܒ ܗܘ.
ܡܠܦ ܠܢ ܓܝܪ ܕܒܨܒܝܢܗ ܕܥܡܢܘܐܝܠ:
ܩܒܠ ܗܘܐ ܒܠܗܘܢ ܚܫܐ ✣ ܘܗܝ ܕܐܫܬܠܝ
ܝܡܐ ܡܢ ܒܪܬܚܘܬܗ ܡܢ ܒܬܪ ܕܐܫܬܕܝ ܒܗ
ܝܘܢܢ ܀ ܒܥܠܡܐ ܪܡܙ. ܕܐܫܬܠܝܬ ܗܝܕܝܢ
ܪܘܚܐ ܒܝܫܬܐ ܀ ܡܢ ܒܬܪ ܡܘܬܗ ܕܥܡܢܘܐܝܠ ✣

ctorum. Hi quippe, ubi prophetabant super passionem et mortem Christi, rogabant ut contemptores non reputarentur quia super mortem Dei scribebant. Quod autem dixit Jonas: *Tollite me et mittite in mare* mysterium est magnum. Docet quippe Emmanuelem sua voluntate passiones in se suscepisse. Quod denique quievit mare a fervore suo, postquam in illud projectus est Jonas, significat in mundo siluisse Spiritum nequam post mortem Emmanuelis.

CAPUT II.

ܢܘܢܐ ܪܒܐ ܕܒܠܥܗ ܠܝܘܢܢ. ܛܘܦܣܐ ܕܡܘܬܐ
ܕܒܠܥܗ ܠܡܪܢ ✣ ܘܗܝ ܕܗܘܐ ܝܘܢܢ ܒܡܥܘܗܝ
ܕܢܘܢܐ[a] ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ. ܗܝ ܗܘ ܕܗܘܐ ܡܪܢ
ܒܡܬܚܬܝܬܗ ܕܐܪܥܐ ܬܠܬܐ ܐܝܡܡܝܢ ܘܬܠܬܐ
ܠܠܝܘܢ ✣ ܗܝ ܕܚܝ ܗܘܐ ܝܘܢܢ ܒܡܥܘܗܝ
ܕܢܘܢܐ ܗܝ ܗܘ ܕܐܦ ܡܪܢ ܚܝ ܗܘܐ. ܐܦ
ܟܕ ܩܒܝܪ ܗܘܐ ܒܩܒܪܐ ܩܕܝܫܐ ✣

ܘܗܝ ܕܡܨܠܐ ܗܘܐ ܒܟܪܣܗ ܕܢܘܢܐ ܪܐܙ ܗܝ
ܕܐܦ ܡܫܝܚܐ ܟܕ ܐܒܘܗܝ ܡܡܠܠ ܗܘܐ.
ܐܦ ܟܕ ܒܫܝܘܠ ܚܒܝܫ ܗܘܐ. ܚܝܐ
ܘܚܝܠܬܢܐ ܘܡܚܝܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ✣

ܘܗܝ ܕܐܡܪ ܕܢܝܢܘܐ ܡܪܕܐ ܕܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ.
ܗ̄ܘ. ܕܠܐ[b] ܡܕܝܢܬܐ ܐܪܝܟܐ ܗܘܬ ܡܪܕܐ ܕܬܠܬܐ
ܝܘܡܝܢ ܐܠܐ ܕܒܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܡܣܬܟܡ ܟܠܗ̇

CAPUT II.

1. Piscis magnus qui deglutivit Jonam figura est mortis quæ absorbuit Dominum nostrum. Fuit Jonas in visceribus piscis tribus diebus; hac re significatur Dominum nostrum tribus diebus et tribus noctibus fuisse in inferioribus terræ partibus[1]. Vivus perstitit Jonas in visceribus piscis et vivus permansit Dominus noster etiam postquam in sancto sepulchro conditus fuit.

2. Jonas in ventre piscis preces fundebat; hac re significatur Christum, etiam quum esset in inferis inclusus, cum Patre suo locutum fuisse; vivus quippe, fortis et potestate resuscitandi etiam tunc præditus erat.

Quum dicit Niniven itinere trium dierum fuisse[2], non significat civitatem itinere trium dierum longam fuisse, sed spatio trium dierum

[1] Cfr. *Matth.* XII, 40.

[2] Infra III, 3.

[a] Cod. ܕܢܘܢ. — [b] Assem. ܗܘ ܕܗܘܝ.

ܡܕܝܢܬܐ ܟܪܘܙܘܬܗ ܕܝܘܢܢ ܀ ܒܝܘܡܐ ܩܕܡܝܐ
ܫܡܥ ܥܡܐ . ܘܒܬܪܗ ܕܐܬܝ ܪ̈ܫܢܐ . ܘܒܬܪܗ
ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܘܚܝܠܘܬܗ ܟܠܗܘܢ ܀ ܘܬܘܒ
ܐܚܪܢܐܝܬ .. ܒܝܘܡܐ ܩܕܡܝܐ ܫܡܥܘ ܓܡܝܪ̈ܐ .
ܘܒܬܪܗ ܙܕܝ̈ܩܐ . ܘܒܬܪܗ ܕܬܠܬܐ ܐܬܗܦܟܘ
ܐܢܫܐ ܀ ܘܢܝܢܘܐ ܛܘܦܣܐ ܗܝ ܕܥܠܡܐ .
ܘܝܘܢܢ ܢܚܘܐ ܠܢ ܠܒܪܐ ܐܠܗܐ . ܕܐܬܐ ܕܢܪܥܐ
ܠܥܠܡܐ ܥܡ ܐܒܘܗܝ . ܘܐܒܪ ܚܝܐ ܠܥܠܡܐ .
ܒܐܝܕܗ ܘܒܝܕ ܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܘܡܛܠ ܗܢܐ
ܫܡܥܘ ܠܡܣܒܪܢܘܬܗ ܘܡܠܠܘ ܠܦܘܩܕܢ̈ܘܗܝ
ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܓܡܝܪ̈ܐ ܕܠܐ ܐܬܐܣܪܘ ܒܐܪ̈ܥܢܝܬܐ .
ܘܠܐ ܢܦܫܗܘܢ ܠܥܠܡܐ ܘܫܡܫܘ ܒܪܓܬܗ .
ܘܛܟܣܐ ܕܬܪܝܢ . ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܚܒܫܘ ܗܘܘ
ܒܥܘܢ̈ܝܢܐ ܥܠܡܢ̈ܝܐ ܘܒܝܨܦܬܐ ܕܐܢ̈ܬܬܐ
ܘܒ̈ܢܝܐ . ܘܟܕ ܐܬܝܬ ܠܘܬܗܘܢ ܡܣܒܪܢܘܬܗ
ܕܡܫܝܚܐ . ܗܝܡܢܘܗ̇ ܘܥܒܕܘ ܟܐܢܘܬܐ .
ܒܨܠܘܬܐ ܒܨܘܡܐ ܘܒܙܕ̈ܩܬܐ
ܕܡܢ ܥܡ̈ܠܝܗܘܢ ܀ ܘܛܟܣܐ ܕܬܠܬܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܐܢ̈ܫܐ
ܡܢ ܥܡ̈ܡܐ ܘܡܢ ܝܗ̈ܘܕܝܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܕܗܝܡܢܘ
ܒܡܫܝܚܐ . ܘܗܢܘܢ ܦܫܝܛܐܝܬ ܘܗܕܝܘܛܐܝܬ
ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܀

totam civitatem audivisse prædicationem Jonæ[1]. Primo die audivit populus; secundo primores civitatis; tertio rex cum toto suo exercitu. *Aliter:* primo die audierunt perfecti; secundo justi; tertio pœnitentes. Ninive figura est mundi et Jonas repræsentat nobis Filium Dei, qui venit ut reconciliaret mundum cum Patre suo, salutemque mundo annuntiavit per se et per discipulos suos. Itaque primo omnium audierunt Evangelium ejus præceptaque adimpleverunt perfecti qui rebus terrenis non fuerant adstricti, nec animam suam mundo addixerant, nec ejus voluptates secuti erant. Ordo secundus eos complectitur qui negotiis sæcularibus implicati sunt per uxoris et liberorum curam. Quum eis allatum est Evangelium Christi, fide illud acceperunt et justitiam operati sunt in oratione, jejunio, et eleemosynis quas eorum labor peperit. Ordo tertius eorum est hominum sive ethnicorum sive Judæorum sive aliorum qui crediderunt in Christum et simplices ac rudes in hoc mundo vixerunt.

ܩܪܝܬ ܠܡܪܝܐ ܒܐܘܠܨܢܝ ܘܥܢܢܝ . ܗܕܐ ܨܠܘܬܐ
ܕܨܠܝ ܗܘܐ ܒܟܪܣܗ ܕܢܘܢܐ . ܨܠܘܬܐ ܗܘܬ
ܐܝܟ ܢܒܝܘܬܐ ܀ ܘܥܢܢܝ ܘܫܡܥ ܩܠܝ ܀
ܗܝ ܨܠܘܬܐ ܀ ܘܦܬܓܡܐ ܕܐܦ ܬܘܒ ܐܚܙܐ
ܠܗܝܟܠܟ ܩܕܝܫܐ ܀ ܗܕܐ ܢܒܝܘܬܐ ܗܝ ܀

3-5. *Invocavi Dominum in tribulatione mea et exaudivit me.* Hæc oratio quam adhibuit Jonas in ventre piscis oratio erat simul et prophetia. *Et exaudivit me, et audivit vocem meam.* Talis erat oratio. Verba autem: « *Ego rursus videbo templum sanctum tuum* » prophetia sunt.

[1] Idem ex Ephræmo scribit Gregorius Barhebræus in *Horreo mysteriorum* apud J. S. Assemanum, *Bibl. Orient.* I, 70.

CAPUT III.

ܘܫܪܝ ܝܘܢܢ ܠܡܥܠ ܠܢܝܢܘܐ ܡܗܠܟܬܐ ܕܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ. ܘܐܟܪܙ ܘܐܡܪ. ܥܘܕ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܢܝܢܘܐ ܡܬܗܦܟܐ ܀ ܒܝܘܢܝܐ ܕܝܢ ܐܡܪ ܕܥܘܕ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܢܝܢܘܐ ܡܬܗܦܟܐ. ܘܬܪܬܝܗܝܢ ܫܪܝܪܢ ܐܝܟ. ܗܟܢ ܓܝܪ ܟܬܝܒ ܒܥܒܪܝܐ. ܕܫܪܝ ܝܘܢܢ ܠܡܥܠ ܠܢܝܢܘܐ ܡܕܝܢܬܐ ܝܘܡܬܐ ܐܪܒܥܝܢ. ܘܝܕܥ ܠܡܕܥ ܕܠܐ ܡܫܟܚܐ ܗܘܬ ܕܗܕܐ ܡܕܝܢܬܐ ܬܗܘܐ ܡܗܠܟܐ ܕܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ. ܐܦܠܐ ܕܢܩܘܐ ܝܘܢܢ ܠܘܬܗ ܝܘܡܬܐ ܐܪܒܥܝܢ ܥܕܡܐ ܗܘܐ. ܠܡܚܙܐ ܕܡܢܐ ܗܘ ܕܗܘܐ. ܘܐܝܟܐ ܕܩܘܐ ܗܘܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ. ܘܟܕ ܫܡܫܐ ܡܡܚܐ ܥܠ ܪܫܐ ܕܢܒܝܐ ܒܚܘܡܗ ܟܕ ܩܪܐ ܣܠܩ ܥܠ ܪܝܫܗ ܘܡܟܣܝܐ ܡܛܠܠܐ ܗܘܐ ܠܗ: ܐܢ ܕܝܢ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܡܩܘܝܐ ܗܘܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܛܠܠ ܠܗ ܡܢ ܚܘܡܐ. ܡܛܠ ܡܢܐ ܡܢܘ ܐܡܪ ܕܒܪ ܠܠܝܐ ܗܘܐ ܘܒܪ ܠܠܝܐ ܐܒܕ. ܐܢ ܗܘ ܕܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܡܣܟܡܝܢ ܗܘܐ[a] ܕܢܚܪ ܠܗܘܢ ܕܗܘܐ ܀ ܗܟܢ ܗܘܟܝܠ ܗܘܐ ܫܟܚܝܢ ܦܦܘܢ. ܕܠܘܬ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܘܫܘܐ

4. *Et cœpit Jonas introire in Niniven itinere trium dierum, et prædicavit et dixit: Adhuc quadraginta dies, Ninive subvertetur.* In græco autem dixit : *Adhuc tres dies, Ninive subvertetur.* Utrumque verum est. Sic enim scriptum est in hebræis exemplaribus: *Cœpit Jonas introire in Niniven civitatem diebus quadraginta*[1]. Sciendum est impossibile esse ut ista civitas itineris esset quadraginta dierum et ut Jonas apud eam maneret quadraginta diebus, donec videret quid fieret. Ubinam enim Jonas mansisset? Præterea, dum solis æstus percutiebat caput prophetæ, cucurbita ascendit super caput ejus obumbrans eum ; si igitur per quadraginta dies cucurbita mansisset ut umbra sua Jonam ab æstu protegeret, quomodo dicere potuisset cucurbitam *una nocte exortam esse et uno die exaruisse,* si per

[1] Non ita habetur in hebræo. Quare suspicatur J. S. Assemanus, *Bibl. or.* I, 71, vel Ephræmum hebraico exemplari parem accurato usum fuisse, vel librarii incuria factum ut τὸ « quadraginta dies » cum introitu Jonæ in Niniven civitatem conjungeretur. Nam in textu legitur sic : « *Et cœpit Jonas introire in civitatem itinere diei unius et clamavit: Adhuc quadraginta dies et Ninive subvertetur.*

S. Ephræmus sequitur textum græcum eique adhæret. In sermone autem de *Pœnitentia Ninivitarum* adhæret versioni simplici et docet Ninivitas pœnitentiam egisse per « quadraginta dies. » Sic enim loquitur (*Opp. Syr. lat.* II, 373) : « Jonas numerabat dies, et Ninivitæ sua delicta ; supputabat Jonas noctes, Ninive sua deplorabat mala ; laboravit Ninive per *sex Hebdomadas* in fletu, vigilia et gemitibus. In umbraculo interim Jonas sedebat, dum Ninivitæ flerent in urbe. » Similia pluries habet in decursu carminis.

Ex præsenti loco sequi videtur Ephræmum græce doctum fuisse. At si attente consideretur nulla talis conclusio erui potest, ut ipse J. S. Assemanus, *Bibl. or.* I, 71 fatetur : « Ex quibus, inquit, discimus Ephræmum græci sermonis haud ignarum fuisse : nam versionis LXX interpretum meminit, *vel saltem versionem illam in syriacum versam fuisse.* » Utique nihil improbabile habet quod versio septuagintaviralis, quam multi Patres antiqui divinitus inspiratam esse docuerunt, jam sæculo IV cum aliis scriptis græcis syriace translata fuerit. Alia conjectura est quod Ephræmus aliquo versionis syriacæ codice usus sit, in quo ad marginem variæ lectiones et glossemata ex græco (ܡܢ ܝܘܢܝܐ) et ex hebræo (ܡܢ ܥܒܪܝܐ) appositæ erant. Quam conjecturam post Crednerum suam facit Cæsar a Lengerke, *Commentatio critica de Ephræmo Syro S. Scripturæ interprete*, Halis, 1828, p. 18, sqq. Utique labores Origenis circa textum veteris Testamenti in Hexaplis non fuerint incogniti Syris qui Scholam Edessenam tempore Ephræmi florentissimam frequentabant.

[a] Cod. Vat. apud Assem. B. O. I, 70 : ܡܢ .

ܡܬܗܦܟܐ . ܟܕ ܗܘ ܕܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܡܢ ܟܕ[a] ܕܐܬܠܥܣ ܣܟܝ ܡܢ ܢܘܢܐ ܆ ܘܥܕܡܐ ܕܡܪܕܝܬܐ ܕܐܘܪܚܐ ܒܝܘܡܐ ܕܡܛܐ ܠܢܝܢܘܐ ܡܥܡܘܪܝܢ[b] ܀ ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܕܟܐ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܘܢܝܢܘܐ ܡܬܗܦܟܐ . ܗܘܠܝܢ ܕܟܪܘܙܘܬܗ ܕܒܗ ܒܡܕܝܢܬܐ ܡܚܘܐ ܠܢ . ܘܦܪܘܬܣܡܝܐ ܐܘ ܠܗ ܡܬܚܡܘܬܐ ܙܒܢܐ ܕܐܬܝܗܒ ܠܗܘܢ ܫܠܡܘܬܐ . ܘܗܟܢܐ ܡܫܬܪܪܢ ܬܪܬܝܗܝܢ . ܗܘ ܕܐܪܒܥܝܢ ܕܡܪܕܝܬܐ ܕܐܘܪܚܐ ܆ ܘܗܘ ܕܬܠܬܐ ܕܟܪܘܙܘܬܐ ܘܕܡܓܪܬ ܪܘܚܐ ܀ ܘܬܘܒ ܕܥܕܟܐ ܠܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܘܢܝܢܘܐ ܡܬܗܦܟܐ ܐܝܟ ܕܒܢܒܝܘܬܐ ܐܡܪܗ ܕܡܬܗܦܟܐ ܡܢ ܒܝܫܬܐ ܀

quadraginta dies propheta expectavit ut videret quid fieret? Recte igitur septuaginta viri interpretati sunt: *Adhuc tres dies et Ninive subvertetur;* cum illud « quadraginta dies » notet spatium itineris, a quo Jonas e pisce evomitus fuit usque dum ad Niniven pervenit. Illud autem « adhuc tres dies et Ninive subvertetur » prædicationem ejus in eadem urbe nobis indicat et præfinitum Ninivitis pœnitentiæ tempus declarat. Et sic utrumque comprobatur: illud « quadraginta » de spatio itineris, illud autem « tres » de prædicatione, et de longanimitate. Et rursus: *Adhuc quadraginta dies et Ninive subvertetur*, velut in prophetia dicit eam a malis convertendam esse.

ܥܕܡܐ ܕܚܙܐ ܗܘܐ ܗܘ ܕܗܘܝܐ ܗܘܐ ܐܢܫ ܕܒܬܪ ܐܩܘܠܐ ܘܣܘܡܡܟܘܣ ܦܫܩܘ . ܕܥܘܕ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܘܢܝܢܘܐ ܡܬܗܦܟܐ . ܐܝܟܐ ܗܟܝܠ ܩܘܐ ܝܘܢܢ ܗܘܐ . ܐܝܟܢܐ ܝܕܥ ܕܠܐ ܡܬܗܦܟܐ . ܘܟܕ ܫܡܫܐ ܡܚܐ ܗܘܐ ܪܫܗ ܒܚܘܡܐ . ܟܕ ܩܪܐ ܣܠܩ ܘܡܛܠܠܐ ܗܘܐ ܠܗ . ܘܐܢ ܟܕ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ ܡܩܘܝܐ ܗܘܐ . ܐܝܟܢܐ ܕܢܛܠܠ ܠܗ ܡܢ ܚܘܡܐ . ܡܛܠ ܡܢܐ ܐܡܪ ܕܒܚܕ ܠܠܝܐ ܫܘܚ ܘܒܚܕ ܝܒܫ . ܐܝܟܘ ܕܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡܝܢ . ܡܣܝܒܪ ܗܘܐ ܟܕ ܚܐܪ ܠܗܘ ܕܗܘܐ . ܫܦܝܪ ܗܟܝܠ ܗܢܘܢ ܫܒܥܝܢ ܘܬܪܝܢ ܦܫܩܘ ܕܥܘܕ ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ . ܘܢܝܢܘܐ ܠܬܗܦܘܟ . ܒܬܪܗ ܐܢܫ ܠܗܘ ܕܡܬܐܡܪ

tendam esse.

Donec videret quid fieret[1]. Aquilæ et Symmachi sequaces interpretantur: *Adhuc quadraginta dies et Ninive subvertetur.* Ubinam igitur Jonas remanebat? Quomodo sciebat Niniven non fore subvertendam? Dum autem sol æstu percutiebat caput ejus, dum cucurbita ascendebat et umbram præbebat, si per quadraginta dies permansisset ita ut umbra ei ab æstu præberetur, cur dixit cucurbitam una nocte exortam esse et uno die exaruisse, si per quadraginta dies sustinuit expectans quid fieret? Recte igitur illi septuagenta duo interpretati sunt: *Adhuc tres dies*

[1] *Jon.* IV, 6. Ante ista verba citantur verba quædam S. Athanasii et alia ex Epiphanii libro *de pond. et mens.* Vitium autem quod occurrit in membrana post duo illa citata dubium me reddit an quæ immediate sequuntur et in hoc alinea habentur revera sint S. Ephræmo adjudicanda. Ceterum verba: « ubinam » et quæ sequuntur repetitionem continent.

[a] Cod. vat. ܟܕ . — [b] Cod. vat. ܡܥܡܘܪܝܢ .

ܕܐܬܪܥܝܢ . ܘܥܠܬܐ ܐܘܪܚܐ ܐܡܪܘ ܐܝܟ
ܕܐܪܒܥܝܢ . ܘܟܕ ܦܫܩܘܗ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܐܘܪܚܐ
ܘܡܘܪܟܐ ܕܐܘܪܚܐ . ܠܚܘܪܙܐ ܕܡ̈ܠܐ ܫܪܘ
ܘܠܢܘܗܪܐ ܕܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܝܗܒܘ ܀

et *Ninive subvertetur*. Definiverunt enim, ut opinamur, illud « quadraginta » de via dictum esse, et, dum implexum illud de spatio et longitudine itineris interpretati sunt, nodum verborum solverunt et lucem locutioni « tres dies » attulerunt.

ܡܠܟܐ ܕܝܢ ܕܢܝܢܘܐ ܕܫܕܐ ܬܓܗ ܘܠܒܫ
ܣܩܐ . ܪܐܙ ܠܢ ܛܘܦܣܐ ܕܗܘܢܐ . ܕܟܕ
ܣܒܪܬܗ ܕܡܪܢ ܢܚܬ ܡܢ ܪܡܘܬܐ . ܘܠܒܫ
ܡܟܝܟܘܬܐ ܥܠ ܒܝܫܬܗ ܩܕܡܝܬܐ ܀

Rex autem Ninivis qui deposuit coronam suam et saccum induit, figuram nobis exprimit mentis, quæ per Evangelium Domini nostri ab elatione recedit et induit humilitatem propter mala sua priora.

CAPUT IV.

ܐܘ ܡܪܝܐ ܠܐ ܗܕܐ ܗܘܬ ܡܠܬܝ ܟܕ ܐܢܐ
ܒܐܪܥܝ . ܘܡܛܠ ܗܕܐ ܩܕܡܬ ܗܘܝܬ ܥܪܩܬ
ܠܬܪܫܝܫ . ܡܛܠ ܕܦܩܚ ܗܘܐ ܠܝ ܠܡܡܬ
ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܠܡܚܝܐ . ܗ̈ . ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܢܒܝܐ .
ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܕܒܬܪ ܐܒܕܢܐ ܘܗܦܟܬܐ ܡܟܪܙܐ ܗܘܐ
ܠܢܝܢܘܝܐ ܬܝܒܝܢ . ܘܡܪܝܐ ܡܛܠ ܡܪܚܡܢܘܬܗ
ܡܩܒܠ ܬܝܒܘܬܗܘܢ ܘܫܒܩ ܠܗܘܢ . ܘܐܢܐ
ܡܢ ܟܕܘ ܗܘܐ ܐܢܐ ܠܝ ܢܒܝܐ ܕܓܠܐ . ܘܡܛܠ
ܗܕܐ ܐܥܪܩ ܠܬܪܫܝܫ ܥܪܩ ܐܢܐ . ܕܦܩܚ
ܠܝ ܕܐܡܘܬ ܐܘ ܕܐܟܪܙ ܕܓܠܘܬܐ ܀

CAPUT IV.

2-3. *O Domine, nonne hoc erat verbum meum, quum adhuc essem in terra mea? Propter hoc prius fugi in Tharsis, quia expedit mihi mori potius quam vivere*. Hæc dicit propheta quia sciebat, post exitium et subversionem ab ipso Ninivitis annuntiatam, Ninivitas pœnitentiam acturos et Deum propter suam misericordiam acceptarum esse eorum pœnitentiam et ipsis condonaturum esse. « Ego, inquit, ero mihi propheta mendax et idcirco fugiebam in Tharsis ; oportet quippe me potius mori quam prædicare mendacium. »

ܘܦܩܕ ܡܪܝܐ ܠܐܝܘܐ ܠܫܪܘܪܐ ܕܩܪ̈ܐ ܘܪܒܐ
ܘܣܠܩ ܠܥܠ ܡܢ ܝܘܢܢ . ܘܠܡܠܬܐ ܐܚܪܬܐ
ܦܩܕ ܡܪܝܐ ܠܬܘܠܥܐ ܒܩܘܩܝܐ ܕܨܦܪܐ .

6-7. *Præcepit porro Dominus palmiti Karoæ*[1], *quæ crescens ascendit super Jonam. Altero autem*

[1] ܩܪ̈ܐ *Karoa* respondet Arabico *El-Kera* plantæ e genere cucurbitarum. De hac planta hæc habet Niebuhr, *Description de l'Arabie* I, 130-131 : « Je vis pour la première fois à Bàsra la plante *El-Kherroa*. Elle a la figure d'un arbre. Chaque branche n'a qu'une grande feuille à 6, 7 ou 8 échancrures. Cette plante était près d'un ruisseau qui l'humectait suffisamment A la fin d'octobre 1765 elle était montée en 5 mois d'environ huit pieds et portait à la fois des fleurs, des fruits verts et des mùrs. Les feuilles et les fleurs que j'en cueillis se flétrirent en peu de minutes comme font toutes les plantes qui croissent vite. Il y a apparence, que cet arbre est connu depuis longtemps des botanistes, car on

die præcepit Dominus vermi in ascensu diluculi et percussit Karoe palmitem quæ exaruit, et incaluit sol super caput Jonæ. Ex quo igitur prædicavit Jonas subversionem Ninivis exivit, et sedit extra civitatem, expectans exitum excidii terribilis quod contra civitatem comminatus fuerat. Civitas autem sua pœnitentia latum judicium solvit irritumque reddidit Deumque sibi reconciliavit. O Dei mansuetudo! Quum vidit Jonam ægre ferentem excidii dilationem, et animadvertit mentem ejus expetere Ninivitarum perditionem, ut ejus prophetia mendax non fieret, præoccupavit ei consolatoria præbere, præcepto dato ut palmes cucurbitæ germinaret et cito exoriretur umbraculumque præberet super caput prophetæ, ut ille ab æstu solis non læderetur. Quum autem propheta magno gaudio afficeretur, illico eodem die præcepit Dominus vermi qui radicem virgulti corrosit, et statim ventus urens attigit virgultum, destructaque ejus pulchritudine, illud arefecit. Lætitia autem quam Jonas ab umbra virgulti perceperat, exorto sole et solito acrius super caput prophetæ urente, versa est in mœrorem. Dominus autem exinde occasionem sumpsit ut in judicium intraret cum Jona: Tu, o Jona, propter destructionem vilis virgulti, quod absque tuo labore aut cura germinavit et exortum

le nomme à *Haleb* « *palma Christi.* » On en fait une huile appelée *oleum de Kerva, oleum cicinum, oleum ficus infernalis.* Les chrétiens et les Juifs de *Mossoul* et de *Haleb* veulent que la *Kherrou* ne soit point la plante dont l'ombre couvrit Jonas, mais ils disent que c'était une sorte de citrouille *El-Kerra'* qui a de très grandes feuilles, porte un fruit très gros et qui d'ailleurs ne dure qu'environ quatre mois. »

ܡܢܝ ܕܦܠܐ ܡܚܣܝܐ. ܕܠܡܫܝܚܘܬܐ ܗܘܐ
ܡܣܝܒܪܐ ܒܟܠܗ ܚܫܐ ܀ ܘܗܐ ܐܢܐ ܒܛܝܒܘܬܝ
ܥܒܕܬ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܀ ܘܐܬܦܪܢܣܬ ܐܢܘܢ
ܕܐܬܝܩܪܐ. ܘܕܐܝܬܝܐ ܠܐ ܗܘܐ. ܕܒܛܝܒܘܬܝ
ܦܫܘ ܡܢ ܚܛܗܐ ܀ ܟܕ ܡܢ ܗܘ ܕܐܟܝܢ
ܗܘܘ ܠܐ ܢܟܘܢ ܡܬܘܬܐ ܗܘܝܬ. ܒܗܘܢ
ܘܐܝܟ ܗܠܝܢ ܡܟܝܠ ܗܘܐ ܠܗ ܡܪܝܐ
ܠܢܒܝܐ. ܕܥܒܝܕ ܗܘܐ ܒܟܪܝܘܬܗ ܀

est, quod tam cito aruit quam creverat, hæc omnia patieris, ego vero qui mea bonitate creavi homines eosque mea providentia servo ac mea sollicitudine eis vitæ alimoniam præsto, annon oportebat ut pœnitentibus eis condonarem, et in peccantes longanimum me præstarem de die in diem ut pœniterent expectans. Quomodo igitur oporteret me civitatem destruere multo populo plenam, quæ ad tuam prædicationem malos suos mores correxit et pœnitentiæ habitum induit? Oportebat vero te lætari quod ad tuam prædicationem Ninivitæ recessissent ab errore, quum ex eorum perditione nihil utilitatis exoriretur[1]. His aliisque hujusmodi consolabatur Dominus prophetam mœrore affectum quod mendax evasisset ejus prædicatio.

ܡܛܠܠܬܐ ܗܝ ܕܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܥܒܕ ܠܗ
ܢܒܝܐ ܝܘܢܢ ܀ ܦܐܪ ܟܢܘܫܬܐ ܕܢܦܩ ܠܒܪ ܡܢ
ܟܪܡܐ. ܪܐܙܐ ܠܗ ܦܘܫܩܗ. ܘܡܬܩܪܝܐ ܕܝܢ
ܟܢܘܫܬܐ ܡܛܠܠܬܐ ܐܝܟܢܐ ܣܗܕ. ܐܫܥܝܐ
ܕܝܢ ܠܗܿ ܒܪܬ ܨܗܝܘܢ ܀ ܐܝܟ ܡܛܠܠܬܐ
ܒܟܪܡܐ ܀ ܫܒܘܩܐ ܕܝܢ ܕܩܪܐ ܐܬܘܗܝ ܦܐܪ
ܥܡܐ ܕܒܓܘܗ ܝܬܒܝܢ ܗܘܘ ܢܒܝܐ ܘܚܕܝܢ
ܗܘܘ ܒܗ ܀

Umbraculum illud quod fecit sibi propheta Jonas extra civitatem spiritualiter nobis exprimit figuram synagogæ. Synagogam quippe umbraculum vocari testatur Isaias[2]: *Derelicta est filia Sion sicut umbraculum in vinea*. Palmes autem Karoe (cucurbitæ) figura est populi in cujus medio prophetæ cum gaudio sedebant.

ܫܠܡ ܦܘܫܩܐ ܕܝܘܢܢ ܀

Explicit commentarium in Jonam.

[1] Similia habet in carmine de *pœnitentia Ninivitarum. Opp. Syr. lat.* II, 378.

[2] *Is.* I, 8 juxta vers. simpl.

ܦܘܫܩܐ ܕܢܚܘܡ ܢܒܝܐ : ܕܝܠܗ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ .

ܢܚܘܡ ܐܠܩܘܫܝܐ ܗܘܐ ܡܢ ܐܠܩܘܫ ܡܢ ܥܒܪܐ ܕܒܝܬ ܚܘܪܢܝܢ ܡܢ ܫܒܛܐ ܕܫܡܥܘܢ . ܫܟܒ ܕܝܢ ܒܫܠܡܐ : ܘܐܬܩܒܪ ܒܐܪܥܐ ܕܝܠܗ ܀

CAPUT I.

ܢܚܘܡ ܡܬܦܫܩ ܒܘܝܐܐ ܀ ܡܚܘܬܐ ܕܢܝܢܘܐ ܕܒܟܬܒܐ ܕܚܙܘܐ ܕܢܚܘܡ ܐܠܩܘܫܝܐ . ܗ̄ܘ . ܢܒܝܘܬܐ ܕܗܘܬ ܥܠ ܡܚܘܬܗ̇ ܕܢܝܢܘܐ ܀

ܐܠܗܐ ܛܢܢܐ ܘܬܒܘܥܐ . ܗ̄ܘ . ܠܘ ܕܝܢ ܡܛܢ ܛܢ ܒܠܚܘܕ . ܐܠܐ ܡܬܒܥ ܬܒܥ . ܘܠܐ ܬܘܒ ܡܬܒܥܢܘܬܗ ܬܒܥ . ܡܛܠ ܕܒܪܘܓܙܐ ܗܘ ܬܒܥ ܡܢ ܣܢܐܘܗܝ . ܗ̄ܘ . ܬܒܥ ܡܢ ܣܢܐܘܗܝ . ܗܪܟܐ ܒܐܘܪܫܠܡ ܀ ܘܢܛܪ ܠܒܥܠܕܒܒܘܗܝ . ܗ̄ܘ . ܦܠܛ ܠܗ ܒܓܘܗܘܢ ܒܓܘܗ̇ ܕܢܝܢܘܐ ܀

ܢܓܝܪ ܪܘܚܗ ܕܡܪܝܐ . ܗ̄ܘ . ܥܠ ܕܠܐ ܒܪ ܫܥܬܗ ܬܒܥ ܠܗ ܠܚܛܝܐ ܀ ܡܙܟܘ ܕܝܢ ܠܐ ܡܙܟܐ ܡܪܝܐ . ܗ̄ܘ . ܐܝܟ ܕܢܥܪܩ ܠܗ ܚܛܝܐ ܡܢ ܡܫܩܠ ܕܝܢܐ ܀ ܡܪܝܐ ܒܥܠܥܠܐ ܘܒܥܘܥܝܐ ܐܘܪܚܗ . ܗ̄ܘ . ܠܒܒܠܝܐ ܩܪܐ ܥܠܥܠܐ ܘܥܘܥܝܐ . ܕܒܗܘܢ ܡܚܪܒ ܠܗ̇ ܠܢܝܢܘܐ ܀

ܓܥܐ ܒܝܡܐ ܘܡܘܒܫ ܠܗ . ܗ̄ܘ . ܒܡܠܟܘܬܐ ܀ ܘܠܟܠܗܘܢ ܢܗܪܘܬܐ ܡܚܪܒ . ܗ̄ܘ . ܠܫܘܠܛܢܝܗܘܢ ܀ ܐܬܬܠܝ ܡܬܢܝܢ ܘܟܪܡܠܐ . ܘܦܪܥܐ ܕܠܒܢܢ ܝܒܫ . ܗ̄ܘ . ܠܗܘܢ ܠܐܬܘܪܝܐ ܦܠܐ ܒܟܪܡܠܐ ܘܒܛܘܪܐ ܕܠܒܢܢ ܘܒܫܪܟܐ ܕܨܒܘܬܐ ܡܫܒܚܬܐ ܀

ܥܕܡܐ ܕܚܡܬܗ ܢܝܩܕ ܐܝܟ ܢܘܪܐ . ܘܛܘܪܐ ܐܬܦܫܪܘ ܡܢܗ . ܗ̄ܘ . ܥܠ ܐܬܘܪܝܐ ܐܡܪ ܀

EJUSDEM MAR EPHRÆM

COMMENTARIUM IN NAHUM PROPHETAM.

Nahum erat ex Alkus in finibus Beth-Harnim e tribu Simeonis. Obiit in pace et sepultus est in terra sua[1].

CAPUT I.

1. Nahum exponitur « consolatio. » *Plaga Ninive quæ* (habetur) *in libro visionum Nahum Alkusæi,* i. e. prophetia de plaga Ninive.

2. *Deus zelotes et ultor,* i. e. non solum zelatur sed et ulciscitur. Nec tantum ulciscitur, sed *in ira ulciscitur de osoribus suis ;* ulciscitur scilicet de osoribus suis hic in Jerusalem. *Et* (iram) *servat in hostes suos,* i. e. eam evomit in eos in media Ninive.

3. *Longa est patientia Domini,* quia non illico vindictam sumit de peccatore. *Et absolvendo non absolvet,* ita ut peccator pœnam ab eo inflictam effugiat. *Dominus in turbine et in procella via ejus.* Babylonios vocat turbinem et procellam, quia per eos destruet Niniven.

4. *Increpat mare illudque arefacit ;* Mare, i. e. regna. *Et omnes fluvios vastat,* i. e. omnes principatus eorum. *Elath, Mathnin et Carmel, et germen Libani exaruit.* Carmelo et monte Libano aliisque pulchris rebus Assyrios significat.

6. *Donec furor ejus ardeat sicut ignis, et montes liquefiant ab eo.* De Assyriis loquitur.

[1] Cfr. Liber de vitis prophetarum inter *Opp. S. Epiphanii* ap. Migne, *Patrol. gr.* XLIII. 410, 417.

ܛܒ ܗܘ ܡܪܝܐ ܠܡܥܕܪܘ ܒܝܘܡܐ ܕܐܘܠܨܢܐ . ܘܝܕܥ ܠܐܝܠܝܢ ܕܬܟܝܠܝܢ ܥܠܘܗܝ . ܥܠ ܫܒܛܐ ܕܒܝܬ ܝܗܘܕܐ ܪܡܙ ܀

ܘܒܛܘܦܢܐ ܢܥܒܕ ܓܡܪܘܬܐ . ܗ̄ . ܠܒܝܬ ܐܬܘܪܝܐ ܐܡܪ ܀

ܐܟܠܘ ܘܐܬܡܠܝܘ ܐܝܟ ܩܫܐ ܝܒܝܫܐ . ܗ̄ . ܕܐܝܟ ܕܠܝܬ ܚܝܠܐ ܒܩܫܐ ܝܒܝܫܐ . ܠܝܬ ܚܝܠܐ ܒܒܙܬܐ ܕܐܝܬܝܘ ܡܢ ܟܠ ܥܡܡܝܢ ܀ ܕܐܬܦܪܩ ܐܝܟ ܒܝܘܡܐ ܕܡܬܬܫܝܛܝܢ ܗܘܘ ܒܒܒܠ ܀

:.

ܡܢܟܝ ܢܦܩ ܕܡܬܚܫܒ ܒܝܫܬܐ ܥܠ ܡܪܝܐ . ܗ̄ . ܪܒܫܩܐ ܒܓܘܕܦܘ ܀ ܘܡܬܪܥܐ ܥܘܠܐ . ܗ̄ . ܐܬܘܪܝܐ ܒܐܓܪ̈ܬܗ ܀

ܗܟܢܐ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܥܠ ܪ̈ܫܝ ܡܝܐ ܕܒܙܘ ܘܥܒܪܘ . ܗ̄ܘ . ܐܘ ܕܫܒܘ ܠܫܡܪܝܢ ܘܠܡܕ̈ܝܢܬܗ ܒܝܘ̈ܡܝ ܗܘܫܥ ܒܪ ܐܠܐ . ܐܘ ܗܝ ܗܝ ܕܣܠܩܘ ܥܠ ܟܠܗܝܢ ܡܕ̈ܝܢܬܐ ܥܫܝ̈ܢܬܐ ܕܝܗܘܕܐ ܘܐܚܕܘ ܐܢܝܢ ܒܝܘ̈ܡܝ ܚܙܩܝܐ ܀

ܘܫܡܥܬܟܝ ܠܐ ܬܘܒ ܐܫܡܥܟܝ . ܗ̄ . ܕܥܒܕܬܟܝ ܚܣܕܐ ܠܥܡ̈ܡܐ ܐܘ ܐܘܪܫܠܡ . ܬܘܒ ܠܐ ܐܥܒܕܟܝ ܀

ܐܬܒܪ ܢܝܪܗ ܡܢܟܝ . ܗ̄ . ܕܐܬܘܪܝܐ ܡܠܟܟܝ ܀ ܘܐܣܘܪ̈ܝܟܝ ܐܦܣܩ ܀ ܗ̄ . ܗܢܘܢ ܕܡܫܥܒܕܐ ܗܘܝܬ ܠܥܡ̈ܡܐ ܀ ܘܠܐ ܢܙܕܪܥ ܫܡܟܝ ܒܒܝܬ ܐܠܗܟܝ . ܗ̄ . ܘܠܐ ܬܘܒ ܢܨܠܘܢ ܥܠ ܡܠܟ̈ܝܗܘܢ ܒܒܝܬ ܐܠܗ̈ܝܗܘܢ ܀ ܘܐܘܒܕ ܦܬܟܪ̈ܝܟܝ ܘܢܣܟ̈ܝܟܝ ܒܫܒܝܐ . ܘܐܥܒܕܝܘܗܝ ܩܒܪܟܝ ܒܥܓܠ . ܗ̄ . ܬܡܢ

ܕܐܬܢܟܦ ܐܬܦܠܓ . ܒܬܘܠܬܐ ܗ̄ܘܝ ܢܟܦܬܐ .
ܡܚܒ̈ܫܬܐ ܒܩܠܝܬܐ . ܩܢܝ ܦܘܚܐ ܚܠܦ
ܟܘܢܟܐ . ܐܦ ܫܘܩܐ ܚܠܦ ܬܘܢܐ . ܬܚܝܬ
ܐܝܕܐ ܕܐܒܐ ܘܐܡܐ . ܡܬܢܛܪ̈ܢ ܗ̄ܘܝ ܡܢ
ܩܕܝܡ . ܓܒܝ ܕܝܢ ܥܕܬܐ ܚܠܦ ܐܡܐ .
ܘܡܠܦܢܐ ܚܠܦ ܐܒܗ̈ܐ . ܒܗܢܐ ܦܪܘܫܐ
ܫܪܝ . ܒܗܘܢ ܠܐ ܩܘܝ . ܦܪܩ ܡܢ ܥܕܬܐ
ܘܡܢ ܐܡܐ . ܘܡܢ ܡܠܦܢܐ ܘܐܒܗ̈ܐ . ܥܕ ܠܐ
ܬܐܬܐ ܢܝܪܐ . ܬܚܝܬ ܐܝܕܐ ܡܬܢܛܪ̈ܢ ܗ̄ܘܝ .
ܗܫܐ ܕܝܢ ܒܥܠܬ ܢܝܪܐ . ܦܪܩܝ ܐܦܟ̈ܝܗ ܡܢ
ܢܝܪܐ . ܠܬܘܠܡܕܐ ܘܠܝܘܠܦܢܐ ܩܪܒ̈ܢ ܗ̄ܘܝ .
ܘܠܩܪܝܢܐ ܘܠܡܠܦܢܐ . ܠܐ ܠܫܢܗܝܢ ܒܩܪܝܢܐ .
ܘܠܐ ܪܥܝܢܗܝܢ ܒܟܬܒܐ . ܒܘܨܝܐ ܐܚܪ̈ܢܐ
ܠܗܝܢ . ܒܩܪܝܢܐ ܐܚܪ̈ܢܐ ܪܦܝܢ . ܥܠܝܗ̇ ܠܒܗܝܢ
ܒܩܛܘܪܐ . ܥܡܗ ܒܟܘܠܗ ܦܘܡ ܙܢܝܐ .
ܥܡܐ ܕܡܢ ܡܢ ܟܠ ܟܢ̈ܝܢ . ܐܬܚܘܝ ܡܣܟܢ
ܡܫܬܥܝܬܐ . ܠܗ ܕܢܪܐ ܘܡܫܡܥܢ . ܕܟܠ ܐܢܫ
ܚܙܐ ܘܡܫܡܥ . ܠܡܫܪܐ ܚܠܦ ܟܠ ܐܢܫ .
ܒܟܠ ܦܘܪ̈ܣܝܢ ܕܢܦܫ ܠܗ . ܡܢܘ ܕܢܬܠܒ

tate eas odiosas reddidit ut pœnitentia exornatæ ei gratæ fierent. Porro in Babylone et in Assyria, quæ erant nobis vicinitate proximæ, eas captivas duxit; si autem filias Sion quia peccaverant captivas a longe venientes fecerunt, quanto magis e propinquo fecissent.

7. Quum Sion non reprehenderit filias suas, increpa, o Nisibin, filias tuas. Ecce ancillæ tuæ impudicæ sunt et ingenuæ puellæ non honorabiles; ecce virgines tuæ impudentes et adolescentulæ tuæ procaces; ecce vestes eorum impudentes et calceus pedum earum luxuriosus. Quæ eunt ad nuptias non exornantur ut virgines nostræ. Istæ antequam venirent ad institutionem, religiosa veste induebantur, ex quo tempore edoctæ sunt, sese exornarunt, postquam castitati se impenderunt, luxuriæ se dederunt, virgines erant castæ, inclusæ in conclavibus, acquisierunt divagationem pro cancellis, plateas pro conclavibus. Sub manu patris et matris antea servabantur, deinde elegerunt ecclesiam pro matre et doctores pro patribus. In hoc statu incœperunt, at in eo non permanserunt; defecerunt ab ecclesia et a matre, a doctoribus et a patribus; donec jugum subirent, sub manu (parentum) servabantur, nunc autem prætextu jugi a suo capite jugum excusserunt; ad institutionem et disciplinam et lectionem et doctrinam accedebant, at nec earum lingua lectioni nec mens Scripturæ addicta erat; alii lectioni allaborabant, in alia conversatione

ܗܘܐ ܡܠܦ . ܩܢܘܡ ܕܢܘܗܠ ܗܘܐ ܡܫܡܪܐ .
ܒܟܠܐ ܟܠܠܟ ܗܘܐ ܟܕܐ . ܕܫܡܗ ܐܪܚܐ ܢܫܡܥ
ܠܗ . ܟܠܗ ܒ ܕܒܣܝܐ ܡܠܦ . ܐܦܠܐ
ܕܒܝܬܐ ܢܠܦ . ܕܡܠܦ ܡܛܠܐ ܡܫܒܘܪܐ .
ܕܝܠܦ ܡܛܠܐ ܐܡܪܐ . ܐܦ ܗܘ ܐܝܟܐ
ܕܡܬܠܡܕ . ܦܬܠܐ ܗܘ ܡܢܗ ܕܫܘܪܐ .
ܠܐ ܡܫܡܫ ܐܬܪܘܢ ܠܗ . ܘܠܐ ܐܚܫܒ
ܐܬܠܗ ܠܗ . ܦܬܠܐ ܕܐܬܡܠܟ ܐܬܬܠܡܕ .
ܥܕ ܡܛܐ ܕܒܟܠܗ ܢܛܪ ܕܫܡܥ ܐܬܬܠܡܕ .
ܥܕ ܦܫܩ ܒܗ ܡܫܩܠ . ܘܠܐ ܒܟܐܪ ܗܘ
ܘܐܚܪܢ . ܚܕܐ ܗܘ . ܕܢܩܒ ܠܗ ܕܢܗܘܐ
ܥܟܢܐ . ܠܗ ܠܐܘܪܚܐ ܗܘ ܕܐܬܩܠ . ܘܒܥܐ
ܢܫܩܘܠ ܘܠܡܥܢܝܘ . ܠܒܪ ܡܢܗ ܕܐܘܪܚܐ
ܗܘ . ܘܠܡܫܐ ܕܗܘܐ ܒܫܢܝܐ . ܗܦܟܐܝܬ
ܫܡܥܢ ܐܚܢ . ܠܗܠܝܢ ܕܒܟܠܝܘܡ ܡܬܩܪܝܢ .
ܬܪܝܨܐܝܬ ܕܝܢ ܟܬܝܒܢ . ܘܬܪܝܨܐܝܬ ܐܦ
ܡܬܩܪܝܢ . ܗܦܟܐ ܕܝܢ ܡܫܬܡܥܢ . ܕܗܦܟܐܝܬ
ܡܬܥܒܕܝܢ ܀

ܩܡ ܐܠܗܐ ܒܒܐ ܕܝܢܐ . ܘܩܒܠ ܦܟܐ ܡܢ
ܥܒܕܐ . ܐܢܚܢ ܠܐ ܡܣܝܒܪ ܡܫܡܥܢ . ܡܠܬܐ
ܙܥܘܪܬܐ ܕܐܬܡܠܝ . ܡܢ ܕܒܥܐ ܙܥܘܪܐ ܢܦܫ .
ܘܐܦ ܡܫܚܠܦ ܪܘܚܢ . ܡܫܡܫ (ܡܫܡ) ܠܠܡ
ܫܡܐ ܛܒܐ . ܘܥܒܕܝܢ ܐܢܚܢ ܒܒܝܫܬܐ .
ܗܘ ܕܦܬܚ ܥܝܢܐ ܕܣܡܝܐ . ܒܐܦܘܗܝ
ܪܩܘ ܗܘܘ ܠܗ . ܗܘ ܕܢܦܫ ܪܘܚܐ ܕܩܕܝܫܐ .

versabantur. Omnem exuimus pudorem, retento tantum apud nos ejus nomine; nomen omnibus creaturis præstantius vile valde reddiderunt peccatrices. Non superest qui spectet et laudet, quia omnes spectant et contemnunt. Unusquisque discipulos quavis ratione adsciscere satagit; antequam didicerit jam docet; antequam syllabas possit discernere legendum docet; omni ratione unum hoc quærit ut nomen magistri sibi adsciscat. Nullus est inter nos qui cum molesto labore velit docere, nec cum molestia discere, quia docet propter gloriationem qui didicit propter honorem. Qui instituitur perversus est ab initio. Si pauper est se exaltat, si miser, superbit; operarius qui heri edoctus est incipit de suis digitis gloriari; puer qui hodie institutus est jam vult præcipere inter senes et si servus est et sub jugo liberat se ut fiat electus. Non in viam conclavium direxerunt professionem suam religiosam; extra hanc viam etiam post annos currit alumnus. Perperam audivimus quæ singulis diebus leguntur. Recte tamen scripta sunt et recte leguntur, sed præpostere audiuntur quia præpostere aguntur.

8. Stetit Deus in tribunali et in maxilla percussus fuit a servo, nos autem, auris nostra ne verbulum quidem ferre potest, scintilla inflammatur mens nostra quæ illico iram effundit. Imposuimus quidem nobis nomen bonum, at opere perverse agimus. Cæci in faciem spuerunt illius qui cæci oculos aperuit;

ܪܘܚܐ ܢܚܠܐ ܡܚܠܠ ܗܘܐ . ܐܝܬܝܠܕ ܗܘ

qui spiravit Spiritum sanctum[1]

[1] Verbum ܢܦܚ verti potest *spiravit* vel *flavit*, *insufflavit*. Si prius, refertur ad spirationem qua Filius et Pater ab æterno spirant Spiritum sanctum. Et S. Ephræmus hic docet Spiritus sancti processionem *a Filio*. Si posterius, refertur ad temporalem Spiritus sancti missionem. Sed in hoc posteriori sensu verbum ܢܦܚ construitur cum particula ܒ, v. g. *insufflavit in aliquem* quod in hoc loco non fit. Præterea in loco Evangelii Joannis IX, 6 ad quem alludit S. Ephræmus, sermo non fit de aliqua Christi insufflatione, sed narratur Dominum lutum e sputo fecisse eoque linivisse oculos cæci nati. Restat igitur ut verbum ܢܦܚ dictum sit de *spiratione*, vi cujus Spiritus sanctus tum a Patre tum a Filio procedit. Unde sequitur a S. Ephræmo hic doceri Spiritus sancti *a Filio processionem*. Quod testimonium quanti sit momenti nemo non videt. Objici quidem potest verbum ܢܦܚ cum puncto infra posito hic haberi adeoque in præterito legendum *nephah*, « spiravit, » non in participio ܢܦܚ *nopheh* « spirans, » quod requiri videtur, siquidem Filius non *spiravit*, sed ab æterno *spirat* Spiritum sanctum. Sed observandum est puncta in nostro codice non esse ubique recte apposita, unde forsan legendum sit ܢܦܚ *nopheh* : deinde observandum etiam est Syros quandoque præterito uti ubi nos præsenti utimur. Adeoque ista difficultas non cogit ut præsentem Ephræmi locum de temporali Spiritus sancti missione accipiamus.

S. Ephræmus sæpius in suis scriptis de Spiritu sancto locutus est. Supra in *Comment.* in Is. LXI, 1 dicit : « Ille Spiritus qui a *Patre procedit* ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ et sua essentia est in me qui Verbum et Filius Patris sum. » Hisce verbis simpliciter affirmat Spiritum sanctum a Patre procedere ; de processione autem a Filio nec affirmat nec negat. Ex aliis hujusmodi locutionibus Kohlius concluserat Spiritum sanctum e doctrina S. Ephræmi a *solo Patre* procedere. Sed recte hanc argumentationem rejecit J. S. Assemanus (*S. Ephræmi Opp. græco-lat* t. II, præf. p. 39). Aliud enim est affirmare : Spiritum Sanctum a Patre procedere, et aliud : Spiritum sanctum a *solo* Patre procedere. Posterius nullibi in Evangelio occurrit, prius vero occurrit apud *Joan.* XV, 26. Quia autem in Evangelio tantum dicitur Spiritum Sanctum a Patre procedere, S. Ephræmus et Syri communiter utuntur verbis Evangelii, nullo verbo addito. Interdum tamen addunt ex *Joan.* XVI, 14 : ܪܘܚܐ ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ ܡܢ ܒܪܐ ܢܣܒ Spiritus qui a Patre procedit et a Filio accipit. » Ita Jacobus Sarugensis ap. Asseman. *Bibl. orient.* I, 302. Ita etiam Jacobus Baradæus in sua fidei professione (Vid. *Zeitschrift D. M. G.* 1876). Ne quis autem verba « a Filio accipit » cum Gregorio Barhebræo aliisque Syris Jacobitis intelligat de temporali Spiritus Sancti missione, additur in liturgiis syriacis S. Xysti, Matthæi pastoris, Ignatii Bar-Vahib apud Renaudotium *Liturg. orientt. collect.* II, 136, 200 et 349 « qui a Filio accipit essentialiter, » vel « ea qua ad essentiam pertinent, » ܡܢ ܒܪܐ ܢܣܒ ܐܘܣܝܐܝܬ .

S. Ephræmus in hymnis adversus *Scrutatores* fuse agit de sanctissima Trinitate et de singulis ejus personis docetque trium personarum unam esse essentiam, personas vero esse distinctas absque separatione et unitas absque confusione, Spiritum sanctum non esse creaturam sed semper cum Patre et Filio fuisse, utrique Deitate, essentia et potestate æqualem (Vid. hymn. adv. Scrutatores 59, 73 et 74). De quæstione autem an Spiritus sanctus a Filio procedat, quæ tunc non movebatur, non agit. In hymnis vero quos e cod. Syr. Oxon. Marsh. 711 excripsimus hæc præclara habentur, fol. 3, b : ܐܒܐ ܝܠܘܕܐ ܘܒܪܐ ܝܠܝܕܐ ܡܢ ܥܘܒܗ . ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܢܦܩ ܡܢܗ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ... ܐܒܐ ܗܘܢܐ ܒܪܐ ܕܝܢ ܡܠܬܐ ܪܘܚܐ ܩܠܐ . ܫܡܗܐ ܬܠܬܐ ܚܕ ܨܒܝܢܐ ܚܕ ܫܘܠܛܢܐ Pater genitor et Filius genitus ex ejus sinu, Spiritus sanctus *procedens ex Patre et Filio*... Pater mens, Filius Verbum, Spiritus vox, tria nomina, una voluntas, una potestas. » In Rogatione quæ legitur ad nocturnum feriæ tertiæ Resurrectionis cod. paris. 161, fol 73[b] S. Doctor Spiritum Sanctum appellat « Spiritum Filii, » quod utique nonnisi ratione processionis dici potest.

Ceterum, Syros, antequam erroribus Photii inficerentur, admisisse processionem Spiritus sancti a Filio prorsus demonstratur e symbolo concilii Seleuciæ et Ctesiphonti anno 410 habiti, ubi quadraginta Persidis episcopi confitentur : « Confitemur etiam Spiritum vivum et sanctum Paracletum vivum *qui ex Patre et Filio*, ܕܡܢ ܐܒܐ ܘܒܪܐ , in una trinitate, in una essentia, in una voluntate, amplectentes fidem trecentorum decem et octo episcoporum quæ definita fuit in urbe Nicæa (Vid. meam hujus concilii editionem datam Lovanii 1868 p. 30, sqq. ubi alia Syrorum testimonia congessi). » In Actis martyrii S. Sarbelii sub Trajano passi (Cureton, *Ancient Syr. documents* p. ܟܘ) Spiritus sanctus a Barsamia episcopo appellatur « ܪܘܚܐ ܚܝܐ ܕܡܢܗ . Spiritus vivus qui ex eo (Filio) » scilicet est vel procedit. Severus, patriarcha Antiochenus, quem Jacobitæ plurimum venerantur, hoc in professione fidei (Musæi Britan. cod. add. 17, 109, fol. 146) confitetur : ܐܒܐ ܝܠܘܕܐ ܘܠܐ ܝܠܝܕܐ ܒܪܐ ܝܠܝܕܐ ܘܠܐ ܝܠܘܕܐ . ܒܪ ܐܘܣܝܬܗ . ܘܪܘܚܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܐܒܐ ܘܐܝܬܘܗܝ ܒܪ ܐܘܣܝܬܗ ܕܐܒܐ ܘܕܒܪܐ Pater genitor et non genitus, Filius genitus et non genitor, filius essentiæ ejus, et Spiritus qui a Patre procedit et est *filius essentiæ Patris et Filii.* » Jam autem dicendo Spiritum sanctum filium esse essentiæ Filii sufficienter innuit eum a Filio procedere. Nestoriani diserte profitentur Spiritum Sanctum a Filio proce-

[illegible]

versabantur. Omnem exuimus pudorem, retento tantum apud nos ejus nomine; nomen omnibus creaturis præstantius vile valde reddiderunt peccatrices. Non superest qui spectet et laudet, quia omnes spectant et contemnunt. Unusquisque discipulos quavis ratione adsciscere satagit; antequam didicerit jam docet; antequam syllabas possit discernere legendum docet; omni ratione unum hoc quærit ut nomen magistri sibi adsciscat. Nullus est inter nos qui cum molesto labore velit docere, nec cum molestia discere, quia docet propter gloriationem qui didicit propter honorem. Qui instituitur perversus est ab initio. Si pauper est se exaltat, si miser, superbit; operarius qui heri edoctus est incipit de suis digitis gloriari; puer qui hodie institutus est jam vult præcipere inter senes et si servus est et sub jugo liberat se ut fiat electus. Non in viam conclavium direxerunt professionem suam religiosam; extra hanc viam etiam post annos currit alumnus. Perperam audivimus quæ singulis diebus leguntur. Recte tamen scripta sunt et recte leguntur, sed præpostere audiuntur quia præpostere aguntur.

[illegible]

8. Stetit Deus in tribunali et in maxilla percussus fuit a servo, nos autem, auris nostra ne verbulum quidem ferre potest, scintilla inflammatur mens nostra quæ illico iram effundit. Imposuimus quidem nobis nomen bonum, at opere perverse agimus. Cæci in faciem spuerunt illius qui cæci oculos aperuit;

ܢܘܗܪܐ ܠܥܠܡܐ ܡܫܟܚ ܗܘܐ . ܐܬܓܠܝ ܗܘ

qui spiravit Spiritum sanctum[1]

[1] Verbum ܢܦܚ verti potest *spiravit* vel *flavit, insufflavit.* Si prius, refertur ad spirationem qua Filius et Pater ab æterno spirant Spiritum sanctum. Et S. Ephræmus hic docet Spiritus sancti processionem *a Filio.* Si posterius, refertur ad temporalem Spiritus sancti missionem. Sed in hoc posteriori sensu verbum ܢܦܚ construitur cum particula ܒ, v. g. *insufflavit in aliquem* quod in hoc loco non fit. Præterea in loco Evangelii Joannis IX, 6 ad quem alludit S. Ephræmus, sermo non fit de aliqua Christi insufflatione, sed narratur Dominum lutum e sputo fecisse eoque linivisse oculos cæci nati. Restat igitur ut verbum ܢܦܚ dictum sit de *spiratione*, vi cujus Spiritus sanctus tum a Patre tum a Filio procedit. Unde sequitur a S. Ephræmo hic doceri Spiritus sancti *a Filio processionem.* Quod testimonium quanti sit momenti nemo non videt. Objici quidem potest verbum ܢܦܚ cum puncto infra posito hic haberi adeoque in præterito legendum *nephah*, « spiravit, » non in participio ܢܳܦܚ *nopheh* « spirans, » quod requiri videtur, siquidem Filius non *spiravit*, sed ab æterno *spirat* Spiritum sanctum. Sed observandum est puncta in nostro codice non esse ubique recte apposita, unde forsan legendum sit ܢܳܦܚ *nopheh*: deinde observandum etiam est Syros quandoque præterito uti ubi nos præsenti utimur. Adeoque ista difficultas non cogit ut præsentem Ephræmi locum de temporali Spiritus sancti missione accipiamus.

S. Ephræmus sæpius in suis scriptis de Spiritu sancto locutus est. Supra in *Comment.* in Is. LXI, 1 dicit: « Ille Spiritus qui a *Patre procedit* ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ et sua essentia est in me qui Verbum et Filius Patris sum. » Hisce verbis simpliciter affirmat Spiritum sanctum a Patre procedere; de processione autem a Filio nec affirmat nec negat. Ex aliis hujusmodi locutionibus Kohlius concluserat Spiritum sanctum e doctrina S. Ephræmi a *solo Patre* procedere. Sed recte hanc argumentationem rejecit J. S. Assemanus (*S. Ephræmi Opp. græco-lat* t. II, præf. p. 39). Aliud enim est affirmare: Spiritum Sanctum a Patre procedere, et aliud: Spiritum sanctum a *solo* Patre procedere. Posterius nullibi in Evangelio occurrit, prius vero occurrit apud *Joan.* XV, 26. Quia autem in Evangelio tantum dicitur Spiritum Sanctum a Patre procedere, S. Ephræmus et Syri communiter utuntur verbis Evangelii, nullo verbo addito. Interdum tamen addunt ex *Joan.* XVI, 14: ܪܘܚܐ ܕܡܢ ܐܒܐ ܢܦܩ ܘܡܢ ܒܪܐ ܢܣܒ Spiritus qui a Patre procedit et a Filio accipit. » Ita Jacobus Sarugensis ap. Asseman. *Bibl. orient.* I, 302. Ita etiam Jacobus Baradæus in sua fidei professione (Vid. *Zeitschrift D. M. G.* 1876). Ne quis autem verba « a Filio accipit » cum Gregorio Barhebræo aliisque Syris Jacobitis intelligat de temporali Spiritus Sancti missione, additur in liturgiis syriacis S. Xysti, Matthæi pastoris, Ignatii Bar-Vahib apud Renaudotium *Liturgg. orientt. collect.* II, 136, 200 et 349 « qui a Filio accipit essentialiter, » vel « ea qua ad essentiam pertinent, » ܡܢ ܒܪܐ ܢܣܒ ܐܘܣܝܐܝܬ.

S. Ephræmus in hymnis adversus *Scrutatores* fuse agit de sanctissima Trinitate et de singulis ejus personis docetque trium personarum unam esse essentiam, personas vero esse distinctas absque separatione et unitas absque confusione, Spiritum sanctum non esse creaturam sed semper cum Patre et Filio fuisse, utrique Deitate, essentia et potestate æqualem (Vid. hymn. adv. Scrutatores 59, 73 et 74). De quæstione autem an Spiritus sanctus a Filio procedat, quæ tunc non movebatur, non agit. In hymnis vero quos e cod. Syr. Oxon. Marsh. 714 excripsimus hæc præclara habentur, fol. 3, b: ܐܒܐ ܡܘܠܕܢܐ ܘܒܪܐ ܝܠܝܕܐ ܡܢ ܥܘܒܗ . ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܢܦܩ ܡܢܗ ܘܡܢ ܒܪܐ ... ܐܒܐ ܗܘܢܐ ܒܪܐ ܡܠܬܐ ܪܘܚܐ ܩܠܐ . ܫܡܗܐ ܬܠܬܐ ܨܒܝܢܐ ܚܕ ܫܘܠܛܢܐ ܚܕ Pater genitor et Filius genitus ex ejus sinu, Spiritus sanctus *procedens ex Patre et Filio*... Pater mens, Filius Verbum, Spiritus vox, tria nomina, una voluntas, una potestas. » In Rogatione quæ legitur ad nocturnum feriæ tertiæ Resurrectionis cod. paris. 161, fol 73[b] S. Doctor Spiritum Sanctum appellat « Spiritum Filii, » quod utique nonnisi ratione processionis dici potest.

Ceterum, Syros, antequam erroribus Photii inficerentur, admisisse processionem Spiritus sancti a Filio prorsus demonstratur e symbolo concilii Seleuciæ et Ctesiphonti anno 410 habiti, ubi quadraginta Persidis episcopi confitentur: « Confitemur etiam Spiritum vivum et sanctum Paracletum vivum *qui ex Patre et Filio*, ܕܡܢ ܐܒܐ ܘܒܪܐ, in una trinitate, in una essentia, in una voluntate, amplectentes fidem trecentorum decem et octo episcoporum quæ definita fuit in urbe Nicæa (Vid. meam hujus concilii editionem datam Lovanii 1868 p. 30, sqq. ubi alia Syrorum testimonia congessi). » In Actis martyrii S. Sarbelii sub Trajano passi (Cureton, *Ancient Syr. documents* p. ܣܘ) Spiritus sanctus a Barsamia episcopo appellatur « ܪܘܚܐ ܚܝܐ ܕܡܢܗ. Spiritus vivus qui ex eo (Filio) » scilicet est vel procedit. Severus, patriarcha Antiochenus, quem Jacobitæ plurimum venerantur, hoc in professione fidei (Musæi Britan. cod. add. 17, 109, fol. 146) confitetur: ܐܒܐ ܡܘܠܕܐ ܘܠܐ ܡܬܝܠܕܐ ܒܪܐ ܡܬܝܠܕܐ ܘܠܐ ܡܘܠܕܐ . ܒܪ ܐܝܬܘܬܗ . ܘܪܘܚܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܐܒܐ ܘܐܝܬܘܗܝ ܒܪ ܐܝܬܘܬܗ ܕܐܒܐ ܘܕܒܪܐ Pater genitor et non genitus, Filius genitus et non genitor, filius essentiæ ejus, et Spiritus qui a Patre procedit et est *filius essentiæ Patris et Filii.* » Jam autem dicendo Spiritum sanctum filium esse essentiæ Filii sufficienter innuit eum a Filio procedere. Nestoriani diserte profitentur Spiritum Sanctum a Filio proce-

ܦܪܨܘܦܐ . ܕܡܪܬܝܬ ܗܘܐ ܠܣܪ̈ܦܐ .
ܣܛ̈ܝ ܡܪܓܓ ܦܐܬܐ ܕܒܢ̈ܝܢ . ܡܨܛܒܬܢ ܐܦ̈ܐ
ܕܒܢ̈ܬܢ . ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܠܐܝܟܐ ܐܙܠܝܢ . ܠܐ ܝܕܥܝܢ
ܠܐܝܟܐ ܩܪܝܢ . ܐܝܟ ܕܠܒܝܬ ܚܠܘܠܐ ܐܙܠܝܢ .
ܠܨܒܬܐ ܫܢܝܐ ܘܒܣܝܡܘܬܐ . ܐܝܠܐ ܕܢܦܠ
ܒܩܛܝܠܐ . ܓܘܢܗ ܡܢ ܫܪܟ ܡܫܬܚܠܦ . ܒܢܒܝ̈ܐ
ܡܩܛ̈ܠܐ ܗܓܝܬ . ܒܫܠܝ̈ܚܐ ܪ̈ܓܝܡܐ ܩܪܝܬ .
ܟܕ ܓܚܟܝܢ ܚܢܢ ܩܪܝܢ ܚܢܢ . ܒܢܒܝ̈ܐ ܐܦ
ܒܫܠܝ̈ܚܐ . ܐܠܗܐ ܬܠܐ ܥܠ ܩܝܣܐ . ܘܡܛܐ
ܐܒܠܐ ܠܒܪ̈ܝܬܐ . ܘܚܢܢ ܚܡܪܐ ܚܕܬܐ .
ܘܗܘܐ ܡܫܬܡܠܝܢ ܢܫ̈ܐ . ܫܦܝܪ ܦܪܨܘܦܐ
ܒܪܝܐ . ܡܚܫܟ ܡܢ ܓܘ ܪܥܝܢܐ . ܐܦ ܐܠܘ
ܠܐ ܗܘܐ ܩܪܒܐ . ܩܪ̈ܒܐ ܡܥܝܪ̈ܝܢ ܨܒ̈ܬܝܗܝܢ .
ܗܫܐ ܕܫܒܝܐ ܥܠ ܬܪܥܐ : ܡܢܘ ܗܘ ܕܡܥܕܪ
ܠܢ . ܒ̈ܢܬܗ ܕܥܠܡܐ ܠܕܝܪܐ ܐܣܠܝܘ . ܘܗܘܐ
ܚܢܝܩܢ ܒܗ ܡܫܬܢ̈ܝܬܐ . ܗܘ ܕܫܠܚܘ
ܒܪ̈ܝܐ . ܗܘ ܠܒܫܘ ܒܗ ܓܘ̈ܝܐ . ܒܢ̈ܝ ܐܪܥܐ
ܫܒܩܘ ܠܐܪܥܐ . ܠܐܝܩܝܢ ܒܗ ܩܕܝ̈ܫܐ .
ܪ̈ܥܘܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܫܒܩܘ . ܘܩܢܘܢ ܕܝܠܢ
ܠܐܢ . ܚܠܦ ܥܢܐ ܥܢܐ ܩܢܝܢ . ܚܝܘ̈ܬܐ
ܚܠܦ ܢܦ̈ܫܬܐ . ܚܠܦ ܥܢ̈ܐ ܥܢ̈ܐ ܩܢܝܢ .
ܒܥܝܪ̈ܐ ܚܠܦ ܡ̈ܠܝܠܐ . ܒܟܠ ܟܠ ܐܝܟ
ܚܝܐ . ܒܒܪܐ ܥܠ ܘܡܬܚܫܒܐ . ܘܐܚܝܕ
ܐܝܟ ܕܒܟܠܐ ܡܬܚܫܒܐ ܐܦ ܡܫܬܒܪܐ . ܥܠ
ܕܒܟܠܐ ܘܒܟܠܗ . ܡܢܘ ܩܐܡ ܡܚܝܠܗ .

sputum immundum accepit ; opprobriis operta fuit facies illa cujus fulgor trepidare facit Seraphim. Grati efficiuntur vultus imberbi filiorum, exornantur facies filiarum nostrarum. Nescimus quo pergimus ; nescimus quo vocant nos ; pergimus ad ornatum insanum et voluptatem velut ad nuptias. Qui in hominem necatum incidit, illico color ejus immutatur ; tu vero in prophetis occisis meditaris, in apostolis lapidatis legis ; ridendo legimus scripta prophetarum et apostolorum. Deus pendet in cruce, luctus invadit creaturas et nos vinum novum bibimus et insidet nobis superbia. Mulieres maritatæ velut ascetæ vivunt, et ecce virgines nostræ exornantur. Nitet persona exterior, caligat mens intus. Etiamsi bellum esset nullum, bella excitarent earum ornamenta. Nunc captivitate in limine adstante, quis nobis aderit? Filiæ sæculi monasterium spreverunt ; insanientes in eo suffocantur. Quod exuerunt extranei illud induunt interni ; filii terræ terram reliquerunt, et ecce in ea fatigantur sancti. Pastores greges suos despexerunt, illos acquisierunt pastores nostri, oves spirituales despicientes et in oves extraneas toti incumbentes ; pro grege gregem possident ; pro animabus animalia, pro ovibus oves, jumenta pro rationalibus animali-

dere in officio quod ܫܘܒܚܐ vocant ad matutinum : ܐܠܗܐ ܐܝܬܝܐ ܚܕ ܗܘ ܕܠܓܡܪ ܠܐ ܡܬܕܪܟ ܘܐܝܬܘܗܝ ܒܬܠܬܐ ܩܢܘ̈ܡܐ ܕܫܘܪܝܐ ܠܝܬ ܠܗܘܢ . ܐܒܐ ܕܡܢ ܥܠܡ ܕܐܒܐ ܠܝܬ ܠܗ . ܘܒܪܐ ܕܡܢܗ ܕܒܪܐ ܠܐ ܩܢܐ . ܘܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ܕܡܢܗܘܢ ܢܦܩ Deus ens unum est, qui omnino non comprehenditur estque in tribus personis principio carentibus. Pater æternus qui patrem non habet. Filius ex eo qui Filium non possidet et Spiritus sanctus *qui ex eis procedit*. Si Spiritus sanctus procedit ex eis, procedit tum a Patre tum a Filio. Vid. J. S. Assemani, *Biblioth. or.* t. 3, part. 2, p. 235. Vid. etiam Badger, *The nestorians and their Rituals* II, 79.

ܘܒܢܝ ܠܗܘܢ ܪܥܝܢ ܒܥܝܪܐ. ܘܟܠܗ ܥܢܐ ܕܒܝܕܗ
ܦܩܕ. ܗܘ ܠܗ ܢܛܪܐ ܡܢܝܢܐ. ܡܢ ܕܐܬܐ
ܘܕܢܫܝܢ ܠܗ. ܢܦܩ ܒܥܕܪܐ ܠܝ ܦܩܘܕܐ.
ܡܢ ܣܥܪܘܗ ܡܬܦܩܕܐ. ܠܢܩܘܪܗ ܘܡܫܚܐ.
ܡܢܗ ܦܪܥܝܢ ܘܡܬܪܥܝܢ. ܢܩܦ ܕܠܐܝܢ
ܡܬܦܩܕܐ. ܐܠܐ ܘܡܢܗܘܢ ܠܝ ܬܐܒ.
ܘܡܢܐ ܘܡܬܢܐ ܡܬܪܥܝܢ. ܘܢܐ ܘܡܣܬܪܐ
ܐܚܝܕ. ܣܥܪܝܢ ܠܗ ܡܢܗܘܢ. ܡܢ ܘܢܣܒܐ
ܘܦܩܕܬܐ. ܥܢܐ ܒܪܢܫܐ ܟܠ ܒܢܝ. ܘܐܬܬܐ
ܕܥܠܐ ܢܦܫܢ. ܚܝ ܕܝܢ ܐܦܝܢ ܢܦܫܬܐ.
ܠܥܢܐ ܒܥܝܪܐ ܗܘܝܢ ܀

ܡܢ ܠܐ ܒܙܥ ܠܒܘܫܗ. ܥܠ ܗܕܐ ܚܫܐ ܪܒܐ.
ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ. ܠܒܥܝܪܐ ܗܘܘ ܥܒܕܐ.
ܗܘ ܪܥܝܐ ܕܟܠ ܕܐܬܐ ܗܘܐ. ܕܚܕ ܒܥܝܪܐ ܕܛܥܐ
ܢܥܒܕ. ܐܫܒܩ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܫܥܐ. ܠܐ ܛܥܝ
ܠܐ ܡܬܦܩܕܝܢ. ܛܠܝܢ ܠܢ ܐܡܪܐ ܕܠܐ. ܡܢ
ܛܠܝܐ ܕܐܬܬܠܡܕܘ. ܐܡܪܐ ܒܐܡܪܐ ܐܫܬܚܠܦܘ.
ܘܓܕܝܐ ܒܢܝ ܡܠܟܘܬܐ. ܚܘܪܐ ܒܢܝ ܝܡܝܢܐ.
ܒܐܘܟܡܐ ܒܢܝ ܣܡܠܐ. ܠܗܢ ܕܝܢ ܥܢܐ ܕܠܒܪ.
ܡܬܢܛܪܐ ܥܢܐ ܕܪܘܚ. ܥܢܐ ܕܥܢܐ ܐܬܢܛܪܬ.
ܥܢܐ ܕܐܢܫܐ ܐܬܒܣܝܬ. ܐܬܚܫܒܘ ܡܢ ܕܪܥܘܬܐ.
ܘܚܫܒܐ ܪܥܘܬܐ ܐܬܚܫܒܘ. ܥܡ ܪܥܘܬܐ ܕܠܒܪ
ܪܥܘܬܐ. ܟܡܐ ܪܥܘܬܐ ܕܠܒܪ. ܠܚܘܫܒܢ ܒܗ
ܐܝܟ ܥܡܗ. ܗܘ ܪܒܐ ܕܪܥܘܬܐ. ܕܥܢܐ ܒܥܢܐ
ܫܚܠܦܢ. ܠܥܢܗ ܒܥܢܢ ܐܒܥܐ ܠܗ. ܡܬܚܫܒܐ
ܕܒܥܝܪܐ ܗܘܐ ܠܗ. ܡܬܚܫܒܐ ܠܥܢܐ ܕܪܘܚ ܀

bus-pascunt. Omnis grex sub manu numerantis transit et computatur, sub manu pastorum mandatur et inspicitur. Numerosam castorum et castarum gregem quis visitat? Oves se invicem pascunt quocumque libuerit errantes. Grex se servat a lupis circumstantibus; si una aliqua ovis in deserto sejuncta fuerit a sociis reducitur. Oves Christi quis visitat et in ordinem redigit? Ovis temporalis invisitur, notam ejus quærunt si pereat; nota et caulæ quæruntur, spiritus et corpus pereunt, Chariora nobis sunt animalia plus quam mentes et animæ. Dereliquit creator ceteras creaturas et venit quærere animas nostras; nos autem animas negligimus et animalibus servi efficimur.

9. Quis non scindat vestimentum suum ingemiscens de re tam luctuosa? Ministri Dei animalium servi effecti! Ille omnium pastor qui venit ut unam ovem perditam inveniret an sinet nonaginta novem, si erraverint, non reduci? Pro nobis agni temporales meliores sunt pueris in disciplina institutis, agni pro agnis commutati sunt, pro hœdis filii regni, candidi dextræ filii pro nigris sinistræ filiis. Hisce adhæreat grex temporalis, servetur grex spiritualis. Grex ovium servatus fuit, grex autem hominum despectus. Pastores nostri bene computum ineunt cum pastoribus temporalibus. Cum illis quomodo computum inibit magister pastorum? Quia gregem cum grege commutavimus gregem suum in grege nostro requiret. Grex ovium exemplum sit gregi spirituali.

ܟܪܡܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܠܚܒܝܒܝ . ܒܚܩܠܐ ܕܐܬܪܐ
ܫܡܝܢܐ . ܥܩܪܗ ܠܟܪܡܐ ܛܠܘܡܐ . ܘܢܨܒ
ܠܗ ܚܕܬܐ ܚܠܦܘܗܝ . ܟܪ̈ܡܐ ܕܙܒܢܐ
ܡܬܦܠܚܝܢ . ܝܬܝܪ ܡܢ ܟܪܡܐ ܕܩܘܫܬܐ . ܐܚܪܒ
ܪܘܓܙܐ ܟܠ ܟܪ̈ܡܝܢ . ܕܟܪܡܐ ܕܩܘܫܬܐ
ܢܦܠܘܚ . ܚܩܠܐ ܦܠܝܚܐ ܘܙܪܝܥܐ . ܘܢܦܫܐ
ܚܢܝܩܐ ܒܝܬ ܟܘ̈ܒܐ . ܐܚܪܒ ܟܐܢܐ ܚܩܠܝܢ .
ܐܒܝܕ ܪܒܝܐ ܘܙܕܩܬܐ . ܕܬܐܬܐ ܙܪܥܢ ܓܘܝܐ .
ܬܠܬܝܢ ܘܫܬܝܢ ܘܡܐܐ . ܫܬܐܣ ܒܢܝܢ ܥܠ
ܫܘܥܐ . ܘܥܠ ܚܠܐ ܒܢܐ ܪܥܝܢ . ܫܘܐ ܪܘܓܙܐ
ܘܗܦܟ ܒܘܪ̈ܓܐ . ܕܢܒܢܐ ܥܠ ܫܪܪܐ .
ܐܬܕܟܪܝܗ ܠܣܝܒܘܬܐ . ܐܘ ܛܠܝܘܬܐ ܡܨܒܬܐ .
ܕܫܠܚܐ ܡܢܟܝ ܐܣܟܡܐ . ܘܦܪܨܘܦܐ ܡܘܡܐ
ܟܠ ܡܥܛܦܐ . ܠܢܡܐܪܐ ܕܕܚܠܬܐ . ܟܢܫܐ
ܟܠܗ ܫܘܒܗܪܟܝ . ܚܙܝ̈ܐ ܕܙܒܢܗ ܐܢܘܢ ܡܬܐܠܨܝܢ
ܕܢܚܘܪܘܢ ܒܟܝ . ܒܙܒܢܐ ܐܠܟܝ ܡܐ ܕܡܬܐܠܨܝܢ .
ܕܢܗܦܟܘܢ ܡܢܟܝ ܐܦ̈ܝܗܘܢ .

10. Vineam illam, quæ fuit dilecto meo in agris regionis cœlestis, eradicavit prævaricator ; et plantavit vineam novam pro ea. Vineæ temporales melius coluntur quam vineæ veritatis. Vastavit ira divina omnes vineas ut vineam veritatis coleremus In agro exculto frumentum seminatur et anima inter spinas suffocatur. Vastavit Justus agros nostros ; periit fenus cum credito ut germinaret semen nostrum interius et produceret triginta et sexaginta et centum. Stabilienda est ædificatio nostra super petram, et super arenam ædificat mens nostra. Irruit ira divina et evertit arces ut ædificaremus animam nostram super veritatem. Memento senectutis, o juventus exornata, quia velamine te exuet et totam tuam personam maculis velabit; ad portum horroris colliget omnia quibus gloriaris. Hujus temporis spectatores cogentur te intueri ; cogentur, quando senueris, faciem suam a te avertere.

Sectanda pulchritudo quæ nunquam marcessit.

ܐܬܕܟܪܝܗ ܠܟܘܪܗܢܐ . ܕܒܗ ܚܡܠ ܘܙܒܠ
ܐܦ̈ܝܟܝ . ܐܬܕܟܪܝܗ ܬܘܒ ܠܡܘܬܐ . ܡܫܪܝܐ
ܕܟܠ ܗܕܡ̈ܝܟܝ . ܡܐ ܢܚܝܒܝܢ ܒܬܪ ܩܠܝܠ .
ܗܕܡܐ ܕܠܐܝܐ ܒܗܘܢ . ܕܢܚܝܒܝܢ ܒܣܝܒܘܬܐ .
ܘܢܚܝܒܝܢ ܒܩܒܪܐ . ܡܢܐ ܠܐܝܐ ܛܠܝܘܬܐ .
ܠܡܨܒܬܘ ܡܣܢܝܐ . ܗܕ̈ܡܝܟܝ ܐܘ ܛܠܝܘܬܐ .
ܟܡܝܢ ܒܗܘܢ ܪ̈ܒܘ ܡܘ̈ܡܝܢ . ܘܡܫܘܚܝܢ
ܘܢܦܩܝܢ ܡܢ ܓܘܗ . ܕܣܝܒܘܬܐ ܐܝܟ ܡܢ ܐܪܥܐ .
ܘܟܘ̈ܒܐ ܕܡܘ̈ܡܐ ܚܢܩܝܢ ܠܗ . ܠܫܘܦܪܐ ܦܐܪܐ
ܕܛܠܝܘܬܐ . ܐܪܟܢܝ ܐܕܢܟܝ ܛܠܝܘܬܐ . ܘܐܗܘܐ
ܠܟܝ ܐܝܟ ܡܠܦܢܐ . ܗܘ ܕܐܦܩ ܢܦܫܗ
ܚܝܠ . ܕܢܦܩܝܢ ܢܗܘܪ ܠܥܝܢܐ . ܗܘ ܕܢܦܠ

11. Memento infirmitatis qua marcesset fluxa tua facies; memento denique mortis quæ omnia tua membra dissolvet. Quam horribilia erunt post breve tempus membra quibus laboras, quam abhorrenda erunt in senectute, quam abhorrenda in sepulchro ! Quid laborat juventus ad exornandum quod tam odiosum erit ? In membris tuis, o juventus, latent innumeræ maculæ, quæ prorumpunt ex intimis senectutis visceribus velut e terra ; spinæ macularum suffocant decorum juventutis florem. Inclina aurem

ܒܗ ܛܠܝܘܬܐ . ܡܢ ܕܐܣܝ ܠܢܦܫܗ . ܐܬܡܠܟܝ
ܐܘ ܛܠܝܘܬܐ . ܒܡܠܟܐ ܕܡܬܡܠܟܝܢ ܠܐ ܚܣܝܐ .
ܗܘܝܘ ܡܕܘܪ ܘܡܙܗܪ ܠܫܦܝܪܬܐ ܘܡܟܫܦܢܘܬܐ .
ܠܐ ܡܫܟܚܐ ܠܗ ܒܡܘܪܘܬܐ . ܒܫܘܦܪܐ ܨܒܬܝ ܐܝ
ܕܗܘܐ . ܠܐ ܡܫܚܐ ܠܗ ܡܫܚܠܦܘܬܐ . ܒܗܘ ܗܘ
ܢܨܚ ܡܢ ܡܢܬܐ . ܡܟܪܗܐ ܠܐ ܡܨܐ ܡܡܚܟ
ܠܗ : ܕܚܝܠܐ ܩܢܐ ܡܢ ܐܝܬܘܗܝ . ܡܣܟܢܘܬܐ
ܐܪܥܗ ܗܝ . ܡܢܗ ܡܨܒܬܐ ܘܡܦܪܚܐ .
ܐܦܠܐ ܒܨܘܡܐ ܡܬܡܚܠ ܠܗ . ܡܪܐ ܗܘ ܓܝܪ
ܕܥܡܠܗ . ܫܗܪܐ ܘܒܟܝܐ ܐܡܗܬܗ .
ܡܒܘܥܐ ܕܫܘܦܪܗ ܠܗ . ܠܐ ܡܨܝܢ ܟܐܒܐ ܕܢ
ܠܗ . ܕܡܢܗܘܢ ܢܣܒܐ ܚܘܠܡܢܐ . ܠܐ ܡܬܢܟܝܐ
ܠܗ ܢܣܝܘܢܐ . ܕܢܨܚܢܐ ܝܗܒ . ܐܦ ܠܐ
ܪܕܘܦܝܐ ܪܕܦ ܠܗ . ܕܡܢܗ ܟܠܝܠܐ ܓܕܠ
ܠܗ . ܡܘܬܐ ܠܐ ܡܨܐ ܕܢܚܢܩܝܘܗܝ .
ܕܒܚܝܘܗ ܩܛܠ ܠܗ . ܩܒܪܐ ܠܐ ܡܨܐ
ܕܢܟܣܝܘܗܝ . ܕܒܩܝܡܬܗ ܒܙܥ ܠܗ . ܐܐܪ ܠܐ
ܡܨܐ ܟܠܐ ܠܗ . ܕܒܪܘܦܐ ܓܦܝܗ ܩܠܝܠܐ .
ܐܦܠܐ ܫܡܝܐ . ܟܠܝܢ ܠܗ . ܕܩܠܝܕܐ ܕܪܘܡܐ
ܠܗ . ܠܥܠ ܡܢ ܥܝܪܐ ܕܠܥܠ ܣܠܩܬ . ܚܕܝܢ ܒܗ
ܘܡܚܕܝܢ ܠܗ . ܒܪܘܚ ܩܘܕܫܐ ܣܓܕܐ ܠܒܪܐ .
ܕܫܩܠ ܠܗ ܘܐܪܝܡܗ . ܒܗ ܡܫܒܚܐ ܠܐܒܘܗܝ
ܕܫܘܐ . ܕܬܡܛܐ ܠܘܬܗ ܫܘܝܐ ...

tuam, o juventus et ero tibi consiliarius. Qui sanavit animam suam scit multiplicare admonitiones ad pulchra agenda; qui incidit in latrones potest monere mercatores. Exornare, o juventus, pulchritudine quæ nunquam marcessit, pulchritudine quæ decorat et exornat juventutem et senectutem, pulchritudine quam deformem non reddit infirmitas. Hæc in suo fornace fulget velut aurum; non lædit eam senectus; expulso metu quietem præstat; morbus non potest eam debilem reddere quia robur a seipsa possidet; paupertas terra ejus est, ex ea decorem suum floresque desumit; nec jejunio languida fit, ipsum enim est totius ejus laboris dominus; vigiliæ et fletus fontes sunt e quibus decorem suum haurit; non possunt dolores eam devincere, quum ab eis incolumitatem mutuet; non officit ei tentatio sed triumphos præbet; persecutio eam non aggreditur, sed ei coronam nectit; mors eam opprimere non potest, quum ipsa mortem vita sua perimat; sepulchrum non potest eam obtegere, quia sua resurrectione illud disrupit; aer non potest eam detinere, quia alarum motu in altum effertur; neque cœli possunt ejus ascensum impedire, quia claves altitudinis habet; ascendit supra supernos angelos qui in ea lætantur eamque lætitia afficiunt; in Spiritu sancto adorat Filium, qui detulit, sustulit et elevavit eam; per eum laudat Patrem quod digna fuerit quæ ad ipsum perveniret.

ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܩܕܡܝܐ ܀

Explicit sermo primus.

[illegible]

BEATI EPHRÆMI

SERMO (ALTER) DE REPREHENSIONE[1].

Iniquitas fugienda.

[illegible]

1. Time, o homo, nequitiam; quia nequitia terras devastat fonsque est malorum exundans et inebrians multos. Qui bibit ex ejus undis inebriatur et obliviscitur bonorum et in sua ebrietate nescit quanto detrimento ex illo potu afficiatur, quum nefandi ejus effectus non appareant. Iniquis et impiis mala amantibus leve fit durum ejus jugum; fallaci et mendaci facile est portare ejus onus; fornicatori et adultero suavis est unda hujus fontis; calumniatori et iniquo avaro placet illius insania; a direptore et spoliatore diligitur, amatur et eligitur; impuro, libidinoso ac lascivo dulcis est ac suavis amaritudo ejus, superbo qui gloriatur et superbit placet et convenit, atque ab eo exquiritur.

Iniquitas iniquis placet, a justis detestatur.

[illegible]

2. Iniquitas exquiritur ab iniquis, sed abominabilis est in oculis justorum, abhorret quippe anima justorum odorem ejus atque saporem; amarus autem iste sapor suavis fit ori rabido iniquorum. Cujus dissolutæ sunt mores ei omnia mala conveniunt; superbo multos despicienti placent odibilia; odiosum quippe est in oculis ejus quod peccata sua reprobet et deserat; siquidem gustat saporem iniquitatis totamque ejus rem suavem habet; quum autem gustavit iniquitatem iniquus specie ejus illectus adhuc

[1] Alius de reprehensione sermo habetur inter sermones de diversis *Opp. Syr. lat.* t. III, p. 644, sqq. Prolixus legitur sermo de *Reprehensione sui ipsius* inter *Opp. græco-lat.* I, 119, sqq. Agitur autem in omnibus hisce sermonibus de re morali et ascetica, sed tituli in diversis codicibus sæpe differunt.

[illegible]

[illegible]

sitit ut rursus ex ea bibat. Quia iniquitas corrumpit multos, peccator defixit in ea oculos, vidit ejus illecebras, iisque capti sunt illius oculi. Justi autem si acciderit ut gustaverint iniquitatem, halitum ejus illico delent, ab ea effugiunt, eam auferunt et a se projiciunt ne illius veneno inficiantur; si autem acciderit ut eam parumper et a longinquo aspexerint, illico claudunt oculos ne ejus causa perturbentur, illico occludunt aures ne ejus voce commoveantur, pedes ab ea cohibent ne ejus contactu offendant, portas oris sui obserant ne ejus gustu in lasciviam protrahantur, labia sua mundant, ne ejus felle comprimantur, a dulcedine facinorum ejus linguam suam purificant et mentes suas detergunt ne ejus æstu inquinentur; abstergunt membra sua ab ea purissime mentemque suam ab occultis ejus sordibus mundant ac animæ sensus eximunt a servitute corruptionis.

3. Qui stabant sapienter in via media virtutis et triplici modo eam prosequebantur lucidis oculis intuiti sunt ætates pristinas et viderunt afflictos fuisse iniquos, inspexerunt ætates medias et viderunt cruciatos fuisse peccatores. Expectant judicium futurum quo retribuuntur indiscriminatim peccatores cum iniquis, impii cum flagitiosis, impudici cum oppressoribus, impuri et avari cum prodigis qui in terra cum justis commixti absque distinctione vivunt. Qui ambulabant in via lata ex ea separantur ut eant in tenebras. Quamvis dispersi incidunt Pœna damnatorum.

ܟܢܫ ܠܗ̇ . ܟܚܕ ܚܕܐ ܕܢܘܪܐ ܡܠܝܐ . ܕܟܠܗ
ܢܬܢܛܐ ܠܚܘܫܒܗ . ܘܒܣܡ ܒܗ ܐܝܟ ܕܒܣܡ
ܒܗ . ܡܢ ܢܘܪܐ ܕܫܘܢܩܗ̇ . ܡܛܠ ܕܢܦܠܘܢ
ܒܢܝܗܘܢ . ܡܬܢܘܚ ܩܠܐ ܦܓܪܝܗܘܢ . ܘܟܠ
ܦܘܫܐ ܕܦܓܪܝܗܘܢ . ܡܦܩܢ ܡܬܒܬ
ܒܢܝܗܘܢ . ܡܬܦܪܩܝܢ ܐܝܟ ܡܬܥܪܝܢ ܘܟܠܗ
ܕܡܢܘܚ ܐܘ ܕܡܢܝܚ . ܚܙܝܢ ܒܥܘܡܩܐ ܠܬܚܬ .
ܘܡܬܩܦܩܦܝܢ ܢܘܪܐ ܗܘܝܢ . ܘܡܬܒܥܝܢ ܒܥܘܡܩܐ
ܕܠܬܚܬ . ܘܡܬܒܥ ܡܦܩ ܫܠܗܒܝܬܐ . ܚܙܝܢ
ܒܗ ܠܥܠܝܗܘܢ . ܘܢܦܩ ܕܢܘܪܐ ܢܫܒ ܒܗ .
ܘܡܬܒܥܝܢ ܒܗ ܠܒܣܬܪܗܘܢ . ܘܚܙܝܢ
ܕܢܘܪܐ ܡܫܬܪܐ . ܚܙܝܢ ܒܗ ܠܝܡܝܢܐ .
ܚܙܝܢ ܒܗ ܡܢܫܐ ܫܠܗܒܝܬܐ . ܘܡܬܒܥܝܢ
ܒܗ ܠܣܡܠܐ . ܘܡܬܩܝܕ ܕܠܐ ܡܫܘܚܬܐ .
ܦܬܝܚ ܦܘܡܗܘܢ ܒܟܐܒܐ . ܘܦܠܛ ܢܘܪܐ
ܥܡ ܫܠܗܒܝܬܐ . ܘܡܢ ܢܚܝܪܐ ܕܚܡܝܡܝܢ . ܥܠܐ
ܬܢܢܐ ܥܒܝܐ . ܕܐܝܟ ܕܦܫܪܘ ܗܘܘ ܒܗܘܢ ܒܛܠܝܡܘܬܐ .
ܒܢܘܪܐ ܦܫܪܝܢ ܒܟܐܢܘܬܐ . ܬܪܥܐ ܕܐܕܢܐ ܕܐܪܡܝܘܗܝ
ܒܚܘܣܢܐ ܕܢܘܪܐ ܡܬܥܩܪܝܢ . ܕܦܬܚܘ ܐܢܝܢ
ܠܥܘܠܐ . ܘܡܬܚܪܩܝܢ ܗܘܘ ܒܥܘܠܐ . ܠܩܠܐ
ܕܡܣܟܢܐ . ܘܕܐܠܝܨܐ ܘܕܚܫܝܟܐ .
ܝܩܕܐ ܢܘܪܐ ܩܫܝܐ ܒܦܓܪܝܗܘܢ
ܘܒܗܕܡܝܗܘܢ . ܕܚܛܝܬܐ ܟܣܝܬܐ ܝܩܕܬ
ܒܪܥܝܢܝܗܘܢ . . . .
ܡܫܢܩܝܢ ܢܦܫܗܘܢ . . . .
ܕܝܩܕܐ ܕܦܓܪܝܗܘܢ . . . .
ܢܦܩ ܟܠܢܫ . ܘܠܚܒܪܗ .. ܡܢ . . . .
ܡܘܩܕ ܕܡܢ ܢܦܫܗ . . . .
ܟܠ ܐܢܫ .. ܟܠ ܚܒܪܗ ܒܚܛܗܐ . . .
ܡܬܚܪܒܝܢ ܐܦ ܡܫܬܠܡܝܢ . ܒܚܛܗܝܗܘܢ
ܡܬܐܟܠܝܢ . ܢܦܩ ܟܠ ܐܢܫ ܡܬܚܒܠ . ܟܠ

quasi unus in eamdem foveam doloribus plenam, ubi unusquisque prout voluptatibus se dedit dolore cruciatur ac probatur[1]. Cadunt in idem mare ignis cujus tormentis nulla datur interruptio; in illo mari ululant et illacrymantur ex ardore ignis; in eo resonant stridor dentium, projectio corporum, distorsio membrorum, erutio oculorum; illiduntur et affliguntur et nemo est qui eos recreet aut requiem præstet; oculos superne in altum levant et fiunt veluti ignis effusiones; aspiciunt in profundum deorsum et scaturiens educitur flamma; respiciunt ante se et flatus ignis spirat; respiciunt retro et densam ignis procellam vident; oculos vertunt ad dextram et vident flammam circumfusam; intuentur ad sinistram et ardet ingens flammæ funiculus; hiat os eorum præ dolore et evomit ignem cum flammis; ex adustis naribus densus ascendit fumus; qui se turpiter dissolverant igne juste dissolvuntur; perfidæ aurium portæ violentia ignis eradicantur, quia aperuerant eas iniquitati et perverse occluserant voci pauperum, afflictorum et egentium, ardet ignis asper in corporibus et membris eorum, quia peccatum occultum exarsit in mente eorum[2]... cruciant se... ardor corporum eorum... exit unusquisque et socium... comburit quia ex se...unusquisque...socium in peccatis... destruuntur et consumuntur.

[1] Conferenda sunt quæ habet de pœnis damnatorum in sermone *de timore Dei et consummatione sæculi, Opp. Syr. lat.* III, 637-638.

[2] In codice hic quædam verba occurrunt quæ legi non possunt.

ܡܚܒܪܘ ܘܟܠܗ ܒܙ ܐܘܪܚܗ . ܘܟܠܐ ܣܡܠܐ
ܙܓܘܪܬܐ . ܒܓܘܝܬܐ ܕܡܛܫܝܘܬܗܘܢ ܘܒܡܘܚܐ
ܕܗܕܡܝܗܘܢ ܕܠܐ ܡܫܬܒܩ ܡܫܠܗܒܐ .
ܕܒܥܝܢ ܐܦ ܪܛܝܒܝܢ . ܐܝܟ ܓܒܝܢܘ
ܕܒܢܘܪܐ . ܕܝܒܫܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܩܘܫܬܐ .
ܘܪܛܝܒܝܢ ܗܘܘ ܒܚܛܝܬܐ . ܢܦܠ ܛܡܐܐ ܥܠ
ܛܢܦܐ ܘܙܢܝܐ ܥܠ ܙܢܝܐ . ܡܬܡܣܟܝܢ ܐܦ
ܡܛܥܝܢܐ . ܪܓܠܐ ܥܡ ܟܕܒܐ . ܥܠܘܒܐ
ܒܥܠܐ ܦܓܥ . ܘܐܝܟ ܚܕ ܢܦܠܝܢ ܒܬܫܢܝܩܐ .
ܚܣܡܐ ܐܦ ܛܢܢܐ . ܙܠܝܩܐ ܐܦ ܩܪܨܐ . ܪܘܝܐ
ܐܦ ܐܣܘܛܐ . ܚܛܘܦܐ ܐܦ ܒܙܘܙܐ . ܥܘܠܐ
ܐܦ ܒܢܝܐ . ܟܕܒܐ ܐܦ ܪܫܝܥܐ . ܟܠܗܘܢ
ܙܝܙܢܐ ܐܝܟ ܚܕ . ܬܡܢ ܦܓܥܝܢ ܚܕ ܒܚܕ . ܬܪܝܢ
ܢܩܫܝܢ ܪܫܝܗܘܢ . ܚܕ ܒܚܕ ܒܐܘܠܨܢܝܗܘܢ . ܟܠ
ܡܢܗܘܢ ܢܦܚ ܢܘܪܐ . ܘܒܢܦܚܗ ܡܘܩܕ
ܩܪܝܒܘܗܝ . ܡܬܬܩܠܐ ܐܡܐ ܒܒܢܝܗ .
ܘܢܩܫ ܐܒܐ ܒܝܚܝܕܗ . ܘܒܐܘܠܨܢܝܗܘܢ
ܡܪܝܪܐ . ܦܩܥܝܢ ܡܬܒܥܝܢ ܒܚܡܬܐ . ܡܢܟܬܐ
ܐܡܐ ܠܚܒܝܒܗ . ܐܦ ܐܒܐ ܡܢܟܬ
ܠܒܢܘܗܝ . ܢܟܬ ܐܚܐ ܠܐܚܘܗܝ .
ܘܐܦ ܩܪܝܒܐ ܠܫܒܒܗ . ܟܠܢܫ ܠܐܝܢܐ ܕܦܓܥ
ܒܗ . ܢܟܬ ܦܪܬ ܘܡܚܒܠ . ܢܐܟܘܠ ܓܝܪ
ܡܢܫܐ ܠܐܦܪܝܡ . ܘܐܦܪܝܡ ܢܐܟܘܠ ܠܡܢܫܐ .
ܐܦ ܓܒܪܐ ܓܝܪ ܒܐܘܠܨܢܐ . ܢܐܟܘܠ ܒܣܪܐ
ܕܕܪܥܗ . ܘܐܦ ܓܝܪ ܢܐܟܘܠ ܒܢܘܗܝ .
ܘܐܡܐ ܠܐܟܘܠ ܚܒܝܒܗ . ܡܦܢܩܬܐ
ܘܡܦܢܩܬܐ ܠܐܟܘܠ ܠܒܢܝܗ ܘܠܒܢܬܗ .
ܘܐܦ ܢܫܐ ܡܪܚܡܢܝܬܐ . ܒܒܢܝܗܘܢ ܒܫܠܘ
ܒܐܘܠܨܢܐ . ܘܐܦ ܒܐܘܠܨܢܐ ܗܘ ܕܐܬܐ . ܕܝܠܗ
ܗܘ ܕܪܚܡ ܕܝܠܗ . ܗܘܝ ܠܐܦܝ ܢܫܐ ܘܐܦ ܠܗ
ܒܣܪܐ ܕܒܢܝܗܘܢ . ܡܐ ܕܡܬܥܨܝܢ ܒܐܘܠܨܢܐ .
ܘܒܟܦܢܐ ܕܠܐ ܣܒܪ . ܡܐ ܒܥܝܢ ܣܟܠܐ .

In socios offendunt; exeuntes cuncti accumulantur super socios suos et super conjuges; fervet autem flamma in secretioribus eorum partibus et in medulla membrorum ignis ardorem suum multiplicat; qui erga veritatem aridi erant et erga peccatum virentes, liquescunt et arefiunt pro voluntate flammæ. Cadit impurus super immundum et impudicus super scortatorem; prostrantur et dejiciuntur deceptores cum mendacibus. Oppressor in avarum impingit et ambo velut unus cadunt in tormenta; invidia et æmulatio, lubrici capitis et oculorum nutus, ebrietas et crapula, direptor et spoliator, iniqui et flagitiosi, mendaces et impii, omnia zizania velut unum in invicem ibi impingunt. Duo in suis angustiis caput sibi invicem collidunt; unusquisque spirat ignem et flatu suo incendit proximos. Impingit mater in filios suos; collidit pater unigenitum suum, et diris exacerbati angustiis rabie et morsu in invicem efferuntur. Mordet mater dilectum suum, mordet pater filios suos, mordet frater fratrem et proximus vicinum; unusquisque quem obvium habet mordet, lacerat et destruit. *Vorabit Manasses Ephraim, et Ephraim Manassen*[1], etiam vir in afflictione vorabit carnem brachii sui et pater vorabit filios suos et mater dilectum suum, delicata et tenera vorabit suos filios ac filias, etiam mulieres misericordia sua tenerrimæ filios coxerunt in maximis

[1] *Is.* IX, 20.

ܕܠܡ ...ܐ ܠܛܘܪܦܝܗܘܢ . ܢܟܬ ܕܝܢ ܐܝܟ
ܕܢܟܬ . ܠܐ ܗܘܐ ܕܒܣܪܗ ܢܐܟܘܠ . ܐܠܐ
ܕܕܠܗܐ ܐܢܬ ... ܗܘ ܫܘܢܩܗ . . . . .
ܡܫܟܚ ܠܗܘܢ ܕܢܣܒܥ . . . .
... ܡܫܬܢܐ ܠܐ ܕܝܢ ܫܠܐ . . . .
ܕܣܟܐ ܗܘܐ ܠܫܘܢܩܗܘܢ . . . .
... ܕܟܦܢܐ ܘܣܒܐ . ܡܢܟܬ
ܠ ܚܫܘܗܝ ܘܡܢܟܬ . . . .
ܦܐܪܐ ܘܣܡܐ ܡܪܐ . ܡܛܠ ܕܐܣܘܪܗ ܚܪܝܢܐ
ܘܡܕܪܐ ܠܥܠܡ ܕܠܢܘܗܝ . ܐܦ ܐܝܟ ܕܢܟܬ
ܠܗ . ܢܟܬܗ ܡܘܟܒ ܘܡܟܣܟܣ . ܘܠܚܡܐ
ܗܘ ܕܫܘܫܬܗ . ܡܢܟܬ ܠܗ ܡܪܘܣܐ . ܘܚܨܘܗܝ
ܐܚܘܗܝ ܘܒܪܢܐ . ܐܦ ܥܝܢܐ ܕܒܠܐ . ܕܠܐ
ܠܛܘܪܦܝܗܘܢ ܣܟܐ . ܘܠܐ ܫܠܐ ܠܫܘܢܩܗܘܢ .
ܠܐ ܟܪܐ ܠܡܚܘܬܗܘܢ ܘܠܐ ܐܣܝܘܬܐ ܠܟܐܒܝܗܘܢ
ܘܠܝܬ ܕܡܪܛܒ ܠܫܢܐ ܠܗܝܠ ܕܠܫܢܝܗܘܢ .
ܘܠܝܬ ܕܦܪܩ ܘܡܦܨܐ . ܠܫܟܝܒܐ ܕܢܦܠܘ
ܡܢ ܫܠܝ . ܘܐܦ ܠܐ ܐܝܬ ܕܣܡܟ ܘܡܩܝܡ .
ܠܪܡܝܐ ܕܒܪܒܘ ܘܢܦܠܘ . ܕܒܚܫܘܟܐ ܒܪܝܐ .
ܒܚܘܪܩ ܫܢܐ ܡܬܐܠܨܝܢ . ܘܒܥܡܛܢܐ ܚܫܝܢܐ .
ܡܓܫܫܝܢ ܘܛܥܝܢ ܣܡܝܐܝܬ . ܘܒܣܘܦ ܦܚܬܐ
ܥܡܝܩܬܐ ܢܦܠܝܢ . ܟܐܢܐܝܬ ܀

angustiis[1]; si autem in hisce angustiis quæ umbra tantum sunt supernarum sic plasmati sunt homines ut carnes filiorum suorum manducarent, quid facient miseri quando cruciabuntur in afflictione et tormentis nunquam transituris? Finis quippe non datur eorum cruciatui. Mordebit porro qui mordet, non ut famem satiet, sed... cruciatus ejus... Potest rursus... amara non cessabunt quia cruciatus ejus in æternum erit... Si invicem... mordet ferrum et æneum durum et confringit frater ejus lumbos et eruit oculos suos; qui mordet ibi seipsum perdit et lædit, carnem enim suæ subsistentiæ mordet perniciose. Membra et venæ iniquorum carbones fiunt. Non datur terminus vexationibus eorum, nec intermissio cruciatui, nec remedium plagis, nec sanatio doloribus; nemo est qui humectet linguam eorum ejusque cruciatum emolliat; nec est qui liberet et eripiat prostratos qui subito ceciderunt, nec est qui sustentet et erigat jacentes qui prolapsi sunt in tenebras exteriores, ubi stridore dentium affliguntur et in densa caligine palpant et errant ut cœci et tandem in fossam profundam juste cadunt.

Status justorum in paradiso.

ܙܕܝܩܐ ܕܝܢ ܫܪܝܪܐ . ܬܪܝܨܐ ܘܟܐܢܐ ܘܙܗܝܪܐ . ܢܟܦܐ
ܘܫܗܪܢܐ ܘܨܝܡܐ . ܡܕܝܪܐ ܘܡܬܚܣܢܐ .
ܘܪܚܡܢ ܠܒܐ ܘܕܟܝܐ . ܘܩܕܝܫܐ ܕܡܣܬܪܐ .
ܘܡܣܒܪܢܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ . ܘܡܫܬܥܒܕܝܢ
ܕܙܕܝܩܘܬܐ . ܐܝܚܝܕܝܐ ܘܒܢܝ ܢܘܗܪܐ . ܪܚܡܝ
ܩܘܫܬܐ ܘܫܦܝܪܐ . ܕܠܡܫܪܐ ܒܥܐܝܢ ܫܡܗ .

3. Veri autem justi, recti et probi, et virtutis studiosi et casti et vigiliis ac jejunio assidui, et ascetæ et misericordes, et mundi corde, et sancti, et virtutum cultores, et fidei zelatores, et justitiæ addicti, monachi et filii lucis, veritatis ama-

[1] *Thren.* IV, 10.

[illegible]

tores, qui spem absconditam salutemque æternam expectant et Bonum collaudant quod eos gratia sua lætificat, omnes filii dextræ, milites regis magni, in æternum gaudent in celsitudine gloriosi paradisi, in jucundis ejus umbris supportant flatus malorum, et inter amœnos arbores recreantur deliciis gloriæ in illo paradiso quem aspicere non potest oculus polluti, corrupti et iniqui, in illo paradiso e quo exit radius percutiens et excæcans oculos, e quo vident boni in abysso tenebrarum acerbos cruciatus malorum sinistræ filiorum violentaque tormenta nigrorum caliginis filiorum, quorum haud recti fuerunt incessus in contortis eorum semitis, sicut vidit Abraham fumum et incendium Sodomæ super incolas corruentis.

[illegible]

4. Propter incolarum nequitiam incendit Sodomam ignis iræ divinæ, propter civium impietatem combussit eam sulphur et invasit timor vicinas urbes. Quia afflicti sunt in ea pauperes et cruciati egentes et ulularunt oppressi, quia clamavit vidua, et vociferavit orphanus propter impietatem urbis; quia egeni et nudi clamores usque in cœlum protulerunt, quod bonorum plena ea coacervaret et coram esurientibus occluderet, quod cuncti comederent et deliciis saturarentur dum alii esurirent in plateis, quod bonorum possessores potu se inebriarent, dum sitientes linguæ siccitate laborarent, quod iniqui singulis momentis vestes coloribus pulcherrimas mutarent dum egenus Iniquitas causa ruinæ Sodomitarum.

ܕܒܨܝܪܐ . ܐܠܐ ܐܦ ܗܕܐ ܕܚܣܕܐ . ܠܡܚܣܕܘ ܠܗܘܢ
ܓܕܦܘ ܠܗܘܢ . ܘܐܬܟܢܫܘ ܘܩܡܘ ܐܟ ܚܕ .
ܠܕܝܢܐ ܟܐܢܐ ܘܟܣܝܐ . ܘܪܟܢ ܐܦ ܫܡܥ ܗܘ
ܟܐܢܐ . ܘܐܨܝܬ ܒܕܝܢܗܘܢ . ܘܦܩܕ
ܡܢ ܥܠ ܥܢܢܐ . ܘܙܪܩ ܢܘܪܐ ܘܟܒܪܝܬܐ
ܘܡܛܪ ܐܟܚܕ ܒܚܡܬܗ ܛܘܦܢܐ ܕܢܘܪܐ
ܥܠ ܛܢܦܐ . ܘܟܕ ܝܩܕ ܗܘ ܢܘܪܐ . ܘܡܫܦܠ
ܪܘܡܐ ܕܫܝܛܐ . ܘܡܫܟܢܗ ܠܒܪ ܫܒܗܪܬܐ .
ܘܡܪܘܡܘܬܐ ܐܦܪܟܗ . ܠܫܝܛܘܬܗ ܠܫܛܝܪܘܬܐ .
ܘܡܠܐ ܦܘܡܗ ܕܚܠܐ . ܦܬܚ ܬܪܥܐ
ܕܥܬܝܪܐ . ܘܥܠ ܟܢܫ ܣܝܡܘܗܝ . ܒܫܡܝܐ
ܣܡ ܐܢܘܢ ܒܡܓܕܠܐ . ܘܐܪܥܠ ܒܩܠܗ ܕܥܡܪܐ
ܠܡܥܡܪܐ . ܘܦܪܚ ܘܥܒܪ ܠܥܠܐ .

frigore cruciaretur in plateis, quod nemo adesset qui recrearet afflictos et vestiret nudos; quia sufficiens non fuit amarum facinus quo egentes oppresserunt, sed odiosum hoc addiderunt quod conviciis eos oppetierunt et congregati in unum sese opposuerunt judici justo et occulto; idcirco auditum atque aurem præbuit ille justus, atque illico de eorum judiciis ultionem sumpsit præcipiensque repente nubibus distillavit ignem et sulphur et in ira sua simul diluvio ignis oppressit contaminatos. Accensus igitur ille ignis destruxit altitudinem superborum, depressit eorum gloriationem, exaltationem disjecit, superbiam prostravit illiusque os pulvere implevit, aperuit portas divitum et ingressus collegit thesauros eorum, posuit eos in arcibus et clamans voce quæ incolas in cubiculis tremefecit volatu ascendit ad incolas supernos.

ܚܙܐ ܢܘܪܐ ܪܘܪܒܐ ܕܥܪ̈ܣܬܐ . ܘܨܒܬܐ
ܕܠ̈ܒܘܫܝܗܘܢ . ܘܚܙܝܗܝ ܠܐܟܘܠܐ ܘܡܬܦܢܩ .
ܘܡܚܝܗܝ ܘܦܩܥ ܡܢ ܥܠ . ܗܦܟܗ ܘܡܟܝܐ
ܥܪ̈ܣܬܐ . ܘܠܡܣܬܡܟܢܐ ܥܡ ܦܬܘܪܐ . ܠܚܡܗ
ܕܥܠ ܦܘܡܗ . ܘܢܘܪܐ ܫܪܐ ܒܠܫܢܗ .
ܝܩܕ ܠܚܡܗ ܥܡ ܠܫܢܗ . ܐܦ ܫܬܝܗ
ܥܡ ܣܦܘ̈ܬܗ . ܩܠܐ ܗܘܐ ܡܠܐ ܕܫܠܗܒܝܬܐ .
ܘܐܪܥܫ ܙܘܥܐ ܘܪܘܬܬܐ . ܘܟܠ ܐܢܫ ܥܪܩ
ܘܡܬܛܫܐ . ܢܘܪܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒܥܐ ܗܘܐ .
ܘܡܛܐ ܟܠ ܟܪ ܕܐܬܛܫܝ . ܠܒܪ ܡܫܟܚܗ
ܡܢ ܬܡܢ . ܒܥܛܗ ܠܟܪܣܐ ܕܥܠܘܒܐ .
ܥܡܗ . ܘܐܦܩܗ ܕܐܟܠܐ ܗܘܐ ܠܚܡܗ
ܕܝܬܡܐ . ܘܐܦܪܩܗ ܒܥܘܠܒܢܐ . ܒܬܪܥܐ

Vidit ignis magnificentiam lectorum, decorem vestimentorum, vidit gulosum recumbentem et voluptatibus indulgentem et percussit eum illeque statim disruptus jacuit; idem ille ignis evertit lectos et recumbentes cum mensis; panis adhuc erat in ore gulosi quum jam ignis insideret in lingua ejus; combustus est panis cum lingua et potus cum labiis; vox flammæ personans commotionem atque trepidationem excitavit ita ut cuncti fugerent ad se abscondendos, sed ignis omnes exquirebat, cunctos quocumque se abscondissent attigit et inde abstulit, calce petivit ventrem oppressoris

ܩܫܝ̈ܐ . ܘܡܚܣܢ̈ܐ . ܕܚܝ̈ܠܬܢܐ ܘܓܢܒܪ̈ܐ .
ܦܫܚܬ ܐܦ ܐܝܟ ܟܐܦܐ . ܘܗܘܘ ܩܛܡܐ
ܘܕܩܐ . ܒܦܘܡܗܘܢ ܘܒܓܓܪ̈ܬܗܘܢ .
ܫܪܐ ܗܕܡ̈ܐ ܕܡܚܣ̈ܢܝܢ ܐܦ ܠܗܘܦܟܐ
ܕܡܩ̈ܒܥܝܢ . ܕܐܬܚܒܠܘ ܗܘܘ ܠܗܘܦܟܐ .
ܘܐܬܚܒܠܘ ܗܘܘ ܒܗܘܦܟܐ . ܕܐܬܩܒܥܘ ܗܘܘ
ܠܗܘܦܟܐ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ ܕܒܪܘܝܐ . ܘܐܬܚܒܠܘ
ܗܘܘ ܒܗܘܦܟܐ . ܡܢ ܨܒܝܢܗܘܢ ܒܝܫܐ .
ܟܠܗ ܐܝܟ ܐܝܟܐ ܕܐܫܟܚܬܗ . ܐܡܟ ܡܡܟܬܗ
ܢܘܪܐ . ܒܠܒܘܫܝܗܘܢ ܐܬܝܩܕܘ . ܕܓܠܝܐ
ܗܘܘ ܡܢ ܕܚܩܝܢ . ܒܡܫܚܝܗܘܢ ܐܬܒܫܠܘ .
ܕܠܐ ܡܫܚܘ ܡܢܗܘܢ ܚܫܝܟܐ . ܒܚܡܪ̈ܝܗܘܢ
ܐܬܫܢܩܘ . ܕܠܐ ܐܫܩܝܘ ܗܘܘ ܠܨܗܝܐ . ܗܘܘ
ܩܒܪ̈ܐ ܒܬ̈ܝܗܘܢ . ܕܠܐ ܥܠܘ ܗܘܘ ܠܗܘܢ
ܡܣܟܢ̈ܐ . ܒܡܘܬܒܝܗܘܢ ܐܬܚܦܪܘ . ܕܦܠܚܘ
ܒܗܘܢ ܡܣܝܒ̈ܐ . ܒܡܛܫܘܬܗܘܢ ܐܫܬܢܩܘ .
ܕܥܒܕܘ ܒܗܘܢ ܒܝܫ̈ܬܐ . ܒܒ̈ܬܝܗܘܢ ܐܬܩܛܠܘ
ܐܬܐܟܠܘ . ܕܛܢܦܘ ܒܗܘܢ ܛܢܦܘܬܐ . ܒܫܘ̈ܩܐ
ܐܬܪܡܝܘ . ܗܘܘ ܓܪ̈ܡܐ ܕܣܒ̈ܐ ܐܝܟ ܩܝܣܐ .
ܘܠܘܚܝܐ ܠܚܒܝܒܝܗܘܢ . ܘܐܬܝܩܕܘ ܐܟܚܕ
ܣܒ̈ܝܗܘܢ ܘܥܠܝ̈ܡܝܗܘܢ ܘܛܠܝ̈ܐ . ܐܬܚܢܩܘ
ܐܦ ܥܘܠܐ . ܒܥܘܒܐ ܕܐܡܗܬܐ . ܐܬܚܒܠܘ
ܗܘܘ ܐܦ ܥܘ̈ܠܐ . ܒܟܪ̈ܣܬܐ ܕܝܠܕ̈ܬܐ .
ܐܬܠܗܒܬ ܚܝܠܐ ܕܢܘܪܐ . ܒܡܚܒ̈ܠܐ
ܘܡܚܒ̈ܠܬܐ . ܒܒܬܘ̈ܠܬܐ ܕܐܬܛܠܫ . ܘܒܒ̈ܥܠܬܐ
ܕܐܫܬܛܝ ܒܢܫ̈ܐ ܕܐܬܛܢܦ . ܒܒܬܘ̈ܠܬܐ
ܕܐܬܩܦܚ . ܒܟܠܬܐ ܕܐܬܛܢܦܬ . ܒܚܬܢܐ
ܕܐܬܚܒܠ . ܕܣܚܝ ܘܡܫܚ ܘܐܬܟܚܠ
ܠܒܝܫܬܐ ܘܠܚܣܕܐ . ܘܐܬܓܕܠ ܗܘܝ

qui fructus oppressionis evomuit; ignis etiam percussit capita saxea et flamma sua confregit, ossa etiam dura ac compacta fortium et heroum contrivit, et facta sunt cinis et pulvis in ore et faucibus eorum. Disjunctis ossibus, solvit corpora solidè compacta, quæ perverse corrupta fuerant. Quæ solide compacta fuerant juxta voluntatem creatoris, inverso ordine corrupta fuerant ex voluntate eorum perversa. Ignis cunctos prostravit ubicumque invenit. In vestibus suis combusti sunt qui nudos repellerant; in unguentis suis cocti sunt qui squalentes non unxerant; vinis suis cruciati sunt qui potum non præbuerant sitientibus; domus sepulchra fuerunt iis a quibus repulsi fuerant pauperes; in habitaculis suis effossi fuerunt qui in eis abominanda fecerant; in conclavibus suis cruciati fuerunt qui in eis mala patrarant; in domibus suis consumpti sunt qui in eis immunditiis se polluerant; in plateis prostrati sunt illi per quos esurientes afflicti fuerant; facta sunt ossa senum velut ligna et flamma pro dilectis suis; cremati sunt simul senes, juvenes et pueri; suffocati sunt infantes in sinu matrum, et fœtus destructi sunt in utero genitricum. Exarsit ignis in corruptis utriusque sexus, in virginibus pollutis, in maritatis quæ desipuerunt, in uxoribus contaminatis, in virginibus defloratis, in sponsa inquinata et in sponso corrupto. Quæ se lavaverant et unxerant et stibio decoraverant ad mala ac probrosa, quæ se intortis crini-

bus exornaverant ad immunditiam et contaminationem, quæ elegantibus vestibus se induerant ad scortationem et adulterium, quæ suavi aromatum suorum odore ad insana provocarant inquinatos et contaminatos, et specie sua illexerant ac rapuerant oculos eas intuentium, ignis juste ultus est earum dissolutas contaminationes. Quæ fucum amaverant, stibium cinis factum est in oculis earum, quæ odorem aromatum exquisierant, fœtidum odorem emiserunt earum corpora et quia ornamentis suis gloriatæ fuerant flamma humiliatæ sunt; quæ fuco et stibio captivaverant viros oculis captæ fuerunt per carbones; quæ inauribus se submiserant voce tonitruum surdæ effectæ sunt; quarum dentes nimio studio detersæ fuerant, earum dentes fumo nigræ effectæ sunt; quæ facies suas volùptuose exornarant, consumpsit eas incendium; quæ pexerunt et intorserunt suos crines, earum capilli igne ardente combusti fuerunt; quæ lavaverunt et unxerunt sua corpora flamma exarserunt et consumptæ sunt; quarum corpora suffitibus candida reddita sunt earum ossa igne candida facta sunt; quæ escis et deliciis satiatæ sunt atque in pauperes immisericordes fuerunt, earum corpora consumpsit ignis absque misericordia et absque remissione; quæ unguento unxerunt se et non unxerunt viduas, earum linguam unxit flamma ignis ex corporis pinguedine et sanguine; quæ vestibus se calefecerant et nudos non calefe-

ܘܐܫܬܠܡܘ . ܕܐܬܬܠܝܘ ܐܦ ܐܬܚܒܠܘ . ܗܟܢ
ܥܕܡܐ ܠܕܪ ܕܪܝܢ ܀

ܗܠܝܢ ܕܝܢܐ ܡܪܝܪܐ . ܛܢܦܐ ܒܪܘܓܙܐ ܩܒܠܘ
ܗܘܘ . ܗܠܝܢ ܫܘܢܩܐ ܕܢܘܪܐ . ܣܝܒܪܘ ܥܘܠܐ
ܩܒܠܘ . ܘܠܒܢ ܕܝܠܢ ܠܐ ܪܓܫ . ܕܢܗܦܘܟ
ܢܦܫܢ ܡܢ ܥܘܠܐ . ܕܝܩܕܝܢ ܗܘ ܪܓܫܝܢ .
ܒܚܘܒܗ ܕܥܘܠܐ ܡܡܝܬܐ . ܘܫܒܝܐ ܗܘܢܢ
ܡܫܒܝܢ . ܘܡܚܫܒܢ ܥܡ ܪܢܝܢ . ܕܝܬܝܪ
ܥܠܝܢ ܚܫܘܫܐ . ܕܢܫܟܚ ܝܕܥܬܐ ܠܡܕܪܟ .
ܘܡܚܘܬܐ ܦܫܝܛܬܐ ܡܫܟܚܐ ܠܢ ܠܡܦܢܝܘ ܠܐܘܪܚܐ
ܕܫܪܪܐ . ܘܡܫܒܠܐ ܦܫܝܛܬܐ ܬܪܝܨܐ . ܠܐܝܢܐ ܕܨܒܐ
ܕܢܦܘܩ ܒܗ . ܕܠܒܢ ܡܪܝ . ܐܣܓܝ
ܡܪܕܐ . ܘܠܐ ܒܒܝܫܬܗ ܡܬܕܠܚ . ܐܠܐ ܒܙܒܢܐ
ܙܥܘܪܐ . ܘܠܐ ܒܡܦܝܣܢܘܬܐ ܡܬܪܟܟ . ܐܠܐ ܐܝܟ
ܕܒܫܘܩܪܐ . ܕܐܦܢ ܣܓܝܘ ܢܓܕܐ ܩܫܝܐ . ܘܡܚܘܬܐ
ܕܡܪܕܘܬܐ . ܘܠܐ ܡܬܬܟܣܝܐ ܐܢܫܘܬܢ . ܡܢ
ܒܗܬܬܐ ܕܩܕܡܝܐ . ܕܚܕ ܗܘܐ ܚܝܠܐ . ܕܓܢܒܪܐ .
ܡܛܠ ܚܛܗܐ ܒܩܪܒܐ . ܥܕܡܐ ܕܐܬܦܪܣܘ
ܛܢܦܐ ܘܢܚ ܚܡܬܐ ܡܢ ܪܘܡܐ ܀

ܐܦ ܠܢ ܡܪܝ ܗܐ ܡܛܐ ܠܢ . ܢܓܕܐ ܕܡܛܐ
ܠܩܕܡܝܐ . ܚܕ ܦܐܪܐ ܩܛܦ ܗܘܐ ܐܕܡ .

cerant earum corpora in propriis vestibus constricta et combusta fuere; quæ portabant e fastu et gloriatione margaritas abscidit gladius igneus colla et cervices earum; quæ lasciverant in lectulis et voluptati indulserant in mollibus vestibus tela ignea perforarunt earum lumbos ac latera; quæ magnificentia se extulerant, ecce in æternum prostratæ sunt; quæ gloriantes superbierant interierunt in generationem generationum.

5. Sævis hisce judiciis impuri ira divina plexi sunt, hos acerbos ignis cruciatus sustinuerunt impii et cor nostrum non sentit retrahendam esse animam nostram ab iniquitate, quia ardent sensus nostri amore lethalis nequitiæ, et captivæ tenentur nostra mens, cogitationes ac sollicitudo, quia passiones nimium nos gravant ut possimus assequi scientiam et flagellum simplex possit nos reducere in viam veritatis et semita recta delectare eum qui ex eo vult exire, quia cor nostrum nimium multiplicavit suas rebelliones et errata, nec malis suis nisi brevi tempore perturbatur, nec persuasione emollitur nisi quasi falso. Etsi multiplicata fuere sæva flagella et virga castigationis, tamen nostra non deterretur humanitas ab ignominia veterum, quia devicta fuit virtus virorum propter peccatum in bello, donec proditi fuere contaminati et quievit ira altissimi.

6. Etiam nos, Domine, urget flagellum quod contigit antiquis. Unum fructum decerpserat Adam

Invehitur in vitia suorum concivium.

ܘܐܬܦܪܢܣ ܡܥܪܛܠ ܘܢܦܩ . ܣܓܘ ܦܐܪ̈ܝ
ܕܚܛܝܬܐ . ܩܛܦܗ ܫܩܠܬ ܐܢܫܘܬܢ . ܘܗܐ
ܡܐܢܐ ܠܒܝܫܬܐ . ܒܛܒܘ ܘܪ̈ܚܡܐ ܘܚܢܢܐ .
ܓܢܒܪ̈ܐ ܕܐܬܪܘܪܒܘ ܗܘܘ . ܥܕ ܠܐ ܝܗܝܒ ܗܘܐ
ܢܡܘܣܐ . ܚܛܦ ܘܚܢܩ ܛܘܦܢܐ . ܒܣܓܝܐܘܬ
ܘܣܓܝܐܬܐ . ܗܐ ܩܠܝ ܢܡܘܣܐ . ܩܥܝܢ ܠܢ
ܒܐܕ̈ܢܝܢ . ܘܠܐ ܡܬܟܚܡܐ ܪܥܝܢܢ .
ܘܠܐ ܡܬܬܟܬܫ ܠܡܐܠܦ ܩܘܫܬܐ . ܓܢܒܪ̈ܐ ܒܢܘ
ܡܓܕܠܐ . ܘܐܬܒܠܒܠܘ ܠܫܢܝܗܘܢ . ܛܘܪ̈ܐ
ܕܚܘ̈ܒܐ . ܗܐ ܐܪܝܡܢ . ܘܗܝ ܡܦܩ ܡܠܬܐ
ܦܘܡܢ . ܣܕܘܡܝܐ ܒܒܬܘ ܡܢ ܟܦ̈ܢܐ . ܠܚܡܐ
ܡܢ ܓܘ ܒ̈ܬܝܗܘܢ . ܘܢܦܠܬ ܢܘܪܐ ܘܟܒܪܝܬܐ .
ܠܩܛܡܐ ܕܟܠܗ ܐܝܟ . ܘܗܐ ܒܝܢܝ ܡܬܚܛܦܝܢ
ܝܬܡ̈ܐ ܘܟܦ̈ܢܐ ܘܡܣܟ̈ܢܐ . ܘܡܩܘܝܐ ܐܝܕܐ
ܕܚܛܦܬ . ܠܝܬܡܐ ܘܟܦܢܐ ܘܐܪܡܠܬܐ . ܠܦܪܥܘܢ
ܕܩܫܐ ܗܘܐ ܠܒܗ . ܘܡܪܝܕܐ ܗܘܬ ܪܥܝܢܗ .
ܚܘܛܪܐ ܐܝܟ ܠܬܢܝܢܐ . ܘܗܪܟܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܐܢܫܐ . ܗܪܟܐ ܨܠܝܒܐ ܕܦܘܪܩܢܐ . ܕܡܝ̈ܬܐ
ܒܫܝܘܠ ܚܝܐ ܗܘܐ . ܗܪܟܐ ܐܝܟ ܢܗܪܐ ܠܕܡܐ .
ܘܐܬܗܦܟ ܛܡܐܐ ܒܨܗܝܐ . ܗܪܟܐ ܕܡܗ
ܐܫܕ ܛܒܐ . ܘܐܫܩܝ ܚܝ̈ܐ ܠܡܝܘܬܐ .
ܠܬܡܢ ܐܬܟܢܫܘ ܐܘܪ̈ܕܥܐ . ܕܡܢ ܪܝܚܗܘܢ ܐܪܥܐ
ܒܐܫܬ . ܘܗܪܟܐ ܫܠܝ̈ܚܐ ܫܪܝܪ̈ܐ . ܕܒܣܝܡܘܬ
ܐܪܥܐ ܒܝܘܠܦܢܗܘܢ . ܠܬܡܢ ܩܠܡܐ ܢܒܥܬ ܗܘܬ .
ܘܣܝܒܬ ܒܣܪܐ ܕܚܪ̈ܫܐ . ܗܪܟܐ ܛܒܐ
ܒܛܝܒܘܬܗ . ܢܦܨ ܡܢ ܡܝ̈ܬܐ . ܠܬܡܢ
ܣܘܐܠ ܒܥܒܕܐ ܗܘܐ . ܕܡܚܘܬܐ ܕܟܠ
ܥܩ̈ܪܝܢ . ܗܪܟܐ ܒܡܪ̈ܥܐ ܕܟܠ ܚܠܡ .
ܕܐܬܬܪܝܡܘ ܘܡܚܘ ܡܘܡܐ . ܗܪܟܐ ܡܘܬܐ
ܪܒܐ . ܕܒܟܪ̈ܐ ܒܡܨܪܝܢ . ܗܪܟܐ ܚܝܐ
ܘܡܚܝܢܐ . ܕܒܟܪܐ ܕܝܠܗ ܗܘܐ . ܠܬܡܢ
ܚܫܘܟܐ ܕܢܬܡܫܐ . ܘܗܪܟܐ ܐܬܚܙܝ ܒܗ ܒܠܘܗܝ

[1] *Gen.* II-III. — [2] *Gen.* VI. — [3] *Gen.* XI.
[4] *Gen.* XIX. — [5] *Exod.* VII.

et nudatus ac spoliatus exivit[1]; multiplicati sunt fructus peccati, eos decerpsit et abstulit humanitas nostra, et ecce per bonitatem, misericordiam et condonationem (gratiæ) habitu tegitur. Gigantes qui ante datam legem luxuriati sunt abripuit et suffocavit diluvium[2], multiplicatæ legis voces clamant nobis in auribus, nec pudore afficitur mens, nec certat ad discendam veritatem. Gigantes ædificarunt turrim et confusæ sunt linguæ eorum[3], montes delictorum ereximus et superest nobis eloquium nostrum. Sodomitæ panem in domibus suis negaverunt esurientibus ignis et sulphur in cinerem redegerunt manus quæ esurientes repulserant[4], ecce inter nos diripiuntur orphani, esurientes et egentes, et remanet manus quæ diripuit orphanum, esurientem et viduam. Virga coram Pharaone, cujus cor induratum erat et mens rebellis, conversa est in draconem[5], et hic adest crux salutis quæ mortuos ab inferis resuscitat; in Ægypto conversum est flumen in sanguinem et contaminati siti cruciati sunt, hic sanguinem suum effundit Bonus et potandam præbet mortalibus vitam; illic collectæ sunt ranæ quarum odore infecta est terra[6], hic adsunt apostoli veri quorum suavi doctrina oblectata est terra; illic sciniphes[7] scaturierunt et carnem vexarunt magorum, hic Bonus gratia sua vermes excutit a mortuis; illic invaluit plaga omnis generis

[6] *Exod.* VIII. 1-14. — [7] *Exod.* VIII, 17, sqq.

ܒܝܫܐ . ܗܪܟܐ ܥܡ̈ܡܐ ܐܬܬܠܡܕܘ . ܡܢ ܗܪܟܐ
ܕܫܪܪܐ . ܬܡܢ ܡܘܬܐ ܒܥܝܪܐ ܝܩܝܪܐ . ܕܩܛܠ
ܒܚܩܠܐ ܒܥܝܪ̈ܐ . ܗܪܟܐ ܕܝܢ ܚܝܐ ܘܡܚܝܢܐ
ܕܬܪܣܝ ܥܡܐ ܒܡܕܒܪܐ . ܬܡܢ ܫܚܢܐ ܥܡ ܫܘܚ̈ܢܐ .
ܕܥܠ ܘܐܫܚܢ ܠܟܠܗ ܥܡܐ . ܗܪܟܐ ܕܝܢ ܚܫ̈ܐ
ܐܬܐܣܝܘ . ܘܡܢ ܗܕ̈ܡܐ ܕܡܣ̈ܟܢܐ ܦܠܛܘ . ܬܡܢ ܒܪܕܐ
ܥܡ ܢܘܪܐ . ܕܬܒܪ ܐܝܠܢ̈ܐ ܒܚܩܠܐ . ܗܪܟܐ
ܕܝܢ ܚܘܒܐ ܘܪܚܡܐ ܗܘܐ . ܕܐܣܝ ܠܒ̈ܐ ܬܒܝܪ̈ܐ
ܒܚܘܒܐ ∴

muscarum nocivarum[1], hic gentes omnis linguæ doctrinam didicerunt veritatis; illic pestilentia gravis[2] quæ jumenta in agris occidit, hic vita et vivificator qui populum in deserto aluit; illic ulcus[3] cum tumoribus qui invasit et ulceravit totum populum, hic dolores sanati et e membris egentium depulsi; illic grando cum igne[4] quæ arbores in agris confregit, hic vero amor et misericordia quæ sanavit corda confracta; illic locustarum densum agmen[5] quæ, ut nubes, faciem terræ operuerunt, hic autem amor effusus qui oculos cæci aperuit; in Ægypto tenebræ[6] regnarunt tribus diebus, lux tribus diebus refulsit in inferis.

ܠܐ ܕܝܢ ܢܒܨܘܪ ܡܢ ܥܘܩܒܐ . ܕܐܝܟܢ ܐܡܪܚܘ
ܩܕܡ̈ܝܐ . ܘܐܝܟܢ ܐܬܒܥܬ ܒܟܐܢܘܬܐ . ܡܣܪ̈ܚܢܘܬܗܘܢ
ܕܫܒܗܪ̈ܐ . ܘܐܝܟ ܐܢܚܢ ܐܡܪܚܢ . ܝܬܝܪ ܡܢ
ܕܩܕܡ̈ܝܐ . ܘܟܡܐ ܢܓܝܪܐ ܛܝܒܘܬܐ . ܠܚܛ̈ܝܐ
ܕܠܐ ܫܘܝܢ . ܥܒܕ ܥܡܐ ܥܓܠܐ ܒܡܕܒܪܐ .
ܘܣܓܕܘ ܠܗ ܐܣܓܕܬܐ . ܚܕ ܥܓܠܐ ܣܓܕܘ
ܗܢܘܢ ܗܘܘ . ܘܕܠܐ ܚܘܣܢ ܐܬܚܒܠܘ . ܦܬܟܪ̈ܐ
ܕܝܢ ܕܠܐ ܡܢܝܢ . ܗܐ ܡܘܬܐ ܓܥܫܝܢ ܒܝܢܬܢ .
ܟܪܣܬܢܘܬܐ ܕܡܢ ܡܢ . ܦܬܟܪܘܬܐ ܗܝ ܕܥܡܪܐ
ܒܢ . ܙܢܝ̈ܐ ܨܥܪܘܗܝ ܠܡܘܫܐ . ܕܐܦܩ
ܐܢܘܢ ܡܢ ܡܨܪܝܢ . ܐܪܓܙܢ ܠܡܪܗ ܕܡܘܫܐ .
ܕܡܢ ܡܘܬܐ ܠܚܝ̈ܐ ܦܪܩܢ . ܡܘܫܐ ܣܠܩ
ܗܘܐ ܕܢܚܬ ܠܗܘܢ ܢܡܘܣܐ . ܢܡܘܣܐ
ܕܡܠܐ ܚܝ̈ܐ . ܟܦܪܘ ܥܡܠܗ
ܘܒܥܘܬܗ ܘܨܠܘܬܗ .

6. Beata es Ecclesia in Michea, qui proclamavit : « *Pastor ex Ephrata egredietur*[1]. » Venit enim Bethleem, ut ex ea assumeret virgam Isai qua populos regeret. Beati agni tui qui signo ejus signati sunt et oves tuæ quæ verbo ejus servatæ sunt. Tu es, o Ecclesia, Bethlcem (domus panis) constans, quia in te est panis vitæ.

7. Beata es Ecclesia, quia in te gaudet etiam Daniel, vir desiderii[2], qui vaticinatus est occidendum esse Christum gloriosum et urbem sanctam ejus nece esse destruendam. Væ populo reprobato qui converti noluit ! Beati populi qui vocati sunt et (ad errorem) non redierunt. Invitati sese excusarunt, et alii pro eis fruuntur eorum conviviis.

8. Beata es Ecclesia, quia cithara tua psallit tibi David rex. In Spiritu de Christo psallit : « *Filius es-tu : in splendoribus sanctitatis genui te hodie*[3]. » Beatæ aures tuæ quæ mundatæ sunt ut hoc audirent. In die qui ejus est ratione corporis assumpti expergiscere et invoca eum, in Sion eruditor quæ solemnitatem mœrore affecit ; lætifica eum qui lætificavit te.

9. Beata es Ecclesia, quia omnes solemnitates e Sion avolarunt ut manerent apud te. In medio tui requieverunt prophetæ, labore et

[1] *Mich.* V, 2. — [2] *Dan.* IX, 1. — [3] *Ps.* 2, 7.

[a] Cod. ܐܚ̈ܝܐ — [b] R ܕܪ̈ܓܝܓܬܐ — [c] R ܕܙܡܪ — [d] Cod. ܢܫܡܥܢ

ܡܢ ܗܘ ܒܥܠܠ ܘܪܒܐ ܕܒܝܬܟ.
ܛܘܒܝ ܠܣܦܪ̈ܝܟ[a] ܕܐܬܦܪܣܘ ܒܗܝ̈ܟܠܝܟ.
ܘܠܥܐܕ̈ܝܟ[b] ܕܐܬܥܒܕܘ ܒܒܬ̈ܝܟ.
ܨܗܝܘܢ ܚܪܒܐ.
ܘܗܐ ܝܘܡܢ ܥܡ̈ܡܐ[c].
ܥܒܕܝܢ ܥܐܕ̈ܝܟܝ ܀
ܛܘܒܝܟܝ ܥܕܬܐ ܒܥܣܪܐ ܛܘܒ̈ܝܢ.
ܕܝܗܒ ܗܘܐ ܡܪܢ ܐܬܐ ܕܫܠܡܐ.
ܕܥܣܪܐ ܗܘ ܓܝܪ ܫܩܠ ܟܠ ܡܢ̈ܝܢܝܢ
ܒܗ ܓܝܪ ܓܡܪܘܟܝ ܥܣܪܐ ܛܘܒ̈ܝܢ.
ܛܘܒܝ ܠܟܠܝ̈ܠܝܟܝ ܕܐܬܓܒܠܘ
ܒܟܠܗܘܢ ܛܘܒ̈ܐ ܕܢܬܓܒܠ ܟܠܝܠ ܚܕ.
ܛܘܒܢܬܐ.
ܕܒܟܠ ܛܘܒ ܡܟܠܠܐ[d].
ܐܦ ܠܝ ܫܕܪܝ ܛܘܒܐ[e] ܀
ܛܘܒܝܟܝ ܐܦܪܬ. ܐܡܐ ܕܡܠ̈ܟܐ.
ܕܕܢܚ ܡܢܟܝ ܡܪܐ ܬܓ̈ܐ.
ܡܟܐ ܗܘ ܡܟܪܙ ܕܡܢ ܥܠܡ ܗܘ.
ܘܡܫܚܐ ܕܙܒܢ̈ܘܗܝ ܠܐ ܡܬܬܚܡܝܢ.
ܛܘܒܝ ܠܥܝ̈ܢܝܟܝ ܕܩܕܡ ܟܠ[f] ܐܬܚܙܝܘܗܝ.
ܠܟܝ ܐܝܟܢ ܕܐܬܚܙܝܬܝܗܝ[g] ܟܕ ܕܢܚ.
ܪܝܫܐ[h] ܕܒܘܪ̈ܟܬܐ.
ܘܫܘܪܝܐ ܕܚܕ̈ܘܬܐ.
ܩܒܠܬܝܗܝ ܩܕܡ ܟܠ ܀

ܛܘܒܝܟܝ ܒܝܬ ܠܚܡ ܕܟܪ̈ܟܐ ܛܢܘ ܒܟܝ.
ܘܡܕ̈ܝܢܬܐ ܚܣܝܢ̈ܬܐ.
ܒܡܪܝܡ ܐܟܘܬ ܕܒܟܝ ܢܫ̈ܐ ܛܢ[i] ܒܗ̇.
ܘܒܬܘ̈ܠܬܐ ܒܢܬ ܚܐܪ̈ܐ.
ܛܘܒܝ ܠܛܠܝܬܐ ܕܐܫܘܝܗ̇ ܠܡܥܡܪܗ
ܘܐܦ ܠܩܪܝܬܐ ܕܐܫܘܝܗ̇ ܠܡܥܡܪܗ

probro Judæ lassi. Beati libri qui revoluti fuerunt in templis tuis, beatæ festivitates quæ celebratæ sunt in ædibus tuis. Sion deserta, ecce populi hodie celebrant solemnitates tuas.

10. Beata es Ecclesia decem beatitudinibus, quas ut pacis signum dedit dominus noster. Decem enim omnes sustinet numeros. Igitur perfecerunt te decem beatitudines. Beatæ coronæ tuæ quibus insertæ sunt omnes benedictiones, ita ut efforment unam coronam benedictam. Quæ omni benedictione coronata es, in me etiam mittas beatitudinem.

11. Beata es Ephrata, mater regum, quia ex te ortus est Dominus coronarum. Micheas annuntiavit tibi eum ab æterno esse et tempora ejus nullis limitibus circumscribi. Beati oculi tui qui omnium primi eum aspexerunt, te quippe hoc honore donavit, ut eum, quum ortus est, videres. Eum qui caput est benedictionum et initium gaudiorum prior ceteris suscepisti.

12. Beata es Bethleem quia oppida urbesque munitæ tibi inviderunt. Sicut tibi sic Mariæ mulieres virginesque nobiles inviderunt. Beata puella quam dignam sua inhabitatione et vicum suo domicilio dignum habuit Dominus;

[a] R ܠܟܬܒ̈ܝܟܝ — [b] R ܘܠܥܐܕܐ — [c] Cod. ܥܡܡܐ — [d] R ܡܟܠܠܐ — [e] R add. ܒܪܚܡܘܗܝ — [f] R om. ܟܠ — [g] Or. ܕܐܬܚܙܝܬܝܗܝ — [h] Cod. par. scala 4 ܪܝܫܐ — [i] R Or. ܛܢ

ܛܠܝܬܐ ܡܣܟܢܬܐ .
ܘܩܪܝܬܐ ܙܥܘܪܬܐ .
ܓܒܐ ܠܗ ܕܢܬܡܟܟ ܀
ܛܘܒܝܟܝ ܒܝܬ ܠܚܡ . ܕܒܟܝ ܫܘܪܝܐ ܗܘܐ
ܠܗ ܠܒܪܐ ܕܡܢ ܡܬܘܡ[a] ܒܐܒܐ ܗܘ .
ܥܛܠܐ[b] ܗܘ ܕܢܬܕܪܟ . ܕܩܕܡ ܙܒ̈ܢܐ ܗܘ .
ܕܒܟܝ ܗܘ ܠܙܒ̈ܢܐ ܫܥܒܕ ܢܦܫܗ .
ܛܘܒܐ ܠܐܕ̈ܢܝܟܝ . ܕܒܟܘܪ ܩܒܠܝ ܩܠܐ ܗܘܐ
ܕܗܘ ܐܡܪܐ[c] ܕܐܠܗܐ ܕܝܨ ܒܟܝ .
ܕܐܘܪܝܟ[d] ܥܩ ܗܘܐ
ܘܐܬܦܪܣ ܒܟܠ ܦܢܝ̈ܢ[e]
ܘܐܣܬܓܕ ܒܟܠܗܝܢ ܀
ܛܘܒܝܟܝ[f] ܐܦ ܠܟܝ ܡܪܝܡ ܕܫܡܟܝ
ܪܒ ܘܡܥܠܝ ܡܛܠ ܥܘܠܟܝ .
ܡܨܝܐ ܒܟܝ ܕܬܐܡܪܝ ܕܐܝܟ ܘܟܡܐ
ܘܐܝܟܐ ܫܪܐ ܒܟܝ ܪܒܐ ܕܙܥܪ .
ܛܘܒܐ ܠܦܘܡܟܝ ܕܐܘܕܝ ܗܘܐ ܘܠܐ ܒܨܐ
ܘܠܠܫܢܟܝ ܕܫܒܚ ܗܘܐ ܘܠܐ ܒܥܐ . .
ܕܐܡܗ ܦܘܫܬ ܒܗ .
ܟܕ ܛܥܢܐ ܗܘܬ ܠܗ
ܘܡܢܘ ܕܢܣܦܩ ܠܗ ܀
ܐܘ ܠܟܝ[g] ܐܢܬܬܐ ܕܠܐ ܐܝܫ ܝܕܥܟܝ
ܐܝܟ ܕܢܚܙܝܘܗܝ ܠܒܪܐ ܕܝܠܕܬ
ܠܐ ܡܨܝܐ ܥܝܢܐ ܚܝܠܐ ܕܬܣܝܒܪ
ܟܠ ܫܘܚܠܦܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܥܠܘܗܝ .
ܠܫ̈ܢܐ ܓܝܪ ܕܢܘܪܐ ܫܪܝ ܒܗ .
ܕܠܫ̈ܢܐ ܫܕܪ ܗܘܐ ܒܣܘܠܩܗ .
ܟܠ ܠܡ ܢܚܙܘܗܝ
ܕܫܠܗܒܝܬܐ ܗܘ
ܘܢܘܪܐ ܒܥܩܒܝܢ ܀
ܛܘܒܘܗܝ ܠܟܗܢܐ ܕܒܟܢܫܐ[h] ܡܕܝܢܬܐ .

puellam inopem et vicum parvum elegit sibi ut se humiliaret.

13. Beata es Bethleem, quia in te initium sumpsit Filius qui ab æterno est in Patre. Difficile est comprehendere eum, qui ante omne tempus existit, temporibus in te se subjecisse. Beatæ aures tuæ quæ primitias habuere occursus agni Dei, qui in te exsiliit. Quum præsepe tuum angustius esset, extendit se Filius ad omnes mundi plagas et ab omnibus adoratus est.

14. Beata es Maria, quia nomen tuum magnum est et sublime propter infantem tuum. Potes-ne dicere quomodo, quatenus et ubi habitavit in te Maximus qui factus est pusillus? Beatum os tuum, quod laudes protulit et non scrutatum est; beata lingua tua quæ glorificavit et non inquisivit. Mater ejus de mysterio quasi anceps hærebat dum eum portaret. Quis ejus inquisitioni sufficiet?

15. O mulier quam vir non cognovit, quomodo aspicere possumus filium quem peperisti? Oculus quippe sustinere nequit gloriosas ejus transfigurationes. Insident enim ei linguæ ignis, quum linguas ignis miserit per ascensionem suam. Omnis attendat flammam esse illum de quo inquirimus et ignem illum quem perscrutamur.

16. Benedictus sacerdos qui in

[a] R Or. ܕܡܬܘܡ — [b] Or. ܥܛܠܐ — [c] R ܗܘ ܐܡܪܐ — [d] R Or. ܕܐܘܪܝܟܝ [e] R Or. ܒܢ̈ܝ R Or. ܦܢ̈ܝ — [f] Omm. R Or stropham. — [g] R Or. omm. stropham. — [h] R Or. ܕܒܟܢܫ ܐܒܐ

ܡܩܪܒ ܠܐܒܐ ܠܒܪܗ ܕܐܒܐ .
ܦܐܪܐ ܕܐܬܦܫܛ ܡܢ ܐܝܠܢܢ[a] .
ܟܕ ܗܘ ܟܠܗ ܡܢ ܪܒܘܬܐ ܗܘܐ .
ܛܘܒ ܠܐܝܕܘܗܝ ܕܐܬܩܕܫ ܘܩܪܒܘܗܝ
ܘܠܣܦܘܬܗ[b] ܕܐܠܐܝ ܕܢܫܩܘܗܝ .
ܪܘܚܐ ܒܗܝܟܠܐ .
ܣܘܝܩܐ ܗܘܬ ܠܡܥܠܢܗ .
ܘܐܝܟܐ ܕܐܙܕܩܦ ܨܪ ܢܦܩܬ ܀
ܗܘ ܪܝܫ ܡܠܐܟܐ ܫܠܡܐ ܝܗܒ ܠܟܝ .
ܐܝܟ ܪܗܒܘܢܐ ܕܩܕܝܫܘܬܐ .
ܐܪܥܐ ܗܘܬ ܠܗ ܠܡܫܝܚܐ[c] ܫܡܝܐ ܚܕܬܐ .
ܕܢܚܬܘ ܒܗ̇ ܥܝܪܐ ܘܫܒܚܘܗ ܗܘܘ ܒܗ̇ .
ܒܢܝ ܪܘܡܐ ܐܬܟܪܟܘܗܝ ܠܡܫܟܢܟܝ
ܡܛܠ ܒܪ ܡܠܟܐ ܕܫܪܐ ܒܟܝ ܘܗܘܐ ܗܢܐ .
ܕܥܝܪܐ ܡܢ ܫܘܗܪܐ .
ܡܫܟܢܐ ܕܝܠܟܝ
ܕܡܐ ܠܡܪ̈ܘܡܐ ܀

sanctuario obtulit Patri Filium Patris. Fructus ex arbore nostra decerptus quum ex magnitudine divina totus sit, beatæ sacerdotis manus sanctificatæ quæ obtulerunt eum; beata sacerdotis labia quæ in ejus osculis defatigata sunt. Spiritus in templo cupiebat ingressum ejus. Ubi crucifixus fuit Spiritus scidit (velum) et exivit.

17. Archangelus pacem dedit tibi, o Maria, tanquam arrham sanctitatis. Terra fuit Christo velut cœlum novum, quia descenderunt Vigiles eumque in illa glorificarunt. Filii Altissimi[1] circumdederunt habitaculum tuum propter Filium regis in te commorantis. In hac angelorum vigilia factum est habitaculum tuum terrestre cœlis supernis simile.

VI.

ܡܫܚܠܦ ܩܠܐ ܥܘܢܝܬܐ ܒܪܝܟ ܡܘܠܕܟ
ܕܡܦܨܚ ܟܠܗ̇ ܒܪ̈ܝܬܐ ܀

Mutatur tonus[2]. Responsorium. Benedicta tua nativitas quæ exhilarat omnes creaturas.

ܩܕܡܝܬܐ ܫܢܬܐ . ܕܡܘܠܕܗ ܕܦܪܘܩܢ .
ܪܫܐ ܗܝ ܕܛܒ̈ܬܐ . ܫܬܐܣܬܐ ܕܚܝ̈ܐ .
ܗܝ ܗܝ ܛܥܢܐ ܣܘܓܐ .
ܕܙܟܘ̈ܬܐ . ܘܪܫܐ ܕܥܘܕܪ̈ܢܐ .
ܐܝܟ ܝܘܡܐ ܩܕܡܝܐ ܕܒܪܫܝܬ .
ܥܡܘܕܐ ܪܒܐ ܕܒܪ̈ܝܬܐ .
ܛܥܝܢ ܗܘ ܒܢܝܢܗ ܕܒܪܝܬܐ .

1. Annus primus nativitatis Salvatoris nostri principium est bonorum et fundamentum vitæ; ipse enim sustinet multitudinem triumphorum et initium auxiliorum, sicut dies primus, qui « in principio[3] » fuit, magna est creaturarum columna; portat quippe ædificium

[1] Ita angelos appellat ad imitationem libri Jobi ubi « filii Dei » appellantur.
[2] Modus non indicatur stropha continet undecim versus quorum septem primi quinque quatuor ultimi octo et interdum novem syllabas habent.
[3] Allusio ad verba quibus incipit liber Geneseos. Iste liber ab hebræis vocatur « *Bereschit*, in principio. »

[a] R Or. ܐܝܠܢܐ — [b] R ܘܠܣܦܘܬܗ ; Or. ܘܠܣܦܘ̈ܬܗ — [c] Or. ܫܡܝܐ

ܘܝܗܒ ܒܘܟܪܐ ܠܒܪܝܬܐ ܠܐܢܫܘܬܐ ܀

ܫܢܬܐ ܫܢܝܬܐ . ܕܝܠܕܗ ܕܦܪܘܩܢ .
ܡܓܘܫܐ ܪܘܝܚܝܢ ܒܗ .
ܦܪ̈ܝܫܐ ܟܡܝܪܝܢ ܒܗ .
ܓܙ̈ܐ ܦܬܝܚܝܢ ܒܗ[a] . ܡܠ̈ܟܐ ܪܗܛܝܢ ܒܗ .
ܘܛܠ̈ܝܐ ܢܟܣܝܢ ܒܗ .
ܒܗ ܗܘ ܓܝܪ ܐܬܩܪܒܘ ܒܒܝܬ ܠܚܡ .
ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܫܦܝܪ̈ܐ ܘܕܚܝܠ̈ܐ .
ܚܘܒܐ ܓܝܪ ܕܗܒܐ ܩܪܒ ܗܘܐ .
ܘܚܣܡܐ ܒܣܝܦܐ ܥܘܠ̈ܐ ܀

ܝܘܡܗ ܕܡܢܗܪ ܟܠ .
ܪܘܝܚ ܗܘ ܒܡܘܠܕܗ
ܐܣܛܘܢܐ ܙܠܝܩܐ ܗܘ .
ܕܛܪܕ ܒܙܠܝܩ̈ܘܗܝ . ܥܒ̈ܕܐ ܕܚܫܘܟܐ .
ܒܛܘܦܣܗ ܕܗܘ ܝܘܡܐ .
ܕܒܗ ܐܬܒܪܝ ܢܘܗܪܐ .
ܘܫܪܝܘ[b] ܠܚܫܘܟܐ . ܗܘ ܕܦܪܝܣ
ܥܠ ܫܘܦܪܐ ܦܐܝܐ[c] ܕܒܪ̈ܝܬܐ .
ܙܠܝܩ̈ܐ ܕܡܘܠܕܗ ܕܦܪܘܩܢ .
ܫܪܘ ܠܚܫܘܟܐ ܕܥܠ ܠܒܐ ܀

ܝܘܡܐ ܩܕܡܝܐ ܪܫܐ ܘܫܘܪܝܐ
ܛܟܣܐ ܗܘ ܕܒܙܪ̈ܐ .
ܕܢܦܪܐ ܠܟܠ ܡܕܡ .
ܝܘܡܗ ܕܦܪܘܩܢ
ܡܝܬܪ ܣܓܝ ܡܢܗ .
ܕܢܨܒ ܒܓܘ ܐܪܥܐ .
ܡܘܬܗ ܓܝܪ ܐܝܟ ܥܩܪܐ . ܒܓܘ ܐܪܥܐ .
ܘܩܝܡܬܗ ܐܝܟ ܪܫܐ ܒܫܡܝܐ .
ܠܟܠ ܦܢܝ̈ܢ ܡܠ̈ܘܗܝ ܐܝܟ ܣܘܟ̈ܘܗܝ
ܘܐܦ[d] ܦܐܪܗ ܦܓܪܗ ܠܐܟܘ̈ܠܘܗܝ ܀

creationis et humano generi premitias affert auxiliorum.

2. Anno secundo nativitatis Salvatoris nostri magi[1] exultant, pharisæi mœsti sunt, thesauri aperti sunt, reges festinant, infantes mactantur. In eo oblationes, aliæ pulchræ, aliæ horribiles, in Bethleem oblatæ sunt. Amor enim obtulit aurum et invidia gladio obtulit infantes.

3. Dies illuminatoris omnium festivus est in ejus nativitate; columna irradians est quæ fulgoribus suis fugat opera tenebrarum. Ad exemplar hujus diei quo creata est lux et dissipatæ tenebræ super creaturarum pulchritudinem extensæ, radii nativitatis Salvatoris nostri effulserunt et dissiparunt tenebras super corda obfusas.

4. Dies primus, caput et principium, ordinat germina ut fœcundet omnia; dies autem Salvatoris nostri illo multo gloriosior est. Salvator quippe est velut arbor plantata in medio orbe: mors quippe ejus velut radix est in sinu terræ, resurrectio velut caput in cœlo; ejus verba in omnes partes extenduntur ut rami; corpus autem ejus velut fructus est manducantibus.

[1] Tenet igitur S. Ephræmus Magos anno secundo post nativitatem advenisse, quæ est nonnullorum veterum sententia.

[a] R om. ܒܗ ܟܠܗ — [b] R ܘܫܪܘܗ — [c] Deest ܦܐܝܐ in R — [d] R ܐܝܟ

ܝܘܡܐ ܬܪܝܢܐ . ܢܫܒܚ ܒܡܘܠܕܗ .
ܕܒܪܐ ܬܪܝܢܐ . ܩܠܗ ܕܩܕܡܝܐ .
ܪܩܝܥܐ ܦܩܕ ܘܗܘܐ .
ܡܝܐ ܦܪܫ ܕܠܥܠ .
ܘܝܡܡܐ ܟܢܫ ܕܠܬܚܬ .
ܗܘ ܕܦܪܫ ܒܝܬ ܡܝܐ ܠܡܝܐ[a] .
ܡܢ ܥܝܪܐ ܦܪܫ ܘܢܚܬ ܐܝܟ ܐܢܫܐ .
ܚܠܦ ܡܝܐ ܕܦܩܕ ܘܐܬܟܢܫܘ .
ܡܒܘܥܐ ܕܚܝܐ ܦܬܚ ܘܐܫܩܝ ܀
ܝܘܡܐ ܬܠܝܬܝܐ . ܟܠܝܠܐ ܕܡܙܡܘܪ̈ܐ
ܢܓܠܘܠ ܒܡܕܪ̈ܫܐ . ܘܢܩܪܒ ܒܚܕ ܩܠܐ .
ܠܡܘܠܕܗ ܕܗܘ ܕܐܘܒܥ .
ܗܒܒܐ ܘܗܘܪ̈ܐ . ܒܝܘܡܐ ܬܠܝܬܝܐ .
ܗܫܐ ܕܝܢ ܗܘ ܡܘܒܥ ܟܠ .
ܗܒܒܐ ܩܕܝܫܐ . ܢܚܬ ܘܕܢܚ .
ܡܢ ܐܪܥܐ ܨܗܝܐ ܕܢܚ ܘܣܠܩ .
ܕܢܨܒܬ ܘܢܟܠܠ ܙܟܝ̈ܐ ܀
ܝܘܡܐ ܐܪܒܥܝܐ . ܚܕ ܒܐܪܒܥܐ ܢܗܘܐ .
ܠܡܘܠܕܗ ܕܗܘ ܕܒܪܐ .
ܒܝܘܡܐ ܐܪܒܥܐ . ܬܪܝܢ ܢܗܝܪ̈ܐ .
ܕܠܗܘܢ ܣܓܕܘ ܣܟܠ̈ܐ .
ܘܐܬܥܘܪܘ ܘܐܬܥܘܪܘ .
ܢܚܬ ܠܗ ܗܘ ܡܪܐ ܕܢܗܝܪ̈ܐ .
ܘܐܝܟ ܫܡܫܐ ܡܢ ܟܪܣܐ . ܐܕܢܚ ܠܢ .
ܠܥܘܝܪ̈ܐ ܦܬܚܘ ܙܠܝ̈ܩܘܗܝ .
ܐܢܗܪܘ ܙܠܝ̈ܩܘܗܝ ܠܛܥ̈ܝܐ ܀
ܝܘܡܐ ܚܡܝܫܝܐ .
ܢܫܒܚ ܠܒܪܐ ܕܒܪܐ .
ܒܝܘܡܐ ܚܡܝܫܝܐ . ܪ̈ܚܫܐ ܘܢܘ̈ܢܐ
ܕܡܢ ܓܢܣܗܘܢ ܚܘܝܐ .
ܢܟܠ ܠܐܡܢ ܠܛܠܝܬܐ . ܣܟܠܬܐ ܕܠܐ ܠܒܐ .
ܘܢܟܠܗ ܕܢܟܘܠܐ ܕܒܗ ܗܘܐ ܢܟܠܐ .

5. Dies secundus laudet nativitatem filii secundi. Vox primi firmamento imperavit et factum est, separavit aquas supernas, et maria deorsum congregavit. Qui separavit aquas ab aquis ab angelis se separavit ut ad hominem descenderet. Pro aquis jussu suo congregatis fontem vitæ aperuit et potandum præbuit.

6. Dies tertius coronam psalmorum nectat cum hymnis eamque offerat unanimi voce nativitati illius qui die tertia oriri fecit gemmas et flores. Nunc autem omnium productor, flos omnino sanctus descendit, e terra sitienti ortus est et ascendit ut exornaret et coronaret victores.

7. Dies quartus unicus in quatriduo celebret nativitatem illius qui quarto die creavit duo luminaria quæ insipientes adorarunt, quare obcæcati et excæcati fuere. Descendit autem ille luminarium dominus et, sicut sol, ex utero effulsit nobis ; ejus splendores cæcorum oculos aperuerunt ejusque radii errantes illuminarunt.

8. Dies quintus laudet Filium qui die quinto creavit reptilia et belluas marinas e quorum genere erat serpens. Is fraudulenter decepit matrem nostram, puellam stolidam. Fraus deceptoris qui puellæ illudit a columba prodita fuit. Ex

a [illegible] ܠ

ܡܢ ܗܘܐ ܐܬܦܪܫ ܐܬܘܐ .
ܡܢ ܒܘܟܐ ܠܚܟܝܡܐ ܕܢܚ ܘܢܦܩ
ܚܟܝܡܐ ܕܕܪܫܗ ܠܢܟܝܠܐ ܀
ܝܘܡܐ ܫܬܝܬܝܐ . ܢܫܒܚ ܠܗܘ ܕܒܪܐ .
ܒܥܪܘܒܬܐ ܠܐܕܡ .
ܕܚܣܡ ܒܝܫܐ ܗܘܐ ܒܗ .
ܐܝܟ ܪܚܡܐ ܢܟܠܐ . ܐܚܕܝ ܘܐܘܫܛ ܠܗ .
ܣܡܐ ܒܡܐܟܘܠܬܐ .
ܣܡ ܚܝܐ ܐܬܦܪܣ ܠܬܪܝܗܘܢ .
ܠܒܫ ܦܓܪܐ ܘܐܬܩܪܒ ܠܬܪܝܗܘܢ .
ܡܝܘܬܐ ܛܥܡܗ ܘܚܝܐ ܒܗ .
ܘܒܠܘܥܐ ܕܐܒܠܥܗ ܐܣܬܪܩ ܀
ܝܘܡܐ ܫܒܝܥܝܐ . ܢܩܕܫ ܠܡܩܕܫܐ
ܕܫܒܬܐ ܩܕܫ . ܕܢܢܝܚ ܠܚܝܘܬܐ .
ܛܒܐ ܕܠܐ ܠܐܐ . ܒܛܠ ܕܐܢܫܘܬܐ .
ܘܒܛܠ ܕܚܝܘܬܐ .
ܕܢܦܠܬ ܠܗ ܚܐܪܘܬܐ ܠܫܥܒܕ ܢܝܪܐ .
ܐܬܐ ܠܝܠܕܐ ܘܐܫܬܥܒܕ ܕܢܚܪܪ .
ܩܕܡ ܒܝܡܐ ܕܥܒܕܐ[a] ܡܚܐ ܕܚܠ .
ܬܒܪ ܢܝܪܐ ܕܥܠ ܚܐܪܘܬܐ ܐܝܟ ܡܪܐ ܀

ܝܘܡܐ ܬܡܝܢܝܐ . ܕܓܙܪ ܠܥܒܪܝܐ .
ܢܫܒܚ ܠܗܘ ܕܦܩܕ .
ܠܗܘ ܒܪ ܫܡܗ ܝܫܘܥ .
ܕܢܓܙܘܪ ܒܟܐܦܐ
ܠܥܡܐ ܕܓܙܝܪ ܦܓܪܗ .
ܘܠܒܗ ܚܢܦ ܡܢ ܠܓܘ .
ܗܐ ܒܝܘܡܐ ܬܡܝܢܝܐ ܐܝܟ ܛܠܝܐ
ܠܓܙܘܪܬܐ ܐܬܐ ܗܘܐ ܓܙܘܪ ܟܠ .
ܟܕ ܐܬܘܗ ܕܐܒܪܗܡ ܥܠ ܒܣܪܗ .
ܕܛܢܦܬܗ ܣܡܝܬܐ ܒܪܬ ܨܗܝܘܢ ܀
ܝܘܡܐ ܥܣܝܪܝܐ ܢܫܒܚ ܒܡܢܝܢܗ .

[a] R. add. ܕܥܒܕܐ

utero virginali ortus est et exivit sapiens qui contrivit fraudulentum.

9. Dies sextus laudet eum qui feria sexta creavit Adamum. Cui invidens Malus, amicus fraudulentus, eum exhilaravit eique porrexit venenum in cibo. Pharmacum vitæ solerter egit erga utrumque; corpus induit et accessit ad utrumque. Mortalis gustavit illum et vixit; Heluo autem qui absorpsit eum exinanitus est.

10. Dies septimus sanctificet eum, qui sabbatum sanctificavit ut animalibus quietem præstaret. Bonus absque fatigatione curam habuit generis humani et curam habuit animalium. Quia vero libertas jugo se subjecit, venit ille ad nativitatem et servituti se subjecit ut libertatem afferret. In facie a servis coram tribunali percussus, fregit, utpote Dominus, jugum libertati impositum.

11. Dies octavus qui circumcidit hebræos laudet eum, qui præcepit cognomini suo Josue ut lapide circumcideret populum corpore circumcisum et corde intus idololatram. Ecce die octava omnium circumcisor, puer factus, venit ad circumcisionem; portat in carne sua signum Abrahæ quod *fœdavit* cæca filia Sion.

12. Dies decimus laudes numero

ܗܘ ܓܝܪ ܐܬܘܬܐ .
ܕܫܡܗ ܫܡܐ ܦܐܝܐ .
ܒܥܣܪܐ ܗܘ ܒܡܢܝܢܐ .
ܗܘܐ ܕܐܝܟ ܐܡܪܐ[a] ܡܗܦܟ ܠܡܢܝܢܐ .
ܠܥܣܪܐ ܓܝܪ ܡܐ ܕܢܣܩ ܡܢܝܢܐ
ܗܦܟ ܠܗ ܠܘܬ ܡܢ ܚܕ ܕܢܫܪܐ .
ܐܘ ܐܪܙܐ ܪܒܐ ܕܫܡܟ .
ܕܚܝܠܗ ܗܘ ܡܗܦܟ ܒܪܝܬܐ ܀
ܒܘܟܪܐ ܡܕܟܐ ܟܠ . ܒܝܘܡܐ ܕܕܘܟܝܗ .
ܕܟܝ ܠܡܕܟܝܬܐ[b] . ܕܒܘܟܪܐ ܘܐܬܩܪܒ
ܡܪܐ ܕܩܘܪܒܢܐ . ܐܣܬܢܩ ܕܩܘܪ̈ܒܢܐ
ܢܩܪܒ ܕܦܪ̈ܚܬܐ
ܒܡܘܠܕܗ ܐܫܬܡܠܝ ܕܡܘܬܐ .
ܒܡܕܟܝܢܘܬܗ ܘܒܓܙܘܪܬܗ[c] ܦܠܐܬܐ .
ܐܦ ܐܦܪܥ ܚܘ̈ܒܬܐ ܒܡܚܬܗ .
ܒܩܝܡܬܗ ܫܕܪ ܠܢ ܣܝ̈ܡܬܐ ܀

suo effundat. Jod quippe, primum pulchri nominis Jesu elementum, in numeris decem notat. Jesus autem, ut agnus[1], numeros subvertit. Etenim quando numerus ad decem ascendere vult, retrograditur ut ab uno incipiat. O magnum sacramentum nominis Jesu, cujus potentia subvertit creaturas !

13. Unigenitus, omnium purificator, in die purificationis suæ purificationem primogenitorum purificavit et oblatus est. Oblationum Dominus indiguit ut oblationes offerret avium. In ejus nativitate adimpletæ sunt similitudines, in purificatione et circumcisione allegoriæ. Suo descensu nostra solvit debita, post suam autem resurrectionem in cœlos ascendit et inde nobis thesauros misit.

VII.

ܕܐܟܘܬܗ̇ ܒܪ ܩܠܗ

ܚܡܘ ܒܩܪܐ ܥܘܙܝܐ ܘܐܚܙ ܒܩܪ̈ܒܝܗܘܢ .
ܫܠܡ ܫܒܝܐ ܕܢܚܬ ܠܐܬܘܪ

VII.

Duodecimus[2] ejusdem toni[3].

1. Exarserunt Osias, Joathan, et Achaz in bellis suis. Transmigratio descendit in Assyriam, at

[1] Prima nominis agni littera syriace est Aleph : ܐܡܪܐ

[2] Desumptus est hic hymnus e cod. add. 14.571 fol. 7 sæc. VI, e quo codice jam edidimus hymnos azymorum et crucifixionis tomo I, 567 sqq. Iste codex olim continebat sexdecim hymnos S. Ephræmi de Nativitate Domini. Hodie non remanent nisi finis primi hymni et 2us, 3us, 4us, qui integri sunt. Deficiunt autem pars 5i, 9i et 16i, et hymni 6-8. Hymni 10-15 integri servati sunt. Alius est ordo in hoc codice, alius in editione Romana. Pars primi hymni remanens respondet hymno 4o ed. rom. *Opp. syr. lat.* II, 414 F; hymnus 2us respondet hymno 4o ed. rom. *Opp. syr.-lat.* II. 416, a verbis ܠܐ ܢܚܬ ܦܘܩܕܢ . Hymnus 3us respondet hymno 5o ed. rom. ; hymnus 4us hymno 6o ; hymnus 5us hymno 7o; hymnus 10us hymno 8o ab illis verbis ܚܢܢ ܒܕܝܢܐ Ed. rom. II. 424 D ; hymnus 11us hymno 9o ed. rom. II, 426 ; hymnus 12us immediate sequitur hymnum 9m ed. rom. in qua deest. Eum hic vulgamus, hymnus 13us respondet 10o ed. rom. II, 428 ; hymnus 14us hymno 11o ed. rom. II, 429 ; hymnus 15us hymno 12o ed. rom. II, 430 ; hymnus 16us mancus est et deest in ed. rom. Illum vulgamus.

[3] Tonus est hymni precedentis, cujus tonus eadem ratione indicatur et sic porro usque ad 9m cujus initium deest. Stropha constat quatuor versibus hac ratione dispositis : 12, 8, 8, 12. Est autem schema strophæ ܗܘܐ ܡܪܝܐ qua incipit hymnus seu sermo 4us in ed. rom. II, 414.

[a] Cod. noster ܡܪܐ — [b] R. ܠܕܟܝܬܐ — [c] R ܘܠܓܙܘܪܬܗ

ܡܓܘܫܐ ܐܬܘ ܠܢ ܒܟܢܫܐ .
ܦܚ ܒܫܘܩ̈ܝ ܪܝܚܐ ܛܒܐ ܕܒܣ̈ܡܝܗܘܢ ܀

ܥܘܢܝܬܐ

ܠܟ ܬܫܒܘܚܬܐ ܒܪ ܡܪܐ ܟܠ ܕܐܚܝ ܟܠ ܐܢܫ ܀

ܕܒܪ ܚܢܢܐ ܐܢܬ ܚܣܬ ܠܗܘܢ ܒܒܣܝܡܘܬܟ .
ܕܒܪ ܛܢܢܐ ܐܢܬ ܐܬܒܥܬ ܠܗܘܢ ܚܝܠܬܟ .
ܕܒܪ ܥܬܝܪܐ ܐܢܬ ܐܝܟ ܪܚܡܬܗܘܢ .
ܦܪܥܘ ܚܘܒ̈ܝܗܘܢ ܒܩܘܪ̈ܒܢܝܗܘܢ ܀

ܡܫܚܬ ܐܢܝܢ ܕܠܐ ܠܢ ܬܟܪܐ ܘܠܗܘܢ ܬܚܐ .
ܕܒܙܘ ܟܣܦܢ ܐܝܬܝܘ ܕܗܒܐ .
ܕܡܚܘ ܦܓܪ̈ܝܢ . ܐܝܬܝܘ ܡܘܪܐ .
ܕܐܘܩܕܘ ܡܩܕܫܢ ܠܒܘܢܬܐ ܩܪܒܘ ܠܐܠܗܘܬܟ ܀

ܡܘܪܗܘܢ ܬܒܥ ܚܠܦ ܣܝ̈ܦܝܗܘܢ ܕܒܗܘܢ ܩܛܠܘܢ .
ܘܕܗܒܗܘܢ ܬܒܥ ܚܠܦ ܣܝ̈ܡܬܢ .
ܕܒܙܘ ܗܘܘ ܓܙܐ ܕܒܝܬ ܚܙܩܝܐ .
ܠܒܘܢܬܗܘܢ ܡܩܒܠ ܠܐܬܪܥܝܘܬܟ ܕܐܪܓܙܘ ܠܐܒܘܟ ܀

ܕܫܕܪ ܐܚܙ ܠܐܬܘܪܝܐ ܕܣܩ ܘܦܪܘܩܝܢܝ .
ܕܐܬܡܟܟܘ ܗܘܘ ܒܟ ܐܬܪܝܡܘ .
ܠܘܬܟ ܐܬܘ ܒܐܝܙܓ̈ܕܝܗܘܢ .
ܚܠܦ ܝܘܟܢܢ ܗܡܝܪܐ ܕܫܒܘ ܡܢ ܒܝܬ ܕܘܝܕ ܀

ܕܒܐܝܙܓܕܘܗܝ ܫܥܒܕ ܐܚܙ ܢܦܫܗ ܠܐܬܘܪ .
ܒܟ ܐܫܬܥܒܕܘ ܒܐܝܙܓ̈ܕܝܗܘܢ .

[1] IV *Reg.* XVI, 7.

magi exinde venerunt ad nos cum catervis. Eorum aromata in vicis nostris suavem suum odorem sparserunt.

Responsorium.

Tibi gloria, fili Domini universorum, qui omnes salvas.

2. Quia filius es Clementissimi, miserta est magorum benevolentia tua; quia filius Æmulatoris es, potentia tua de iis se vindicavit; quia filius Ditissimi es persolverunt magi secundum amorem suum debita sua per oblationes suas.

3. Univisti hæc ut nos non contristares et eos salvares. Quia rapuerant argentum nostrum, attulerunt aurum; quia verberarant corpora nostra, attulerunt myrrham; quia incenderant sanctuarium nostrum, thus obtulerunt divinitati tuæ.

4. Myrrham eorum requiris propter gladios quibus nos interemerunt; aurum eorum requiris propter thesauros nostros, quos diripuerunt spoliando thesauros Ezechiæ; thus eorum in reconciliationem accipis quia irritaverunt Patrem tuum.

5. Quia misit Achaz legatos ad Assyrium dicens: « *Ascende, salva me*[1], » qui humiliati fuerant a te exaltati sunt; (Assyrii) miserunt ad te legatos veluti obsides pro Jechonia quem obsidem rapuerunt e domo David.

6. Quia per legatos suos submisit se Achaz Assyrio, submiserunt se

ܕܣܓܕ ܫܒܛܗ ܕܓܘܪܝܐ ܕܐܪܝܐ .
ܠܟ ܗܘ ܣܓܝܕܐ ܣܓܕܘ ܚܝܠܐ ܕܣܓܝܕܝܢ ܗܘܘ ܀

ܕܟܕ ܣܠܩܘ ܐܪܡ ܘܐܦܪܝܡ . ܕܚܠܬ ܨܗܝܘܢ
ܕܠܐ ܬܐܪܡܠ ܠܗ . ܡܢ ܒܝܬ ܕܘܝܕ .
ܕܫܒܩ ܐܚܙ . ܡܕܝܢܬܐ ܘܥܪܩ .
ܗܘ ܐܫܥܝܐ ܡܣܒܪܢܐ ܝܗܒ ܠܗ ܕܥܡܢ ܗܘ ܐܠܗܐ ܀

ܗܐ ܒܬܘܠܬܐ ܒܛܢܐ ܝܠܕܐ ܕܠܐ ܙܘܘܓܐ .
ܚܠܡܐ ܗܘ ܠܝ ܚܙܝ ܠܝ ܐܘ ܒܫܢܬܐ .
ܕܗܐ ܥܠ ܒܘܪܟܝ ܥܡܢ ܗܘ ܐܠܗܐ .
ܐܬܒܛܠ ܡܢ ܟܠ ܘܠܡܪܐ ܕܟܠ ܐܗܘܐ ܒܟܠ ܝܘܡ ܀

ܘܒܬܘܠܬܐ ܕܒܨܗܝܘܢ ܚܒܠܘ ܠܐܡܟ ܝܩܪܘ
ܛܠܝܐ ܒܬܘܠܐ ܕܠܒܫܬ ܐܢܬ
ܒܬܘܠܘܬܐ ܕܐܡܟ ܘܢܦܩܬ ܒܗ .
ܐܢܬ ܠܝ ܛܠܝܐ ܘܚܬܢܐ ܘܒܪܐ ܐܦ ܐܠܗܐ ܀

ܐܦ ܒܒܠܝܐ ܣܠܩܘ ܗܘܘ ܘܩܛܠܘ ܝܠܘܕܐ ܒܝܗܘܕ .
ܒܟ ܝܠܘܕܐ ܐܫܬܝܢܘ ܗܘܘ .
ܕܒܟ ܩܛܘܠܐ ܗܘܘ ܣܓܘܕܐ
ܕܒܙܘ ܣܒܐ ܘܐܝܩܪ ܛܠܝܐ ܕܪܒ ܡܢ ܟܠ ܩܫܝܫ ܀

ܫܕܪ ܒܒܠ ܐܦ ܩܘܪܒܢܐ ܠܚܙܩܝܐ .
ܐܬܕܡܪܘ ܐܝܙܓܕܐ ܕܚܙܘ ܓܙܘܗܝ .
ܡܢܐ ܚܘܝܬ ܐܢܬ ܠܡܓܘܫܐ .
ܬܕܡܘܪܬܐ ܚܘܝܬ ܕܣܓܕܘ ܗܘܘ ܠܟ ܟܕ ܡܣܟܢ ܐܢܬ ܀

ܐܦܢ ܪܒ ܗܘܐ ܗܝܟܠܐ ܚܝܠ ܕܫܠܝܡܘܢ ܒܢܐ .

tibi Assyrii per legatos suos. Quia sceptrum catuli leonis[1] adoravit Assyrium, te, qui adorandus es, adorarunt fortes qui adorati fuerant.

7. Quia Aram et Ephraim[2] ausi sunt ascendere, timuit Sion ne ipsam viduares (semine) e domo David. Quia reliquit Achaz urbem et fuga se ex ea surripuit, Isaias attulit ei nuntium tui adventus his verbis: *Nobiscum est Deus*[3].

8. *Ecce virgo concipiet et pariet*[4], absque conjugio. Somnium mihi videtur, aut visum semisomnis, ecce super genua mea Emmanuel (nobiscum est Deus); cessabo ab omnibus et omnium Dominum omnibus diebus celebrabo.

9. Et quia in Sion virgines vitiaverant (Assyrii), magi matrem tuam honorarunt, o puer virgo, qui virginalia matris tuæ induisti et, ipsis integris exivisti, tu mihi es infans, et sponsus et filius et Deus.

10. Babylonii ascenderant in Judæam infantesque occiderant. Per te infantes pacem nacti sunt, quia per te occisores adoratores effecti sunt. Contempti sunt senes, sed honoratus fuit puer omnibus senior.

11. Misit Babel dona Ezechiæ. Admiratione rapti sunt legati videntes thesauros regis. Quid ostendisti magis? Mirum quid ostendisti, ut te quamvis pauperem adoraverint.

12. Etsi magnum erat templum,

[1] Sceptrum Judæ.
[2] *Is.* VII.

[3] Syriace Ammanuel fere Emmanuel ut habetur hebraice.
[4] *Is.* VII. 14.

ܪܒ ܗܘ ܡܢܗ ܘܫܦܝܪ ܡܢܗ .
ܡܥܪܬܐ ܙܥܘܪܬܐ ܕܒܗ ܐܬܝܠܕܬ .
ܒܝܢ ܥܙܪ̈ܘܪܬܐ ܚܙܘ ܠܫܘܒܚܟ ܪ̈ܥܘܬܐ ܀

ܟܝܢܐ ܙܥܘܪܐ ܐܢ ܢܣܒ ܬܐܓܐ ܒܬܐܓܐ ܪܒ .
ܟܝܢܟ ܪܒ ܗܘ ܒܪ ܡܣ̈ܟܢܐ .
ܘܒܟ ܗܘ ܪܒ ܡܕܡ ܕܙܥܘܪ .
ܘܐܢ ܐܢܫ ܟܘ̈ܒܐ ܢܣܝܡ ܒܪܫܟ . ܐܝܟ ܬܐܓܐ ܐܝܬ ܀

ܦܓܪܐ ܫܚܝܡܐ ܗܘ ܡܨܛܒܬ ܡܢ ܒܪ̈ܘܠܐ .
ܒܟ ܡܝܩܪܐ ܐܦ ܫܚܝ̈ܡܬܐ .
ܗܘܝ ܫܦܝ̈ܪܬܐ . ܕܢܩܦ ܪܒ ܗܘ .
ܘܐܢ ܟܐܦܐ ܐܢܫ ܢܫܕܐ ܒܟ ܡܪ̈ܓܢܝܬܐ ܗܘܝ ܀

ܘܐܦ ܗܘ ܕܥܘܬܟ ܠܫܘܐ ܕܫܘܐ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܗܘܝ .
ܘܚܠܐ ܕܢ̈ܚܬܝܟ ܠܟܪ̈ܝܗܐ ܕܟܪ̈ܝܗܘ .
ܢܒܥܐ ܗܘ ܪܒܐ ܕܟܠ ܥܘܕܪ̈ܢܝܢ .
ܘܐܢ ܪܘܩܟ ܢܩܦܬ ܠܐܦ̈ܐ ܡܢܗܪ ܠܥܝ̈ܢܐ ܗܘ ܀

ܐܢ ܥܠ ܟܐܦܐ ܬܣܬܡܟ ܪܫܟ ܦܠܓܘܗ̇ ܚܛܦܘܗ̇ .
ܘܐܢ ܗܘ ܕܬܕܡܟ ܥܠ ܩܩܠܬܐ .
ܗܘܬ ܠܗ̇ ܥܕܬܐ ܠܨܠܘܬܐ .
ܘܐܢ ܬܩܨܐ ܠܚܡܐ ܦܫܝܛܐ ܠܢ ܣܡ ܚܝ̈ܐ ܗܘ ܀

ܡܢܘ ܕܗܘܐ ܙܟܘܬܟ ܒܘܪܟܐ ܠܥܡ̈ܡܐ ܗܝ .
ܡܢܘ ܢܨܚܟ . ܘܐܦ ܡܫܠܡܢܟ .
ܡܘܬܟ ܚܝ̈ܐ ܗܘ ܠܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ .
ܘܐܢ ܡܪܟܒܐ ܠܙܩܝܦܐ ܐܡܪ ܦܨܚܐ ܐܢܬ ܀

ܕܪܒ ܗܘ ܪܘܡܟ ܡܢ ܡܛܠܬܟ ܐܬܒ ܘܐܢܘܚ .
ܗܘܝ ܠܝ ܠܡܐܢܐ ܘܐܬܓܘܣ ܒܟ .
ܟܝܢܐ ܪܒܐ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟܢ .
ܐܦܣ ܠܐܡܟ ܕܬܫܬܘܩ ܩܕܡܝܟ ܕܠܐ ܦܘܡܗ̇ +

ܠܡܘܗܒܬܟ ܡܢ ܟܢܪܟ ܕܫܦܪ ܩܠܝܠ .
ܕܐܢܬ ܐܠܦܬܢܝ ܟܠܗ ܡܐ ܕܐܡܪܬ .

honor regum populi nostri. major est illo et pulchrior spelunca parva in qua natus es. Sub fasciis tuis viderunt gloriam tuam pastores.

13. Natura parvus si coronam accipit, per coronam major fit; natura magnus es, o fili pauperum, per te majus fit quod parvum est. Si autem ponat quis spinas in capite tuo, corona fiunt.

14. Corpus vile ornatur gemmis. In te honesta et vilia æque sunt pulchra. Quidquid adhæret tibi magnum est, et, si quis in te projecerit lapidem, margarita fit.

15. Etiam sudor tuus illi qui dignus est baptismus fit, et pulvis vestimentorum tuorum ægrotis magnus omnium auxiliorum fons est. Quod si sputum tuum vultum attingit, illuminat oculos.

16. Si recumbis capite super petram, dividunt et rapiunt eam; si dormis in sterquilinio, illud fit ecclesia ad fundendas preces. Si frangis panem communem, fit nobis vitæ pharmacum.

17. Quisquis sit triumphus tuus aut convicium, benedictio populorum est. Quisquis sit ille qui morti te tradiderit, mors tua verbum vitæ est hominibus; si in crucem actus in ea veheris, agnus paschæ es.

18. Quia major est celsitudo tua pro matre tua sedebo et quiescam, sis mihi portus refugii; natura magna et incomprehensibilis, sine matrem tuam ori suo silentium imponere coram te.

19. Omne donum quod aliquantulum placuerit e cithara tua (accepi). Qui me docuisti quod dixi,

ܐܦ ܐܠܦܝܢܝ ܐܝܟ ܐܫܬܘܩ
ܕܐܦ ܐܠܐܝܬܢܝ ܐܦ ܐܢܝܚܢܝ ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܘܟ ܀

doce me ut taceam : qui me lassum reddidisti, præbe mihi requiem. Gloria Patri tuo.

VIII.

ܫܬܬܥܣܪ ܒܗ̇ ܩܠܗ

Decimus sextus. Ejusdem toni[1]

ܡܛܠܬܟ ܛܢܬ ܣܪܐ ܕܠܐ ܒܥܝܕܐ .
ܒܐܘܪܚܗ ܕܛܢܢܐ ܠܐ ܛܢܬ ܗܘܬ .
ܠܐܡܐ ܕܛܠܝ ܦ .. ܒܥܠܬܐ .
ܒܥܝܕܐ .. ܡܛܠܬܟ ܐܘ ܒܪ ܚܐܪܐ ܀

1. Propter te zelo abrepta est Sara contra consuetudinem suam. Non æmulabatur matrem pueri.... propter te, o fili liber.

ܥܘܢܝܬܐ

ܡܢ . ܒܝܬ . ܣܪܐ . ܐܦ . ܡܢ . ܥܡܡܐ .
ܠܟ . ܬܫܒܘܚܬܐ ܀

Responsorium.

A domo Saræ et etiam a gentibus tibi gloria.

ܡܛܠ ܕܢܚܟ ܨܠܝ ܐܝܣܚܩ ܥܠ ܟܠܬܗ ܪܦܩܐ .
ܕܐܒܐ ܘܐܡܪܐ ܒܟܪܣܗ ܐܚܕ .
ܚܘܝ ܕܠܐ ܗܘܐ ܙܪܥܐ ܒܪܝܟܐ
ܐܝܟ ܠܐܒܪܗܡ ܚܕ ܗܘ ܙܪܥܗ ܕܡܒܪܟ ܟܠ ܀

2. Propter ortum tuum precatus est Isaac super conjuge sua, quæ lupum et agnum simul concepit. Ostendit scriptura non esse semina benedicta, quia Abrahamo promissum fuit unicum semen omnes benedicens.

ܐܠܘ ܣܓܝܐܐ ܕܙܪܥܐ ܒܪܝܟܐ ܐܝܟ ܠܐܒܪܗܡ
ܗܐ ܗܘ ܥܣܘ ܐܦ ܐܝܫܡܥܝܠ .
ܒܘܟܪܐ ܐܢܘܢ ܕܒܝܬ ܐܒܪܗܡ
ܟܕ ܬܪܝܗܘܢ ܠܝܛܝܢ ܚܘܝ ܕܚܕ ܗܘ ܙܪܥܐ ܒܪܝܟܐ ܀

3. Si Abraham plura haberet semina benedicta, ecce Ismael et Esau primogeniti sunt domus Abrahæ. Quum duo illi fuerint maledicti, manifestum est unum esse semen benedictum.

ܠܟ ܒܪ ܡܠܟܐ ܪܚܡܬ ܣܪܐ ܕܣܢܬ ܡܠܟܐ
ܠܐ ܫܦܪ ܗܘܐ ܠܗ̇ ܒܝܬ ܡܠܟܘܬܐ .
ܕܥܡ ܓܠܘܬܐ ܡܚܒܫܬܐ ܗܘܬ
ܠܗ̇ ܢܩܝܐ ܗܘܬ ܕܚܙܬ ܕܢܚܟ ܕܟܣܐ ܗܘܐ ܒܗ̇ ܀

4. Tibi regis filio amor Saræ quæ regem[2] odio habuit. Saræ non placuit domus regia in qua cum (marito) exule inclusa erat ; ovis fuit pura ei, quia vidit ortum tuum in se absconditum.

ܠܐ ܡܐܢܬ ܠܗ̇ ܬܫܥܝܢ ܫܢܝܢ ܕܬܣܟܐ ܠܟ .
ܐܬܝܬ ܠܗ̇ ܒܫܢܬ ܬܫܥܝܢ ܕܣܪܐ
ܘܐܬܝܬ ܒܡܐܐ ܕܝܠܗ ܕܐܒܪܗܡ .
ܚܘܒܟ ܀

5. Non pertæsa fuit quod nonaginta annos te expectaret. Venisti ad eam anno nonagesimo et anno centesimo ad Abraham... (*Cetera deficiunt.*)

[1] Ejusdem toni est ac hymnus 12us qui hic habetur sub numero VII.
[2] Alludit ad Pharoonem qui rapuit Saram.

IX.

ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܢ ܡܐܡܪܐ
ܕܒܪܫܝܬ. ܕܐܝܬܘܗܝ ܪܫܗ ܡܫܒܚ
ܐܒܐ ܡܫܒܚܐ ܀

ܟܕ ܣܠܩܘ ܗܟܝܠ ܡܢ ܡܨܪܝܢ . ܘܟܕ ܢܚܬܘ
ܠܒܒܠ ܆ ܒܫܘܪܝܐ ܘܒܫܘܠܡܐ ܠܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ
ܐܬܚܒܠܬ ܠܘܬܗܘܢ ܡܠܬܐ ܕܠܐ ܡܬܚܒܠܐ . ܗܝ
ܕܒܚܘܒܗ ܠܒܫܬ ܠܒܘܫܐ ܡܬܚܒܠܢܐ .
ܗܘ ܕܝܢ ܬܒܝܪܝܢ ܠܘܚܐ ܕܢܡܘܣܐ . ܘܦܢܩܝܬܐ ܕܩܘܕܫܐ
ܐܨܛܪܝܬ . ܬܠܬܐ ܕܝܢ ܙܒܢܝܢ . ܚܠܦ ܗܠܝܢ ܡ̈ܠܐ ܕܐܦ
ܕܐܠܗܐ ܗܘܝ̈ ܐܠܐ ܒܠܚܘܕ ܡ̈ܠܐ ܗܘܝ̈ ܕܢܒܝܘܬܐ ܆
ܢܚܬܬ ܠܗ ܒܫܪܪܐ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ . ܗܝ ܕܠܐ
ܗܘܬ ܟܕ ܐܦܠܐ ܡܠܬܐ ܐܢܫܝܬܐ ܘܠܐ ܩܝܢܬܐ ܕܢܒܝܘܬܐ .
ܘܠܐ ܢܥܡܬܐ ܕܫܠܝܚܘܬܐ . ܐܠܐ ܡܠܬܐ .
ܕܒܩ̈ܠܝܢ ܠܐ ܡܬܦܫܩܐ . ܘܒܦܘܡܢ ܘܒܠܫܢܢ
ܠܐ ܡܬܦܫܩܐ . ܒܡܫܘܚܬܢ ܠܐ ܡܬܡܫܚܐ
ܘܒܟܢܪܢ ܠܐ ܡܬܙܡܪܐ . ܘܒܢܝ̈ܡܝܢ ܠܐ ܡܬܢܩܫܐ .
ܘܒܐܬܘ̈ܬܢ ܠܐ ܡܬܟܬܒܐ . ܘܒܟܬܒ̈ܝܢ ܠܐ
ܡܬܪܫܡܐ . ܗܝ ܗܕܐ ܒܚܘܒܗ ܐܬܪܟܢܬ ܆
ܘܠܒܫܬ ܦܓܪܐ ܐܢܫܝܐ ܕܬܬܠ ܚ̈ܝܐ
ܠܐܢܫܘܬܐ . ܘܐܬܬ ܒܝ̈ܘܡܝ ܗܪܘܕܣ ܐܝܟ
ܕܒܝ̈ܘܡܝ ܐܪܡܝܐ . ܗܘ ܗܪܘܕܣ ܐܝܟ
ܨܕܩܝܐ ܀ ܘܣܦ̈ܪܐ ܐܝܟ ܪܘܪ̈ܒܢܘܗܝ ܕܡܠܟܐ .
ܦܪ̈ܝܫܐ ܘܣܦܪܐ ܠܗ ܐܝܟ ܕܒܪܘܓܙܐ . ܘܒܙ̈ܩܐ
ܕܙܩܝܦܐ ܫܪܛܘ ܠܒܘܫܗ ܒܪܝܐ . ܐܝܟ
ܕܨܕܩܝܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܘܗܝ . ܕܒܦܪܙܠܐ ܫܪܛܘ ܟܪܟܐ
ܟܠܗ . ܕܗܘ ܐܝܟ ܕܒܫܘܡܠܝܐ ܟܪܝܗ ܗܘܬ
ܡܠܬܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܀ ܗܘ ܕܐܠܗܗ ܕܡܘܫܐ

IX.

Sancti Ephræmi e sermone super illud : « In principio », cujus initium est : « Laudans patrem laudandum[1]. »

Quum igitur ascenderunt de Ægypto et quum descenderunt in Babyloniam, in initio et in fine, per duas vices apud eos corruptum est verbum incorruptibile quod suo ex amore induit vestem corruptibilem; scilicet confractæ sunt tabulæ legis et volumen sacrum scissum est. Tertia autem vice, pro istis verbis quæ, quamvis Dei erant, tamen nonnisi voces erant propheticæ, descendit in veritate Verbum Dei, quod utique nec verbum erat hominis, nec cantus prophetiæ, nec melos apostolatus, sed Verbum quod nec vocibus nostris potest explicari nec ore nostro et lingua nostra explanari, nec rythmo nostro mensurari, nec cithara nostra psalli, nec fidibus gratissimum fieri nec litteris exarari, nec libris nostris conscribi. Ipsissimum istud verbum amore suo inclinavit se et induit corpus humanum ut humano generi vitam daret. Venit igitur in diebus Herodis sicut in diebus Jeremiæ. Herodes ut Sedecias et scribæ ac pharisæi sicut regis magnates, viso eo, quasi furore abrepti exarserunt in eum et clavis crucis dilacerarunt vestem ejus exteriorem, sicut Sedecias ejusque ministri ferro lacerarunt totum volumen

[1] Iste sermo hucusque non est repertus. Desumptum est fragmentum hic descriptum ex Musæi Brit. cod. add. 14,529 sæc. VII vel VIII fol. 10.

ܘܡܬܠܒܫܐ ܕܡܠܬܐ ܢܒܝܘܬܐ ܘܢܒܝܘܬܐ ܡܠܬܐ
ܕܐܠܗܐ ....

ܡܢ ܒܪܫܝܬ ܕܝܢ ܒܪܝܬܐ ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܗܘܝ
ܗܘܝ ܐܬܒܪܝ ܒܝܕ ܒܪܐ ... ܠܚܪܬܐ ܕܝܢ
ܠܒܫ ܦܓܪܐ ܡܬܚܒܠܢܐ : ܕܒܚܘܒܠܗ
ܦܓܪܗ ܢܚܕܬ ܒܪܝܬܐ ܕܐܬܚܒܠ . ܘܙܕܩ
ܗܘܐ ܗܘܐ ܕܒܡܠܬܐ ܕܠܐ ܚܫܐ ܢܬܒܪܝܢ ܗܘܝ
ܒܪܝܬܐ ܕܠܐ ܚܫ ܘܒܦܓܪܐ ܡܬܚܒܠܢܐ ܢܬܚܕܬܢ
ܗܘܝ ܒܪܝܬܐ ܕܐܬܚܒܠ : ܗܠܝܢ ܓܝܪ ܒܪܝܬܐ
ܕܠܐ ܒܥܡܠܐ ܡܬܒܪܝܢ ܗܘܝ . ܡܢ ܒܪܫܝܬ
ܒܝܕ ܒܪܐ . ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܪܫܝܬ ܐܬܐܡܪ
ܗܘܐ ܡܠܬܐ . ܗ̇ܝ ܕܠܐ ܒܥܡܠܐ ܕܒܦܘܫܩܐ
ܕܫܡܗ ܬܐܠܦ ܒܟܝܢܗ ܫܪܝܪܐ . ܒܚܪܬܐ ܕܝܢ
ܒܦܓܪܐ ܕܡܬܚܒܠ . ܬܩܢ ܠܗ ܠܒܪܝܬܐ
ܕܐܬܚܒܠ . ܕܒܚܘܒܠܗ ܦܓܪܐ ܫܪܝܪܐ . ܬܐܠܦ
ܚܘܒܠܗܘܢ ܕܒܪܝܬܐ ܀

in quo velut in corpore continebatur verbum prophetiæ. Prophetia quippe est similitudo et umbra Verbi Unigeniti, Verbi veri Dei.

A principio autem creaturæ illæ quæ nondum erant creatæ sunt per Filium... ad finem autem induit corpus destructibile ut sui corporis destructione renovaret creaturas exitium passas. Oportebat igitur ut Verbo impassibili crearentur creaturæ nihil passæ et corpore destructibili renovarentur creaturæ exitium passæ. Creaturæ porro absque labore creatæ sunt in principio per Filium. Idcirco dictum est « In principio erat Verbum » ut ejus nomen absque labore interpretari possis et veram ejus naturam discere. In fine autem in corpore destructibili instauravit creaturas in exitium lapsas, ut destructione veri corporis disceres veram creaturarum corruptionem.

ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܒܪܫܝܬ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܠܬܐ ܀

E sermone super illud : In principio erat Verbum[1].

ܡܢܘ ܕܝܢ ܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܪܫܝܬ . ܐܠܐ
ܗܘ ܕܗܘܐ ܝܘܡܢܐ ܒܝܕ ܡܐܬܝܬܗ ܐܬܝܕܥ
ܘܐܬܦܪܣ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܀
ܕܝܠܗ . ܟܕ ܝܘܚܢܢ ܕܢܟܬܘܒ ܨܒܐ ܗܠܝܢ ܕܚܫ
ܡܪܢ ܒܩܢܘܡܗ . ܫܪܝ ܠܗ ܕܝܢ ܒܫܪܒܗ
ܕܒܪܐ ܡܢ ܟܪ ܕܒܐܝܕܗ ܐܬܒܪܝ ܟܠ ܡܕܡ .
ܕܢܐܡܪ ܐܟܚܕܐ ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܗܘܝ ܒܐܝܕܗ .
ܘܥܠ ܗܠܝܢ ܕܗܘܝ ܒܩܢܘܡܗ . ܕܡܛܠ
ܪܘܪܒܬܐ ܕܗܘܝ ܒܐܝܕܗ . ܢܕܥ ܠܐܠܗܐ ܫܟܚ

Quisnam autem erat in principio nisi ille qui per adventum suum hodie notus est et declaratus Deus?

Ejusdem. Joannes* describere volens quæ passus est Dominus noster in persona sua, incœpit gesta Filii ab illo loco ubi dictum est « *omnia per ipsum facta sunt* », ut simul diceret et de iis quæ per ipsum facta sunt et de iis quæ facta sunt in ejus persona, ut per magna ab ipso effecta intelligamus ad

[1] E Mus. Brit. cod. add. 12,164, sæc. VI, fol. 130 a.

ܢܚܬ ܗܘ ܕܡܨܥܪ̈ܬܐ ܐܫܬܡܠܝ ܒܩܢܘܡܗ ܀

ܒܗܝ ܗܟܝܠ ܕܐܡܪ ܝܘܚܢܢ ܒܪܫܝܬ. ܡܫܐ ܡܩܝܡ ܠܣܗܕܐ ܠܣܗܕܘܬܐ ܕܢܣܗܕ ܡܛܠ ܟܠ ܗܠܝܢ ܕܗܘܝ̈ ܒܐܝܕܗ ܕܒܪܐ. ܘܢܕܒܪ ܠܡܦܠܚ ܒܒܨܒܨܘܬܐ ܕܗܠܝܢ ܕܐܫܬܡܠܝ ܒܩܢܘܡܗ. ܡܢ ܩܕܡ ܗܟܝܠ ܒܐܝܕܗ ܐܬܥܒܕ ܟܠܗܝܢ ܛܒ̈ܬܐ ܠܒܪ̈ܝܬܐ. ܘܠܚܪܬܐ ܒܗ ܐܬܥܒܕ ܟܠܗܝܢ ܒܝ̈ܫܬܐ ܡܢ ܐܢܫܘܬܐ. ܫܒܩܗ ܗܟܝܠ ܝܘܚܢܢ ܠܗܘ ܡܕܡ ܕܒܐܝܕܗ ܐܬܥܒܕ ܗܘܐ. ܘܫܪܝ ܕܢܫܬܥܐ ܥܠ ܗܘ ܡܕܡ ܕܣܒܠ ܒܩܢܘܡܗ. ܟܕ ܓܝܪ ܫܪܐ ܡܣܗܕܘܬܐ ܕܒܐܝܕܗ ܐܬܥܒܕ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܥܠ ܠܗ ܕܢܫܬܥܐ ܕܒܩܢܘܡܗ ܐܫܬܡܠܝ ܡܨܥܪ̈ܬܐ ܀

ܕܝܠܗ ܀ ܗܘ ܕܟܪ̈ܘܒܐ ܛܥܝܢ ܠܗ ܢܚܬ ܛܥܢܗ ܠܐܡܪܐ ܕܛܥܐ ܀

ܕܝܠܗ ܀ ܪܡܐ ܡܢ ܪܘܡܐ ܕܪ̈ܘܡܐ ܠܡܟܝ̈ܟܐ ܕܢܫܦܠ ܐܬܬܚܝܬ. ܕܢܫܦܠܝܗ ܠܪܡܘܬܐ ܕܫܦܠܬ ܠܐܕܡ ܡܢ ܪܘܡܗ ܀ ܒܐܕܢܗ ܚܙܬ ܡܪܝܡ ܠܟܣܝܐ ܕܐܬܐ ܒܩܠܐ. ܐܬܒܛܢ ܒܟܪܣܗ ܚܝܠܐ ܕܐܬܐ ܠܦܓܪܐ. ܡܘܬܐ ܫܐܠ ܕܡܐ ܛܒܗ ܀

ܕܝܠܗ. ܛܠܝܐ ܒܐܢܬܬܐ ܚܙܐ ܗܘܐ ܠܗ ܠܗܘ ܟܡܐ ܒܡܐ ܐܬܬܚܝܬ ܕܥܠ ܫܪܐ ܒܟܪܣܐ ܟܪܝܗܐ. ܘܢܦܩ ܝܢܩ ܚܠܒܐ ܡܚܝܠܐ. ܐܦ ܐܢܬܬܐ ܬܡܗܐ ܒܗ ܕܟܡܐ ܐܪܒܝ. ܕܥܠ ܥܘܒܗ ܕܐܠܗܐ ܡܟܝܟ ܪܒܥ. ܬܪܘܝܗܘܢ ܚܕ ܒܚܕ ܐܬܕܡܪܘ ܟܡܐ ܫܘܘ ܕܢܪܒܘܢ ܒܛܝܒܘܬܐ ܀

quam humiliationem se demiserit ille in cujus persona tantæ turpitudines patratæ sunt.

Joannes igitur per verba « in principio » Moysen in testem adducit ut testetur de iis quæ facta sunt per Filium et nos inducat ad strenue inquirendum de iis quæ facta sunt in ejus persona. Primitus igitur per ipsum facta sunt omnia bona creaturæ et in fine in eo facta sunt omnia mala ab homine. Reliquit itaque Joannes quæ per eum facta sunt et incipit narrare quæ in persona sua Christus passus est. Postquam enim cœpit testari mirabiles res ab eo creatas esse, devenit ad narranda quæ mala in ejus persona sunt perpetrata.

Ejusdem. Ille quem Cherubim portant descendit et portavit ovem quæ erravit.

Ejusdem. Altus ex altissimis ad humillima se demisit ut humiliaret superbiam, quæ Adamum a sublimitate sua disjecerat. Per aurem Maria vidit absconditum qui in voce venit. Concepta est in utero ejus virtus quæ venit ad corpus. Mors requisivit sanguinem ejus bonum.

Ejusdem. Infans in muliere videbat quantum Altissimus se dimisisset, quomodo ingressus habitavit uterum infirmum et inde egressus suxit lac debile. Etiam mulier admirabatur quantum crevisset ille qui in pectore Dei requievit. Ambo se invicem admirabantur quantum meruissent crescere in gratia.

MONITUM

IN HYMNOS S. EPHRÆMI DE BEATA DEI GENITRICE MARIA.

Hymni de Beata Maria Virgine, numero 20, descripti sunt e sex Musæi Britannici codicibus ad collectionem nitriensem pertinentibus. Codices illi, quum sint liturgici omnes, plures vel pauciores hymnos, interdum ad abbrevianda officia decurtatos, continent. Codex A = Add. man. 14,506, de quo diximus t. I, *prol.* XLVIII-XLIX et col. 1-3. Iste codex, fol. 6-13, 123-126, 159-162 continet omnes hymnos hic inclusos, exceptis duobus ultimis, imo hymnum 16ᵐ secunda vice describit fol. 184. Primum autem hymnum in duos dividit, similiter et secundum. Codex B, add. man. 14,515, anni 893, continet hymnos 1-4, 6, 14. Cod. C, add. man. 14,516, anni 893, continet hymnos 1-4, 8, 15-16 et Sugitam de Maria et angelo. Cod. D, add. man. 14,511, sæc. X, continet hymnos 1, 3-5 et Sugitam de ܢܘܗܪܐ. Cod. add. 14,512 continet hymnum 15 ; Cod. add. 17,141, fol. 81 nonnullas continet strophas hymnorum 5, 7, 11. In *Scalis* 1-4, 6-7, 9-10, 13, 19, 29-30, 33 cod. paris. 149 citantur multæ strophæ sejunctæ, ut indicabitur ad unumquemque hymnum. Scalæ istæ, quæ in plurimis codicibus vaticanis, parisiensibus et Oxoniensibus inveniuntur, alias strophas de B. M. V. continent quæ ad hymnos hucusque non repertos pertinent. Quia vero in istis scalis quædam habentur interpolata, omisimus ea quæ Ephræmi esse non constat aliunde.

[illegible]
[illegible]

HYMNI SANCTI MAR EPHRÆM DE BEATA MARIA.

I.

In tono Cantilenarum. Responsorium. Gloria nativitati tuæ divinæ et humanæ[1].

[illegible]

1. Virgo invitavit me ut canerem ejus mysterium quod cum admiratione contemplor. O fili Dei da mihi mirabile tuum donum, ut ditem citharam meam et formosissimam genitricis tuæ effigiem depingam.

2. Fœtus in utero ejus absque hominis commercio, o magnum prodigium! lac in uberibus contra consuetum naturæ morem, integra virginalia simul cum lacte in corpore puro, o res miranda! Quis hæc eloqui poterit?

3. Virgo Maria sancte peperit filium, et lac dedit nationum alitori atque in virgineis genibus sustentavit eum qui omnia sustinet. Virgo est et mater, et quidnam non est?

4. Sancta corpore, animo decora, pura mente, intellectu sincera, sensu perfectissima, casta, propositi tenax, corde munda, probata et omnibus virtutibus plena est.

5. Gaudeat in Maria omnis ordo virginum, quia earum una se inclinavit ut pareret heroem creaturas

[1] Stropha quatuor habet versus: primus et ultimus 12, secundus et tertius octo syllabas continent, hoc schemate: 12, 8, 8, 12. Vid. t. I, 5, n. a.

[a] A = cod. 14,506; B = cod. 14,515; C = 14,516; D = 14,511. — [b] BC [illegible]; cod. par. Scala 1[a] [illegible]

ܣܒ ܝܠܕܐ ܛܥܝܢ ܠܒܪ̈ܝܬܐ .
ܘܒܗ ܐܬܚܪܪ ܓܢܣܐ ܕܐܢܫܐ[a] ܕܡܫܥܒܕ ܗܘܐ ܀

ܢܚܕܐ ܒܡܪܝܡ ܐܕܡ ܪܒܐ ܕܢܟܬܗ ܚܘܝܐ .
ܘܗܝ ܝܗܒܬ ܠܗ[b] ܚܕ ܒܪܐ .
ܕܐܬܪܒܝ[c] ܘܐܕܫ ܠܗ ܠܚܪܡܢܐ .
ܘܒܗ ܐܬܐܣܝܬ ܢܘܟܬܐ ܚܘܝܐ ܕܡܟܐܒܐ ܗܘܬ ܀

ܢܚܕܘܢ[d] ܟܗܢ̈ܐ ܒܒܬܘܠܬܐ ܕܒܪܝܟܐ ܝܠܕܬ .
ܟܗܢܐ ܪܒܐ ܕܗܘܐ ܕܒܚܐ .
ܘܫܪܐ ܐܢܘܢ ܡܢ ܕܒܚ̈ܐ .
ܘܗܘ ܒܩܢܘܡܗ ܗܘܐ ܗܘܐ ܕܒܚܐ ܘܪܥܝ ܠܐܒܘܗܝ ܀

ܢܚܕܐ[e] ܒܡܪܝܡ ܟܠܗ ܛܟܣܐ ܗܘ ܕܢܒܝ̈ܐ .
ܕܒܗ ܐܫܬܡܠܝܘ ܚܙܘܢܝܗܘܢ .
ܘܒܗ ܐܬܓܡܪܘ ܢܒܝܘܬܗܘܢ .
ܘܒܗ ܐܫܬܪܪ̈ܝ ܐܦ ܡܠ̈ܝܗܘܢ . ܘܥܫܢܘ ܚܝܠܐ ܀
ܢܚܕܐ ܒܡܪܝܡ ܟܠܗ ܬܓܡܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ .
ܐܝܟ ܒܘܪܟܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܢܣܒܬ .
ܘܓܡܪܬ ܐܢܘܢ ܓܡܝܪ̈ܐ ܒܒܪܗ .
ܘܐܦ ܚܙ̈ܝܐ ܘܟܐ̈ܢܐ ܘܟܗ̈ܢܐ ܒܗ ܐܬܕܟܝܘ ܀

ܡܪܝܡ[f] ܝܗܒܬ ܦܐܪܐ ܚܠܝܐ ܠܒܢܝܢܫܐ
ܚܠܦ ܦܐܪܐ ܗܘ ܡܪܝܪܐ
ܕܢܣܒܬ ܚܘܐ ܡܢ ܐܝܠܢܐ .
ܒܦܐܪܐ[g] ܕܡܪܝܡ ܗܐ ܡܬܒܣܡ ܥܠܡܐ ܟܠܗ ܀
ܐܝܠܢ ܚܝܐ ܗܘ ܕܟܣܐ ܗܘܐ ܒܓܘ ܦܪܕܝܣܐ .
ܒܡܪܝܡ ܢܒܛ . ܘܫܘܚ ܡܢܗ[h] .
ܘܒܛܠܠܗ ܥܠܡܐ ܛܠܠ .
ܘܦܪܣ ܦܐܪ̈ܘܗܝ ܥܠ ܪ̈ܚܝܩܐ ܘܥܠ ܩܪ̈ܝܒܐ ܀
ܡܪܝܡ ܙܩܪܬ ܐܣܛܠܐ ܕܫܘܒܚܐ ܘܝܗܒܬ ܠܐܒܘܗ .
ܕܐܬܦܫܛ ܗܘܐ ܒܝܬ ܐܝܠܢ̈ܐ .

sustinentem, per quem liberatum est genus humanum servitute oppressum.

6. Gaudeat in Maria magnus Adam a serpente percussus. Ipsa Adamo dedit stirpem, a qua enutritus contrivit execrandum aspidem et convaluit a lethali illius morsu.

7. Gaudeant sacerdotes in benedicta virgine, quæ peperit sacerdotem magnum victimam factum. Ipse liberavit eos a victimis et in persona sua victima fuit quæ Patrem placavit.

8. Gaudeat in Maria totus ordo prophetarum, quia in ea suum terminum habuerunt visiones et complementum vaticinia suamque confirmationem et robur oracula.

9. Gaudeat in Maria omnis ordo patrum. Sicut ipsa eorum benedictionem suscepit, ita eos in filio suo perfectos reddidit. Ab eo quippe videntes, et justi atque sacerdotes purificati sunt.

10. Pro amaro illo fructu quem Heva ex arbore decerpsit Maria dulcem dedit hominibus fructum. Ecce totus mundus fructu Mariæ delectatur.

11. Arbor vitæ, in medio paradisi abscondita, in Maria crevit et ex ea se efferens umbra sua orbem protexit fructusque diffudit super procul dissitos et propinquos.

12. Maria texuit stolam gloriæ eamque dedit protoparenti. Qui inter arbores nudatus fuerat ea

[a] Ita BCD ; A habet ܒܗ ܓܢܣܐ — [b] A ܗܘܬ — [c] D ܘܐܬܪܒܝ — [d] E cod. D. — [e] ܢܚܕܐ — [f] A incipit hic hymnum 2m cum hac rubrica . ܐܚܪܢܐ ܒܗ ܩܠܐ ܕܒܪܝܟ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܐ ܫܠܡܗ ܡܕܡ ܒܡܪܝܡܐ — [g] D ܒܦܐܪܘܗ — [h] D ܡܢ ܗܝ ܡܪܝܡ

ܠܒܫ ܘܐܬܢܟܦ ܗܘܐ ܫܘܦܪܐ
ܐܢܬܬܗ ܕܟܒܫܬܗ ܘܒܪܬܗ ܣܡܟܬܗ ܘܩܡ[a] ܓܢܒܪܐ ܀

ܚܘܐ ܘܚܘܝܐ ܚܦܪܘ ܓܘܡܚܐ ܘܣܚܦܘܗܝ ܠܐܕܡ .
ܘܡܪܝܡ ܩܕܡܬ ܘܐܦ ܡܠܟܐ .
ܘܕܠܘ ܘܐܣܩܘܗܝ ܡܢ ܥܘܡܩܐ .
ܒܐܪܙܐ ܟܣܝܐ ܕܐܬܓܠܝ ܘܐܚܝ ܠܐܕܡ ܀

ܓܦܬܐ ܒܬܘܠܬܐ ܣܓܘܠܐ ܝܗܒܬ ܕܚܡܪܗ ܒܣܝܡ .
ܘܒܗ ܐܬܒܝܐܘ ܡܢ ܒܟܝܐ .
ܚܘܐ ܘܐܕܡ ܕܐܒܝܠܝܢ ܗܘܘ .
ܛܥܡܘ ܣܡܐ ܕܚܝܐ ܘܒܗ ܐܬܒܝܐܘ ܡܢ ܒܟܝܗܘܢ ܀

indutus verecundia et virtutis pulchritudine exornatus fuit. Quem uxor prostraverat filia sustentavit; ipse ita suffultus heros surrexit.

13. Heva et serpens fossam foderunt illucque Adamum præcipitarunt, at Maria et regius infans sese opposuerunt et delapsi extraxerunt eum ex abysso per hoc occultum mysterium, quod patefactum Adamum vivificavit.

14. Vitis virginalis uvam dedit cujus dulce vinum flentibus solamen attulit. Heva et Adam luctu afflicti gustarunt vitæ pharmacum et in eo solamen invenerunt suis fletibus.

II.

ܐܚܝܪܐ[b] ܩܠܐ ܐܝܟ ܕܢܓܝܪܐ ܪܘܚܗ
ܒܪܝܟ ܕܢܚ ܗܘ ܕܡܢ ܡܪܝܡ
ܕܢܚ ܠܢ ܘܦܪܩ ܠܢ ܀

ܐܡܠܠ ܒܡܘܗܒܬܟ . ܩ̈ܠܐ ܕܦܘܪܫܐ .
ܠܒܬܘܠܬܐ ܕܗܘܬ . ܐܡܐ ܒܬܕܡܘܪܬܐ .
ܕܒܬܘܠܬܐ ܗܝ ܘܐܡܐ . ܫܘܒܚܐ ܠܡܢ ܕܓܒܗ ܀

ܒܣܕܪܐ ܕܢܟܦܬܐ . ܩܝܡܐ ܒܩܕܝܫܘܬ .
ܘܦܐܪܐ ܕܐܡܗܬܐ . ܛܥܝܢܐ ܒܫܠܝܘܬ .
ܠܒܬܘܠܬܐ ܛܠܝܐ . ܘܡܢܘ ܕܠܐ ܢܬܗܪ ܀

ܠܐ ܐܝܬ ܒܢܫ̈ܐ . ܚܠܒܗܝܢ ܒܬܘܠܘܬܗܝܢ .
ܕܐܝܟܐ ܕܐܝܬ ܚܠܒܐ . ܠܐ ܐܝܬ ܒܬܘܠܘܬܐ .

Alius hymnus, tono : Qui longanimus est[1]. Responsorium : Benedictus qui ex Maria virgine ortus est nobis et salvavit nos.

1. Dono tuo sapientes proferam cantus in honorem Virginis quæ per miraculum mater effecta est. Virgo est et mater. Gloria illi qui eam elegit.

2. In agmine castarum virginum sancte stat, et fructum matrum tranquille portat. Virgini infantem esse quis non obstupescat?

3. Feminis cum lacte non remanent integra virginalia, quia

[1] Iste versus initium efformat hymni primi de libero arbitrio, *Opp. Syr.-lat.* III, 359. Stropha continet sex versus quinque syllabarum. Hoc metro confecti sunt hymni 1-2 de libero arbitrio, hymni 1-2 de azymis, et 2us de B. M. V. Initium hujus hymni exscribitur in scala 33a cod. par. 149. Alio modo metrum hoc indicatur apud Bickell, nempe: ܚܠܠ ܩܠܐ ܕܚܝܒ ܣܚܝܪܬܐ juxta quem rythmum exarati sunt hymni 5-7, 25-30, 31-33 in opere *Carmina Nisibena*, Lips. 1866.

[a] Alius : ܘܣܡܝ ܚܒܪܗ — [b] In A est hymn. 3us.

ܒܡܪܝܡ ܗܘܐ ܬܗܪܐ ܕܝܠܕܬ ܒܒܬܘܠܘܬܗ̇ ܀

ܚܩܠܐ ܗܘ ܕܠܐ ܡܬܚܪܬ . ܢܓܕܗ ܠܐܟܪܐ .
ܘܢܦܩܬ ܗܘܬ ܡܢܗ̇ . ܟܦܐ ܕܒܘܪܟܬܐ[a] .
ܘܝܗܒܬ ܕܠܐ ܙܪܥܐ . ܦܐܪܐ[b] ܠܒܪܝܬܐ ܀

ܐܠܦܐ ܗܝ ܕܛܥܝܢܐ ܓܙܐ ܕܥܘܬܪܐ .
ܘܐܝܬܝܬ ܠܡܣܟܢܐ . ܥܘܬܪܐ ܫܡܝܢܐ .
ܡܝܬܐ ܒܗ̇ ܥܬܪܘ . ܕܚܝܐ ܛܥܝܢܐ ܗܘܬ ܀

ܒܡܪܝܡ[c] ܫܒܚܝ ܒܗ̇ . ܟܠܗܝܢ ܒܬܘܠܬܐ .
ܕܒܬܘܠܬܐ ܗܝ ܕܗܘܬ . ܥܠܬܐ ܠܛܒܬܐ .
ܘܡܢܗ̇ ܕܢܚ ܢܘܗܪܐ . ܠܝܬܒܝ ܚܫܘܟܐ ܀

ܒܗ̇[d] ܐܬܬܪܝܡ ܪܫܗ̇ . ܕܚܘܐ ܕܡܟܝܟ ܗܘܐ .
ܕܛܥܢܬ ܠܥܘܠܐ . ܕܠܒܟܗ ܠܚܘܝܐ .
ܘܛܪܦܐ ܕܒܗܬܬܐ . ܐܬܒܠܥܘ ܒܬܫܒܘܚܬܐ ܀

ܬܪܬܝܢ[e] ܒܬܘܠܬܐ . ܗܘܝ̈ ܠܗ̇ ܠܐܢܫܘܬܐ .
ܚܕܐ ܥܠܬܐ ܠܚܝܐ . ܐܚܪܬܐ ܥܠܬܐ ܠܡܘܬܐ .
ܒܚܘܐ ܕܢܚ ܡܘܬܐ . ܘܚܝܐ ܒܝܕ ܡܪܝܡ ܀

ܠܐܡܐ ܕܢܦܠܬ ܗܘܬ . ܒܪܬܗ̇ ܣܡܟܬܗ̇ ܗܘܬ .
ܘܡܛܠ ܕܠܒܫܬ ܗܘܬ . ܛܪܦܐ ܕܒܗܬܬܐ .
ܙܩܪܬ ܘܝܗܒܬ ܠܗ̇ . ܐܣܛܠܐ ܕܫܘܒܚܐ ܀

ܒܡܪܝܡ[f] ܗܘܐ ܣܒܪܐ . ܠܓܢܣܐ ܕܢܫܐ .
ܕܚܣܡܐ ܕܐܕܢܝ̈ܗܝܢ . ܘܒܗܬܬܐ ܠܐܦܝ̈ܗܝܢ .
ܗܝ ܚܪܪܬ ܐܢܝܢ . ܘܗܘܝ̈ ܕܠܐ ܡܪܝܡܘ ܀

ܗܐ ܦܨܝܚܢ ܝܘܡܢ . ܟܠܗܝܢ ܟܠܬܐ .
ܕܐܟܘܬܗܝܢ ܛܥܢܬ . ܦܐܪܐ ܕܗܘ ܝܗܒ .
ܚܝܐ ܠܝܠܕܝܗܝܢ . ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܕܪܗ ܀

ܒܡܪܝܡ ܕܢܚ ܢܘܗܪܐ . ܛܪܕܗ[g] ܠܚܫܘܟܐ .
ܕܥܠ ܗܘܐ ܒܝܕ ܚܘܐ ܘܫܠܛ ܠܐܢܫܘܬܐ .

ubi est lac non superest virginitas. Illud in Maria mirabile est quod virgo peperit.

4. Ager est qui nunquam novit sulcum agricolæ ; ex illo exsurgit manipulus benedictionis ; absque semine dedit mundo fructum.

5. Navis est onerata ditissimo thesauro quæ pauperibus attulit divitias cœlestes. Mortui ditati sunt ab ea quæ vitam portabat.

6. In Maria gloriantur omnes virgines, quia virgo est quæ causa fuit bonorum. Ex illa orta est lux sedentibus in tenebris.

7. In Maria exaltatum est inclinatum Hevæ caput. Quia Maria suscepit infantem qui comprehendit aspidem, folia ignominiæ absorpta sunt a gloria.

8. Humano generi duæ datæ sunt virgines : una causa fuit vitæ, altera mortis. Per Hevam orta est mors et vita per Mariam.

9. Filia matrem lapsam sustentavit. Quia mater induerat folia ignominiæ, filia texuit ei atque dedit stolam gloriæ.

10. Femineo generi spes facta est per Mariam. Quia infecerat invidia feminarum aures et pudor vultus earum, Maria liberavit eas irreprehensibilesque effecit.

11. Exhilarantur hodie omnes uxores, quia, sicut illæ, Maria fructum gestavit qui vitam largitur earum natis. Gloria missori ejus.

12. Per Mariam orta est lux, quæ dissipavit tenebras per Hevam ad-

[a] C ܕܪ̈ܚܡܬܐ — [b] A ܡܐܟܠܐ — [c] AB omm. strophas 6, 8. — [d] In A est stropha ultima. — [e] A hic incipit hymn. 4m cum hac rubrica ܒܪ: ܩܠܗ ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܝܚܐ — [f] Ex codd. BC — [g] C ܘܛܪܕܗ

ܘܢܗܪܬ ܒܗ̇ ܡܪܝܡ . ܒܪܝܬܐ ܕܚܫܘܟܐ ܗܘܬ ܀

ductas et super humanum genus offusas. Illuminatus est per Mariam orbis tenebris obsitus.

III.

ܒܪ ܩܠܗ ܥܢܝܬܐ ܫܘܒܚܐ ܠܗܘ ܕܕܢܚ
ܡܢܟܝ ܒܬܡܝܗܘܬܐ .

ܕܟܝܬܐ ܡܪܝܡ ܠܡܫܒܚ . ܠܒܪܐ ܕܕܢܚ ܒܪ̈ܚܡܘܗܝ .
ܡܢ ܗܘ̇ ܥܘܒܐ ܒܬܘܠܐ . ܘܠܐ ܙܘܘܓܐ ܘܡܥܠܐ .
ܐܡܐ ܕܝܠܕܬ ܒܬܕܡܘܪܬܐ . ܠܒܪ ܐܠܗܐ ܕܕܢܚ ܀

ܬܩܥܐ ܡܪܝܡ ܒܟ̈ܢܫܐ . ܘܒܪܡ ܩܠܗ ܒܥܐܕܐ .
ܕܒܪܝ ܠܐ ܐܢܫ ܢܒܨܐ . ܘܠܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܕܢܒܨܝܘܗܝ .
ܕܒܨܝܘܬܗ ܒܛܝܠܐ ܘܪܦܝܐ . ܘܟܠ ܚܟܝ̈ܡܐ ܡܙܕܥܪܝܢ ܀

ܬܪܝܡ ܩܠܗ̇ ܕܟܝܐ . ܘܠܟ ܡܪܝ ܬܘܕܐ ܕܚܒܟ .
ܢܓܕܟ ܕܬܐܬܐ ܠܡܘܠܕܐ . ܘܬܫܪܐ ܒܥܘܒܐ ܒܬܘܠܐ .
ܘܬܦܘܩ ܡܢܗ ܓܠܝܐ . ܒܪܝܟ ܐܢܬ ܟܣܝܐ ܕܣܥܪܢ ܀

ܦܘܡܗ̇ ܕܡܪܝܡ ܢܒܣܐ ܠܣܟܠܐ . ܕܒܨܝܢ ܝܠܕܟ ܡܫܒܚܐ .
ܒܗ̇ ܢܬܒܣܪܘܢ ܣܦܪ̈ܐ . ܕܒܥܝܢ ܥܡܟ ܕܪܫܐ .
ܢܦܢܝܘܢ ܒܗ̇ ܦܠܝ̈ܓܐ . ܕܝܠܕܬ ܟܕ ܠܐ ܫܡܫܐ ܀

III.

Ejusdem toni[1]. Responsorium : Gloria illi qui mirabiliter ex te ortus est.

1. Casta Maria laudet Filium qui sua misericordia ortus est e sinu virginis purissimo absque conjugali commercio. Mater miraculo peperit filium Dei qui apparuit.

2. In hac solemnitate magna voce exclamet Maria inter turbas : « Nemo scrutetur filium meum, nemo quippe eum perscrutari valet, sed omnis inquisitio apud eum inutilis et otiosa substat, omnesque sapientes huic investigationi impares sunt.

3. Extollat purissima vocem et te, Domine, collaudet quod tuus te traxit amor ut ad nativitatem venires et habitares in sinu virginali atque ex eo exires manifeste. Benedictus es, o abscondite, qui nos visitasti.

4. Os Mariæ despiciat insipientes qui scrutantur tuam gloriosam nativitatem. A Maria despiciantur eruditi qui tecum disputare volunt; ipsa ad resipiscentiam adducat hæsitantes quia a viro incognita peperit.

[1] Falsa indicatio, nam stropha hic habet sex versus sex syllabarum. Schema igitur est : 666666.

IV.

ܐܚܪܬܐ ܒܩܠܐ ܕܡܘܕܝܢܐ ܐܠܗܐ ܕܐܚܒܬܘܗܝ.
ܥܘܢܝܬܐ ܠܟ ܫܘܒܚܐ ܒܪ ܐܠܗܐ[a] ܀

ܕܘܨ[b] ܟܢܫܐ ܕܒܬܘܠܬܐ .
ܒܒܬܘܠܬܐ ܡܠܝܬ ܬܕܡܘܪܬܐ .
ܕܝܠܕܬ ܓܒܪܐ[c] ܓܢܒܪܐ .
ܕܟܦܬ[d] ܚܒܫܗ ܠܡܪܘܕܐ .
ܕܠܐ ܢܛܥܐ ܒܒܬܘܠܬܐ[e] ܀
ܠܐܡܟܘܢ[f] ܚܘܐ ܐܛܥܝ ܗܘܐ .
ܘܐܟܠܬ[g] ܦܐܪܐ ܩܛܘܠܐ .
ܘܚܬܟܝܢ ܡܪܝܡ ܐܥܩܪܬܗ[h] .
ܠܐܝܠܢܐ ܕܝܗܒ ܗܘܐ ܡܘܬܐ .
ܕܝܗܒܬ ܦܐܪܐ ܡܚܐ ܟܠܐ ܀
ܒܓܘ ܕܡܪܝܡ ܢܘܪܐ ܛܫܝܐ .
ܟܠܐ[i] ܚܘܒܗ ܬܕܡܘܪܬܐ ܪܒܐ .
ܒܐܨܒܥܬܗ ܢܘܪܐ ܠܒܟܬ .
ܘܒܥܘܒܗ ܫܡܫܐ ܛܥܝܢܐ .
ܘܕܚܠܐ ܐܪܙܗ ܕܢܬܡܠܠ ܀
ܠܓܒܠܐ ܕܝܠܘܕܐ ܛܥܝܢܐ .
ܠܒܪܘܝܐ ܕܐܢܫܐ ܝܠܕܐ .
ܠܡܙܝܢ ܟܠ ܚܠܒܐ ܝܗܒܬ .
ܡܢ ܡܨܐ ܠܡܡܠܠܘ .
ܫܪܪܐ[k] ܕܟܠܗ ܕܬܕܡܪܐ ܀
ܡܪܝܡ ܬܕܡܘܪܐ ܡܠܝܐ ܗܘܬ .
ܘܒܢܦܫܗ ܚܟܝܡܐ ܗܘܬ .
ܘܒܦܓܪܗ ܩܕܝܫܐ ܗܘܬ .
ܘܒܚܘܫܒܝܗ ܕܟܝܐ ܗܘܬ[l] .
ܘܠܓܘܙܠܬܐ ܛܥܝܢܐ ܗܘܬ[m] ܀

IV.

Alius hymnus in tono confessorum[1] : Deus quem amavistis.
Responsorium : Tibi gloria, fili Dei.

1. Exultate, cœtus puellarum, in virgine prorsus admiranda. Ipsa peperit gigantem, qui vinculis strinxit rebellem angelum ne puellas seduceret.

2. Rebellis matrem vestram Hevam seduxerat, quæ manducavit fructum lethalem. Soror vestra Maria evertit arborem quæ mortem intulerat et dedit fructum omnes vivificantem.

3. In utero Mariæ Ignis delitescit, in ejus sinu prodigium magnum. Maria digittis Ignem apprehendit, in sinu solem portat; ejus mysterium terret eloqui volentes.

4. Infantium plasmatorem portavit; generis humani factorem peperit; omnium alitori lac dedit. Quis poterit dicere rem plane mirandam ?

5. Maria admiratione plena, anima sapiens, corpore sancta, cogitationibus pura, Flammam portabat.

[1] Stropha continet quinque versus septem syllabarum. Appellatur ܕܡܘܕܝܢܐ a 1a stropha hymni de Confessoribus quem sumus edituri.

a B ܕܐܠܗܐ ܒܪܐ ܫܘܒܚܐ ܠܟ — b Scala 6a ܕܘܨܝ — c Scala 6a ܘܓܒܪܐ — d Scala 6a ܘܚܒܫܗ — e Scala 6a ܒܒܬܘ̈ܠܬܐ — f E codd. CD et scala 6a — g Scala 6a ܘܡܐܟܠܬ — h Ista codd. CD — i D ܘܟܠܐ — k D ܗܘ ܡܕܡ ܠܐ ܗܕܪܗ ܕܟܪܣܗ — l D. omm. vers. — m D. add. ܘܡܘܟܟܐ ܒܟܪܣܗ ܪܡܙܐ ܗܘܬ

ܐܘ[a] ܐܝܟܢܐ ܡܨܝܐ ܗܘܬ .
ܕܢܥܒܪ ܬܗܪܐ ܡܢ ܢܦܫܗ .
ܐܘ ܬܡܗܐ ܡܢ ܪܥܝܢܗ .
ܐܘ ܙܘܥܐ ܡܢ ܡܪܓܫܬܗ
ܕܝܠܕܬ ܗܘܬ ܘܒܬܘܠܬܐ ܗܘܬ ❖
ܛܥܝܢܐ ܒܐܚܕܢܗ ܥܘܠܐ
ܘܫܠܡܐ ܒܗܕ̈ܡܐ ܟܠܗ ܦܓܪܗ .
ܚܠܒܐ ܒܬܕ̈ܝܗ ܪܕܐ ܗܘܐ .
ܘܠܐ ܙܥ ܒܒܬܘܠܘܬܗ .
ܟܠܝܘܡ ܬܗܪܐ ܡܠܝܐ ܗܘܬ ❖
ܢܘܩ̈ܝܬܗ[b] ܡܦܪ̈ܫܢ ܗܘ̈ܝ
ܐܝܟ ܩܪܝܒܝܢ ܫܡܘܥ̈ܐ .
ܢܝܩܬܗ ܐܝܟ ܕܠܫܒܪܐ .
ܘܐܝܟ ܦܪܫܝܢ ܣܓܕܐ ܠܗ .
ܐܝܟ ܕܠܡܪܐ ܪܒܘܬܐ ❖
ܛܥܝܢܐ[c] ܒܥܘܒܗ ܥܘܠܐ .
ܘܡܠܝܐ ܢܦܫܗ ܕܬܗܪܐ .
ܘܫܒܗܪܐ ܒܗ ܕܒܪܗ ܗܘ .
ܘܝܕܥܐ ܗܘܬ ܠܗ ܕܡܪܗ ܗܘ .
ܠܒܪܐ ܘܡܪܐ ܛܥܝܢܐ ܗܘܬ ❖

ܚܙܬ ܕܛܥܝܢܐ ܝܠܘܕܐ .
ܘܒܬܘܠܘܬܗ ܢܛܝܪܐ (ܗܘܬ) .
ܘܕܘܒܪܐ ܚܕܬܐ ܕܗܘܐ .
ܝܗܒ ܠܗ ܚܝܠܐ ܕܬܣܬܟܠ .
ܕܗܘ ܛܥܝܢܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ❖
ܒܬܘܠܬܐ ܡܠܝܬ ܕܬܗܪܐ .
ܪܐܙܐ ܟܣܝܐ ܢܛܪܐ ܗܘܬ .
ܘܝܕܥܐ ܡܢܘ ܘܒܪ ܡܢܘ .
ܦܐܪܐ ܒܪܝܟܐ ܕܛܥܝܢܐ .
ܘܒܟܠܗܝܢ ܚܬܝܬܐ ܗܘܬ ❖
ܚܙܩܝܐܝܠ[d] ܒܪ ܓܠܘܬܐ .
ܒܚܙܘ ܚܙܐ ܕܢܒܝܘܬܐ .
ܚܙܗ̇ ܠܒܬܘܠܬܐ ܒܪܬ ܕܘܝܕ .

6. Quomodo possibile fuisset ut aut admiratio transiret ab anima, aut stupor a mente, aut commotio a sensu, quum pariendo virgo mansisset ?

7. In ulnis gestabat infantem et in corpore integra sciebat virginalia ; lac in uberibus affluebat et virginitas nihil commotionis passa erat ; tota die beata virgo replebatur admiratione.

8. Ejus blandimenta valde discreta erant ; ubi auditores aderant blandiebatur ei tanquam infanti, ubi abierant eum ut Dominum majestatis adorabat.

9. Dum infantem in sinu suo gestaret, anima ejus admiratione replebatur. Gloriabatur infantem illum suum esse filium et agnoscebat eumdem suum esse Dominum, atque ita filium simul et dominum portabat.

10. Conspiciebat gestatum natum et virginitatem servatam. Novum quod contigerat prodigium vim ei tribuebat ut intelligeret infantem quem portabat esse Deum.

11. Admiratione repleta Virgo occultum mysterium sedulo conservabat, apprime sciens quis et cujusnam filius esset fructus benedictus quem portabat ; hæc autem omnia perspecta habebat.

12. Ezechiel, transmigrationis filius, visu prophetico conspexit virginem Davidis filiam, ejusque

[a] E cod. D. — [b] E codd. BC. — [c] E codd. BC. — [d] Strophæ 12-14 e scala 6a.

ܨܪ ܓܒܪܐ ܠܒܬܘܠܘܬܐ .
ܒܓܠܝܢܘܗܝ ܐܠܗܝܐ ܀
ܢܒܝܐ ܕܒܝܬ ܟܠܕܝܐ .
ܓܒܪܐ ܠܡܪܝܡ ܨܪ ܗܘܐ .
ܘܣܡܗ ܒܣܦܪܐ ܕܢܒܝܐ .
ܘܢܛܪܐ ܣܘܪܗ̈ ܒܟܬ̈ܒܐ .
ܕܐܝܟ ܕܩܪܐ ܢܣܬܟܠ ܀
ܚܘܝܗ ܡܪܝܐ ܠܢܒܝܐ .
ܒܕܪ̈ܬܐ ܩܕܝܫܬܐ .
ܬܪܥܐ ܕܐܚܝܕ ܘܐܡܪ ܠܗ .
ܕܗܢܐ ܠܟ ܢܗܘܐ ܐܚܝܕ .
ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܥܐܠ ܒܗ ܀

virginitatis effigiem delineavit in revelationibus divinis.

13. Propheta Chaldææ Mariæ figuram depinxit eamque in libro prophetarum posuit virginisque res in Scripturis servari voluit, ut qui legit intelligat.

14. Ostendit Dominus prophetæ in atriis sacris portam clausam et dixit ei : « *Hæc clausa erit, quia Deus ingredietur per eam*[1]. »

V.

ܐܚܪܢܐ ܒܩܠܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܥܘܢܝܬܐ ܒܪܝܟ ܗܘ
ܕܒܛܝܒܘܬܗ ܠܗ ܐܡܐ ܥܒܕܟܝ
ܘܡܢܟܝ ܕܢܚ ܘܢܦܩ
ܘܐܢܗܪ ܠܒܪ̈ܝܬܐ ܀

ܠܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܐ . ܫܡܥܘ ܘܠܐ ܗܝܡܢ .
ܣܦܪܐ ܘܕܪܘܫܐ . ܕܚܙܐ ܟܝܢܝܐ .
ܘܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܦܘܪܣܐ . ܕܬܠܕܢ[a] ܒܬܘܠܬܐ .
ܒܡܪܝܡ ܟܝܢܐ ܚܒ ܘܐܬܙܟܝ .
ܕܒܬܘܠܬܐ ܒܛܢܬ . ܘܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܬ .
ܐܘܪܚܐ ܗܝ ܕܠܐ ܡܫܟܚ . ܟܝܢܐ ܕܢܪܕܐ ܒܗ ܀

ܝܠܕܐ ܕܢܚ ܘܢܦܩ . ܒܐܘܪܚܐ ܕܝܠܘܕܐ .
ܐܡܗ ܒܬܘܠܬܐ ܗܘܬ . ܘܬܕܡܘܪܬܐ ܠܒܝܫܐ ܗܘܬ .
ܘܦܐܪܐ ܛܥܝܢܐ ܗܘܬ . ܘܟܪܣܗ ܚܬܝܡܐ ܗܘܬ .
ܐܘܪܚܐ ܚܬܝܡܬܐ ܗܘܬ ܕܝܠܕܬܗ .

Alius hymnus in tono Paradisi[2].
Responsorium : Benedictus qui ex benignitate fecit te sibi matrem atque ex te ortus et egressus illuminavit creaturas.

1. Virginem parturire audiunt et non credunt scriba et disputator, quia vident naturaliter fieri non posse ut virgines intactæ parturiant. In Maria natura defecit atque victa fuit. Maria quippe virgo concepit et virgo peperit. Qua utique via natura incedere non valet.

2. Infans editus est et exivit per viam natorum. Mater ejus virgo fuit ; prodigio induta, fructum portavit ; simul autem venter ejus sigillo munitus clausus remansit.

[1] *Ezech*. XLIV, 1-2.

[2] Ita appellatur quia hymni S. Ephræmi de *Paradiso Eden* hoc metro exarati sunt. Constat autem stropha 11 versibus quinque syllabarum, excepto septimo, qui septem habet syllabas. Schema igitur est 55555575555. Legenti patet hymnum non esse integrum ; imo stropharum ordo diversus est in duobus codicibus unde hymnus desumptus est. Continetur iste hymnus in cod. D ; et in scala 10ª cod. par. 149 continentur strophæ, 5, 7-8. Codex E = cod. add. 17,141 et continet strophas 1-2.

[a] D ܕܢܟܝ

ܘܝܗܒܬ ܠܬܕܡܘܪܬܐ[a] . ܠܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܐ .
ܡܕܡ ܕܠܐ ܝܗܒ . ܟܝܢܐ ܠܢܫ̈ܐ ܀

ܠܒܬܘܠܬܐ[b] ܐܙܡܪ . ܕܗܘܬ ܒܛܝܒܘܬܐ .
ܐܡܐ ܠܡܪܐ ܕܟܠ . ܘܒܛܢܬ ܕܠܐ ܙܪܥܐ .
ܘܝܠܕܬ ܕܠܐ ܓܒܪܐ ܘܐܬܒܛܢܬ ܕܠܐ ܢܩܦܐ .
ܘܗܘܬ ܠܬܕܡܘܪܬܐ ܒܥܠܡܐ .
ܕܝܠܕܬ ܠܒܪܐ . ܕܠܐ ܡܬܕܪܟ ܕܐܝܟܢ .
ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܨܝܢ . ܣܦܪ̈ܐ ܕܢܒܨܘܢܝܗ ܀

ܠܥܠܝܡܬܐ[c] ܚܠܒܐ . ܘܠܒܬܘܠܬܐ ܝܠܕܐ .
ܘܡܢܘ ܕܠܐ ܢܬܗܪ . ܒܐܡܐ ܡܫܒܚܬܐ .
ܟܕ ܟܦܝܐ ܕܬܐܠܕ . ܟܕ ܝܗܒܐ ܚܠܒܐ .
ܟܕ ܕܡܝܐ ܠܐܡܐ ܒܟܠܗܝܢ .
ܢܒܗܬ ܐܦ ܣܦܪܐ . ܕܒܨܐ ܠܗ̇ ܠܐܡܐ .
ܕܐܝܟܢܐ ܗܘܬ . ܐܡܐ ܠܓܒܘܠܗ̇ ܀

ܨ̈ܘܪܝܟܝ ܐܘ ܒܬܘܠܬܐ[d] . ܣܝܡܝܢ ܒܩܒܘܬܐ .
ܨܪܬ ܢܒܝܘܬܐ . ܨܠܡ̈ܝܟܝ ܒܣܦܪ̈ܐ .
ܘܣܡܬ ܒܗܘܢ ܣܦܪ̈ܐ[e] . ܠܐܝܠܐ ܕܡܣܬܟܠ .
ܒܗܘܢ ܩܣܛܐ[f] ܚܕܬܐ ܐܟܪܙܘܟܝ[g] .
ܕܒܪܟܝ ܗܘܐ ܡܠܚܐ . ܘܐܬܒܣܡ[h] ܠܡܒܘܥܐ .
ܕܒܗ ܗܘ ܚܝܐ ܒܠܘ . ܥܠܡܐ ܕܡܝܬܐ ܗܘܐ ܀

ܨ̈ܝܪܝܢ ܒܗܘܢ ܫܒܛܐ . ܕܐܬܬܣܝܡ ܒܩܒܘܬܐ .
ܕܟܕ ܠܐ ܢܨܝܒ ܐܦܪܥ . ܕܫܪܒܬܟܝ ܢܢܗܪ ܗܘܐ .
ܫܒܛܐ ܕܠܐ ܫܩܝܐ . ܒܛܪ̈ܦܐ ܟܠܝܠ ܗܘܐ .
ܕܒܬܘܠܬܐ ܢܗܘܐ ܦܠܐܬܐ .
ܕܦܐܪܐ ܕܬܕܡܘܪܬܐ . ܐܦܪܥܬ ܘܝܠܕܬ ܠܝ .

Nova igitur via fuit qua prodigium incessit et virgini natum dedit, quod natura (absque viri commercio) fœminis non dat.

3. Virginem celebrabo gratia matrem effectam Domini omnium. Ipsa absque semine concepit, absque viro peperit, absque maritali congressu gravida fuit, inauditum plane in mundo miraculum. Filium edidit admirabilem, nec quomodo factum sit istud concipitur ; docti quippe mysterio perscrutando impares sunt.

4. Puella lac, virgo natum habet. Quis non miretur gloriosam matrem ad pariendum se incurvantem, lac nato præbentem, cæterisque matribus per omnia similem? Erubescat scriba qui scrutatur divam matrem, quomodo scilicet mater effecta sit sui plasmatoris.

5. Figuræ tuæ, o virgo, in arca fœderis reponuntur. Prophetia depinxit effigiem tuam eamque in libris sacris reposuit pro illo qui intelligit. Isti libri per urnam novam[1] prædicarunt te. Filius tuus sal fuit, quod condivit fontem quo revixit mundus morte sopitus.

6. Iidem præfigurarunt te per virgam[2] in arca repositam, quæ, etsi non plantata, fronduit, ut generationem tuam illustraret. Virga absque irrigatione foliis coronata fuit, ut esset figura virginis quæ fructum miraculosum produxit et

[1] Alludit ad urnam auream quæ mannam continebat et reposita erat in arca fœderis. Hebr. IX, 4.

[2] Cfr. *Num.* XVII, 1, sqq.

[a] A ܒܬܕܡܘܪܬܐ — [b] D invertit ordinem et hanc stropham primam ponit — [c] E cod. D — [d] D et scala ܒܢܐ ܕܘܡܝ — [e] Scala ܣܦ̈ܪܘܗܝ — [f] Scala 10[a] ܩܣܛܐ — [g] Scala 10[a] ܐܣܗܕܘܟܝ — [h] A ܘܐܬܐ scala ܘܡܛܝ ܠܡܒܘܥܐ

ܘܐܬܛܦܣܬ ܢܝܫܗ ܘܪܫܝܡ ܒܫܒܛܐ[a] ܕܠܘܝܐ ܀

ܠܐ ܡܢ ܩܕܡ ܐܝܠܢܐ . ܘܠܐ ܒܬܪ[b] ܐܝܠܢܐ
ܐܘܠܕ ܐܚܪܢܐ . ܐܡܪܐ ܐܚܪܢ ܒܐܪܥܐ .
ܘܠܐ ܒܬܘܠܬܐ ܐܚܪܬܐ . ܝܠܕܬ ܕܠܐ ܓܒܪܐ .
ܡܪܝܡ ܘܐܝܠܢܐ ܚܕ ܗܘܘ .
ܐܡܪܐ ܬܠܐ ܒܣܘܟܐ . ܘܡܪܢ ܒܓܓܘܠܬܐ[c] .
ܐܡܪܐ ܦܪܩ ܠܐܝܣܚܩ . ܘܡܪܢ[d] ܠܒܪܝܬܐ ܀

ܟܕ ܗܘ ܢܚܬ ܠܬܚܬ . ܡܢܗ ܕܡܪܟܒܬܐ .
ܟܕ ܗܘ ܥܡܪ ܒܡܪܝܡ . ܫܡܝܐ ܡܠܝܢ ܗܘܘ .
ܟܕ ܗܘ ܕܡܟ ܒܐܠܦܐ . ܐܚܪܢܐ ܓܥܐ ܒܪܘܚܐ .
ܟܕ ܗܘ ܚܠܦ ܡܝܐ ܚܡܪܐ .
ܠܐ ܦܪܫ ܗܘܐ ܡܠܬܐ . ܡܢܗ ܕܗܘ ܦܓܪܐ .
ܐܠܐ ܒܗܝܢ ܒܟܠܗܝܢ . ܚܘܝ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܀

dedit nobis. Hujus virginis figura signata notaque est in virga levitarum[1].

7. Nec antea nec postea arbor genuit alium agnum in terra, nec alia virgo genuit absque viro. Maria et arbor unum sunt. Agnus in ramis pendebat, et Dominus noster in Golgotha. Agnus salvavit Isaac et Dominus creaturas[2].

8. Quando descendit in terram, non migravit e curru suo cœlesti, quando habitavit in Maria, cœlum ipso non carebat; quando dormiebat in navi, alius non increpabat ventum; quando mutavit aquam in vinum, Verbum non se separavit a corpore, sed per hæc ostendit se Deum omnia esse.

VI.

